

TABVLÆ,

VEL

# SILLABI.

## IN QVIBVS DOCTRI-

## NÆ, ET PROPOSITIONES

Historicæ, Philosophicæ, Medicæ, Theologicæ,

circa prærogativas Deiparæ, aut earum con-

firmationes proponuntur solum recitatiuè, aut

inquisitiuè, aut examinatiuè, aut problemati-

cè, aut suspensiuè, aut præsumptiuè, aut conie-

cturaliter, exemplo Aristotelis, & S. Augusti-

ni, & grauissimorum Doctorum, qui plurimos

libros simili stylo sub formidine

scripserunt.

*NULLA EX PROPOSITIONIBVS,*

*& doctrinis prædictæ cautione exposita, aliter quam*

*ex consensu, & iudicio præsectorum, & Tribuna-*

*lium fidei constanter, & assertiuè*

*exiurando.*

2 400 40


TABVLAE,  
V E L  
S I L L A B I.  
IN QVIBVS DOCTRI-  
NÆ, ET PROPOSITIONES  
Historicæ, Philosophicæ, Medicæ, Theologicæ,  
circa prærogatiuas Deiparæ, aut earum con-  
firmationes proponuntur solum recitatiuè, aut  
inquisitiuè, aut examinatiuè, aut problemati-  
cè, aut suspensiuè, aut præsumptiuè, aut conie-  
cturaliter, exemplo Aristotelis, & S. Augusti-  
ni, & grauissimorum Doctorum, qui plurimos  
libros simili stylo sub formidine  
scripserunt.

*NULLA EX PROPOSITIONIBVS,  
& doctrinis prædicta cautione exposita, aliter quam  
ex consensu, & iudicio præfectorum, & Tribuna-  
lium fides constanter, & assertiue  
eruitanda.*

# Index ex tabulis excerptus earum doctrinarum, & propositionum, quæ in suspensionem notæ Theologicæ, aut improbabilitatis, apud nonnullos venire potuerunt.

Non omnes doctrinæ, & propositiones in ijs tabulis, & syllabis referendæ in suspensionem notæ, & censuræ Theologicæ vocatæ sunt, sed quasdam veluti inutiles nonnulli repudiarunt, eas in hoc indice tabularum suppressimus, breuiter earum Authores allegantes, qui illas veluti utiles, aut necessarias commendarunt. Ordine partium, & numeris earum ad finem cuiusque parrafi consignatis, singulas proponemus.

## Ex prima parte, de locis, & temporibus mysteriorum Virginis.

1  Quod sententia S. Damasceni, & traditio fidelium, de Maria Hierosolymis nata apud Templum, & Probaticam Piscinam, vera sit, & multorum Pontificum auctoritate firmata. Num. 12.

2 Quod Maria biennio exulans in Ægypto loca locis commutauerit propter Herodis metum, qui eam Pro-

Prouintiam Romano Imperio subiugauerat, & quod sic exponantur Doctores Hermopolim, Memphim, Tanaim, Heliopolim, & alias vrbes exulanti Deiparæ, pro habitatione diuisione consignantes. Num. 14.

3 Quod Maria post reditum ab Ægypto annis viginti quinque, tribus saltem vicibus quotannis, è Nazarethi conscenderit Hierosolymam, vt docuere S. Vincentius, S. Antonin. Albertus Magnus, Paludan. Bonauent. Gerson, Toletus, & alij. Num. 16.

4 Quod Epiphanius, Augustinus, Bernardus, Guarricus, S. Antoninus, S. Vincentius, S. Bonau. Canisius, Castro, & alij innumeri, Patres, & Doctores, docuere Mariam toto tempore prædicationis Iesu, ipsum peregrinantem, & prædicantem sectatam fuisse, nihil habuit eo seculo insolens, aut indecens; sicut nec quod nobiles scemina, S. Petrum, & cæteros Apostolos, præter Paulum comitarentur, vt habetur 1. Cor. 9. & quod ex non plenaria noticia eorum temporum huius veritatis lux, quosdam offenderit. Num. 17.

5 Quod Maria post Christi in cælos ascensum loca filij vestigijs illustrata frequenter inuiserit, vt iam olim docuere plures cum Sophronio, Ildephonso, Antonino. Num. 19.

## Ex secunda parte, de parentibus Deiparæ.

6 Quod quemadmodum duodecim Patriarchæ cum Dina, ex sententia Ambrosij, Augustini, & aliorum grauium Doctorum fuere filij Iacob sanctificati in vtero, sic Maria habuerit genitores in vtero sanctificatos.

Quod non fuerint Ioachimus, & Anna, inferiores Isaac, Samfone, Nicolao, Dominico, Remigio, Benedicto, Victore, Gregorio Suellessi, Bernarde, Afella, & alijs, de quibus magni Doctores, & Annales Ordinum, testantur in vtero sanctificatos. Num. 1.

7 Quod Iesus ratione prosapia ex Maria, & Ioachimo, habuerit proximam actionem ad Regnum Iudæ, vt plures arbitrantur cū S. Bernardino, Baccone, Burgensi, Azore, & alijs, & quod idem fuerit apud Matthæum lineam paternam Iosephi, & lineam paternam ascendentium Deiparæ suspensare ex manifesta luce scripturarum, & grauissimorum Doctorum. Num. 2. & 3.

Quod

8 Quod si admittatur sanctorum Ambrosij, & Augustini sententia, de Baptista fuisse filium Zachariae, & Elisabethae, qui nunquam venialiter peccauerint: & si ut verè aliae similes opiniones admittantur ex singulari privilegio gratiae Dei, potest legitime dubitari, an Maria parem habuerit prerogativam, qua filia fuerit parentum, qui nunquam venialiter peccauerint. Num. 13.

9 Quod Mariae nomen sit Sacramentale ex institutione divina aliquos effectus ex opere operato causans, sicut caetera Ecclesiae Sacramentalia, & orationes, & sicut clausulae sacri Textus, & sicut nomen Iesu prolatum, aut scriptum; ut diuine docet Chrysostomus, Hieronymus, Iustinus, Ambrosius, Antoninus, Gregorius, Serarius, Caietanus, Ledesma, Medina, Corduba, Sanctius. Num. 16.

10 Quod Mariae nomen ex divina benignitate citius, & efficacius interdum operetur, quam nomen Iesu iuxta dicta Anselmi, Merdoxae, & aliorum. Num. 17.

11 Quod miraculosior existat conceptio Mariae, ex utroque parente sene, & sterili, quam conceptio humanitatis Iesu, siue quia Christi conceptio ex opinione Aulensis, & gratium Theologorum, etsi fuerit valde mirabilis, non tamen miraculosa extiterit, conceptio verò Mariae miraculosa sit: siue quia exrensiue maius miraculum est duos parentes omnino inhabiles ad generandum, cooperari ad productionem sobolis, quam Mariam fecundam, adolescentem, &abilem suppleto vno solum comprincipio paterno filium generare: ut innoscit ex Hugone Cardinali, Antonino, Salmerone, Toletio, & alijs, aut proprio, aut alieno nomine disputantibus. Num. 18.

12 Quod supposita opinione Abulensis, Sabbæ Abbatis, & plurium aliorum dicentium Ioachim, & Annam, pluribus annis post ortum Christi, simul cum ipso, & Maria conuixisse, probabile sit asserere de Ioachimo, & Anna, quod de S. Iosepho, & Baptista, opinantur plures, aut æquales, aut superiores fuisse Apostolis in gratia habituali interius sanctificante, etiamsi nullus ex ijs quatuor superstes fuerit tempore Dominicæ Passionis, & Pentecostes: habuerunt utque Ioachim, Anna, & Ioseph, ministerium attingens ordinem vniouis hypostaticæ, pertinens ad Authorem vtrius-

vtriusque testamenti, quod iuxta Suarium, alius quodammodo est gradus Apostolico, cuius doctrinæ plura alia fundamenta numerantur. Num. 20.

### Ex tertia parte, de pertinentibus ad infantiam Virginis.

13 Quod Maria habuerit appetitum sensitiuum instructum ad omne opus bonum, & fomitem virtutum vniuersarum, siue id emanauerit ex dependentia ab speciebus sensibilibus insensatis, siue ab speciebus sensatis, per quas bona secundum virtutem, quantumuis ardua, grata, & excelsa sui amorem viderentur; & mala in genere moris quantumuis pulchra, & suauia, ut ingrata, & molesta appetitui representarentur, quemadmodum ex Theologis persuadetur. Num. 5.

14 Quod Maria nullam passionem, vel affectum materiale habuerit, præuenientem in voluntarie ipsius libertatem, ut opinantur Ægidius, Medina, Toletus, Suarius, Sorius, & alij ex communiore Patrum, & Theologorum sententia. Num. 6.

15 Quod Maria etsi plures habuerit Legiones Angelorum, pro custodia quæ obsequium, & famulatus nominatur, nullum habuerit cui commissum sit exercitiû protectionis superioritatem importans, ex Francisco Marone, Odone Cameracensi, & alijs, & quod Doctores alij exponendi sint de custodia famulante, & obsequente, non de custodia instar superioris protegente. Num. 9.

16 Quod Maria infans, & adolescens abdita in Templo Domini, sæpè non communibus alimentis, sed alijs purissimis, selectissimis, potentissimis, ex Angelorum ministerio vsa fuerit, ut Andreas Cretensis, Georgius Nitomediensis, Ioannes Geometra, Menologia Græca, & plures alij testantur. Num. 11.

17 Quod vox ambrosia, etsi falsorum Deorum alimentis, Gentilium Poetarum ritu fuerit attributa, optime à Patribus, Scholasticis, Historicis, & Menologis accomodetur alimentis Deiparæ commorantis in Tem-

Templo: sic sacra scriptura voces Titanum, Sirenum, Onocentaurorum, Orionis, & similes alias Gentilicas usurparit. Num. 12.

18 Quod multa sint opinandi semita quibus pia, probabilis, & valde credibilis reddatur sententia Eudij, Germani, Georgij Nicomediensis, Menologij Græcorum dicentium Mariam plures annos in Sanctis Sanctorum traduxisse. Numer. 13.

19 Quod votum virginitatis ante omnes foeminas, & viros à Maria emissum, non fuerit notum Sacerdotibus Hebrais, vsque ad Christi in cælos ascensum, ex sententia Damasceni, Magistri, Gratiani, & aliorum Patrum, & ex efficacia rationum id persuadentium. Num. 16.

20 Quod historia sub falso nomine Hieronymi, circa sponsalia Virginis, de coactis consanguineis Mariæ, secum virgas deferentibus, & nonnulla alia falso adscripte Hieronymo, sint non solum contra graues Doctores, sed etiam contra veritatem, & exigentiam scripturarum. Num. 17.

*Ex quarta parte, de pertinentibus ad corpus Deiparæ,  
& iustissimam originariam corporis ipsius  
quoad intrinseca.*

21 Quod de corporibus conditis in statu innocentie, vel cum perfectione eiusdem status, non formemus legitimos, & veros conceptus, quia sumus afflicti miseris, iuxta Alensem in summa approbata ab Alexandro III. ex præfatione huius quartæ partis.

22 Quod de corpore Christi, quoad excellentiam, & prærogatiuas corporeas multo sublimius, quam de cæteris corporibus humanis post lapsam Concilium Ephesinum, Chalcedonense, & sexta Synodus, Patres, & Doctores philosophentur, & ex consequenti similiter sit statuendum de corpore Deiparæ. Num. 1.

23 Quod grassantibus initio Ecclesiæ erroribus veram carnem Christo denegantibus, Tertullianus, & alij quidam cum Hieronymo, solum per condescendam, & excessant, & quasi ex donatione superabundanti facta hereticis, admiserunt in corporibus Christi, & matris abiectionem, & falsam naturam

vulnerata peccato, quas ipsi Doctores non ex proprio sensu admittebant imo repudiabant. Num. 1.

24 Quod primum peccatum, non solum humanorum corporum, sed etiam aliorum mixtorum excellentias, quoad accidentalium vulnerauerit ex Basilio, Chrysostomo, Aymone, Vincentio Veluacensi, Alberto, Carthusiano, Palacios, Alvarez, Salazar, Siliceo, & alijs innumeris. Num. 2.

25 Quod corpus Christi, quoad intrinsecam constitutionem nullum acceperit vnius peccati, nec substantialiter, nec accidentaliter, sed fuerit sicut in prima plantatione ante peccatum ex Ambrosio, Thomâ Hierosolymitano Patriarca, Alberto, & innumeris Patribus, Doctoribus, & Concilijs, & quod idem ex consequenti, dicendum sit de corpore Mariæ. Num. 1:2.

26 Quod corpus Mariæ in sua specie, & sexu, maxime perfectum, aut æqualem, aut sublimiorem excellentiam facultatum, & temperamentorum habuerit, quam humana corpora ante peccatum, ex communi Doctorum sensu cum Antonino, Alberto, Suario, Corduba, Canisio, Salazar, & plerisque alijs. Num. 2.

27 Quod ex corporibus infirmis, læsis, & vulneratis à primo peccato, non sint in omnibus, aut plerisque sumenda argumenta Philosophorum, & Medicorum, à simili ad probandum inesse corporeas seruitutes peccati in Mariæ, & Iesu conditis cum prærogatiuis intrinsecis primæ plantationis ante peccatum. Num. 1. & 2. & 3.

28 Quod singulares qualitates, & virtutes occultas potentissimas ad extraordinarios effectus, tam intrinsecæ constitutionis, quam extrinsecæ operationis impresserit Deus corpori Iesu, ex opinione Alberti, Paludani, Capreoli, Ferrariensis, Vincencij, quibus Ephesinum Concilium, & sexta Synodus suffragantur, & ex parte similiter sit philosophandum de corpore Deiparæ. Num. 3.

29 Quod virtutes potentissimæ, & extraordinariæ prærogatiuæ indicæ sint corpori Mariæ, ex Alberto, Gersono, & alijs plurimis. Num. 3.

30 Quod corpora Mariæ, & Iesu, considerato aggregato omnium circumstantiarum, cum decreto Dei, naturaliter nouem mensibus in maternis visceribus fuerint gestata; & retardatio ortus, & incrementi vtriusque facta sit propter peculi-

rem naturalem legem ipsis latam, ex qua nobis assimilari oportebat in ijs que indecentiam non importarent, ex communi Doctorum sensu. Num. 4.

31. Quod nihilominus, quia materiae quas informare debebat anima Christi, & Deiparae, nullam habebant cruditatem, spurcitiem, rebellionem, immaturitatem, sed erant purissima, & limpidissima ex communi Patrum, & Scholasticorum sententia, naturale fuit, ut idem esset dies primae conceptionis, & animationis humanae in ipsis. Num. 4.

32. Quod primo die coniunctionis parentum, non habeat foetores animam rationalem, sed illius ingressus diebus aliquot retardetur effectus poenalis est originariae culpae, iuxta S. Eligium, Iacobum de Voragine, Gabrielem Bareleta, Salmeronem, & alios, ideo Iesus, & Maria, cum nullo effectu poenali originariae culpae, quoad intrinsicam constitutionem grauentur, non habere materiam corporum, sub embryonibus vegetativis, & sensitivis. Num. 4.

33. Quod Spinelus, cum alij, ait miraculum fuisse, ut Maria cum perfectissimis prerogatiuis corporis, quoad valida temperamenta, & facultates fuerit foemina, valde est verisimile, maxime si vnica causa huius sexus post peccatum in vitium seminalis materiae, & virtutis formativae reducitur, & non in conceptionem, aut dextra, aut sinistra parte elaboratam, ut Dionysius Carthus, & alij existimauerunt. Num. 4.

34. Quod cum alijs pluribus Alexander Alensis, in summa ab Alexandro IV. approbata, dixerit corpora humana in statu innocentiae, pro formatione prima maiora esse debuisse, quam nunc in secunda conceptione animata, parem habet probabilitatem pro Maria, & Iesu, conditis cum prerogatiuis intrinsicis primae plantationis ante peccatum, & quod sic Hieronymus Natalis, & Cardin. Toletus senserint. Num. 4.

35. Quod corpora Mariae, & Iesu, quatenus miraculose formata in prima conditione, nihil a caelorum influxu acceperunt, iuxta Sorium, & omnes illos Doctores, qui tuentur solum Dei omnipotentiam miracula huius generis operari, sine concursu caelorum. Num. 5.

36. Quod quanquam Augustinus dubitanter, Olearius, & alij apud Bellarminum assertive dicant in statu innocentiae eundem fore diem conceptus, & ortus infantium, & quanquam supposita maturitate, & perfectione Christi, & matris quo-

dammodo haec prerogativa deberetur, absolute tamen naturale fuit, ut tam Deipara, quam Filius novem mensibus gestarentur in visceribus maternis. Num. 6.

37. Quod etiam si quidquid substantiae comitatur primam animarum introductionem ex parte corporum Mariae, & Iesu, totum fuerit acceptum a generante, plurima tamen de accidentalibus perfectionibus, nec formaliter, nec virtute in generante continerentur, ex Medicorum, & Theologorum sententia, circa ea praesertim quae cum alijs scripsit Gerson. Num. 7.

38. Quod etiam si omnes potentiae retrices sint exquisitae in qualibet cerebri parte, non repugnet Mariam, & Iesum habuisse singulos internos sensus perfectos in summo; ita ut licet identificentur praedicti sensus interni, secundum diuersas partes cerebri singulae facultates retrices vigerent in summo. Num. 8.

39. Quod doctrina Patrum dacentorum & viginti in Synodo Trullana denegantium partui Virginis secundinas, & doctrina sanctae Brigittae vnica tantum secundinam, eamque limpidam, & nitentem concedat, valide secundum Philosophiam probetur, ex doctrina Theologorum denegantium sordes in statu innocentiae, & conferentium plures circumstantias praegnantium foeminarum in peccatum originarium, cuius effectus quoad intrinsicam constitutionem corporum Mariae, & Iesu, nullatenus admittuntur. Num. 9.

40. Quod in statu innocentiae proximè ab ortu infantes dependenter a phantasmate, cognoscere, & expedite moveri potuissent, docuere Augustinus, Anselmus, Alexander Alensis, Estius, Angles, & plures alij cum D. Thoma in sententiaris ad Anibaldum, atque idem omnino tribuunt non pauci Christo Domino, cum Alberto, Antonino, & alijs; & Beatae Virgini cum Vincentio Veluacensi, Antonino, & alijs; atque id plurimis argumentis, & testimonijs confirmant, addunt tamen semper instar aliorum infantium se gessisse: inde etiam probant statim tempore liberam fuisse utriusque natiuitatem, quoad modum è maternis claustris exeundi. N. 10.

41. Quod in statu innocentiae, nullum esset sordidum excrementum ex cibo, aut potu, docuere S. Thomas, Albertus, Alensis, Marfil, Scotellus, Aegid. & alij innumeri; idque Philosophicè, & Medicè pluribus validis argumentis adstruitur ab alijs.

Cumque Christi corpus ex Concilijs, & Patribus, aut æquè perfectum, aut perfectius fuerit, quam Adami corpus ante lapsum, similis ipsi prærogatiua defertur. Pariter de corpore Virginis indicatur, quod Patres, & Scholastici sublimius de illo, quam de Eua ante peccatum philosophentur. Ex hac opinione plura commoda venantur pro firmanda munditiæ parrus Virginei, pro explanatione mysterij purificationis, pro declaratione sudoris sanguinei in hortu, pro defensione tunicæ inconsutilis, quæ Christo crescente crescebat, pro cõmoratione Deiparæ in Sanctis Sanctorum, pro illustratione iustitiæ originariæ Christi, & Matris, & pro alijs prærogatiuis, historijsque similibus. Addunt, quod quemadmodum corpora Paradyfi verè essent eiusdem naturæ cum nostris, nec phantastica crederentur, similiter pro Christo, & Matre decernendum esse. Num. 11.

42 Quod ex communi doctrina S. Thomæ, Aiberti, Bonau. & plurium Scholasticorum denegantium sudorem, & madorem in Paradyso, similiter sit philosophandum de corporibus Christi, & Matris, quæ nec propter debilitatem facultatis conuersiua, nec propter indigestam, crudam, & foetidam materiam, quæ illis non insuit, aut sudore, aut madore fœdaretur: & quod propter defectum prædictæ materiæ Christus in hortu sanguinem sudauerit, ex Caietano, Medina, Suario, Salmerone. Quod autem S. Ephrem, & alij interdum Christo peregrinanti, & laboranti sudorem attribuant, non de sudore consuetæ materiæ, sed de sudore ex nobilissimis humiditatibus vi caloris, aut laboris expressis intelligendi sunt. Num. 11.

43 Quod ex communiori Patrum Theologorumque sententia Deiparæ, tam grauidæ, quàm panenti summa corporis mundities deferenda sit. Nec eius, & Christi vestes consuetis seruitutibus peccati fuerint contaminatæ. Num. 12.

44 Quod ex Ruperto, Alberto, & alijs plurimis menstrua sint effectus peccati, & in Paradyso non essent: ac proinde ab Antonino, Teletio, & alijs plurimis Virgini denegentur. Num. 13.

45 Quod licet Anaxágoras, Plinius, Vincentius, & plures alij dicant, felis folliculum, non esse de integritate naturæ humanæ, & licet plura exempla memorent Nicolaus Nanceus, Cornelius Gemma, & alij, verius est corporibus condi-

tis iuxta primam plantationem ante peccatum hoc receptaculum concedendum. Quod verisimilius est horum corporum folliculum, aut vesicam caruisse mordaci illa materia excrementitia, & adaptari possunt huic opinioni verba S. Augustini, & D. Thomæ tractantium de felle Christi. Nu. 14.

46 Quod lien, seu splen, non sit de integritate naturæ humanæ, sed illi accidentaliter insit ex Aristot. Alberto, Vincent. SchenKio, & alijs, nihilominus verius sit, quod hoc receptaculum, etiam si limpidissimum, & defectatissimum a sordibus infuerit corporibus cõiatis ante peccatum, & in Maria, & Iesu, cum prærogatiuis primæ plantationis formacis. Num. 15.

47 Quod licet in corporibus status innocentie, & Christi, & Matris essent salivæ, ex nobilibus humiditatibus cerebri descendentes, non tamen salivæ pituitosæ, aut rheumata ex cruditate ventris, aut cerebri grauatione: erat quidem in illis pituita vnus ex quatuor humoribus, at non salina pituitosa. Certe Medina temerarium credit hanc salivam pituitosam, & rheumaticam Christo concedere. Num. 16.

48 Quod Scotus dubitat de præcisis vnguibus, & capillis Christi: & quod Anselmus asserit, nunquam Iesum barbæ, aut capillorum tonsione indignisse, est æquè credibile iuxta Philosophiæ, & Theologiæ leges, atque illud dictum S. Hieronymi de filijs Israel palantibus in deserto: annis quadraginta, quod nec vnguium, nec capillorum incrementa senserint. Num. 17.

49 Quod licet infantes Paradyfi vulgares ætates infantie, pueritiæ, adolescentie, & iuuentutis percurrerent, & eas defacto Maria, & Iesus percurrerint, vt ex Concilijs, Patribusque innotescit, verum non mutauerint varias ætates perfectiua Philosophicè, & Medicè consideratas propter plura fundamenta, & maximè propter defectum cruditatis, immaturitatis, & residentie materiæ, ex sanctis Ambrosio, Bernardo, Antonino, Bonau. Gersono, & alijs quibus succurrunt valida Medicorum, & Philosophorum, & Theologorum fundamenta. Num. 18.

50 Quod somnus Paradyfi, nec libertate, nec merito primaret ex Aleksi, Isidoro, Gregorio, Patriarcha Eusebio, & alijs plurimis, & non tam esset somnus conuersus, quam somnus qui sopor dicitur. Idem graues Doctores opinantur de

de somno Virginis, quo non obstante, & libertate, & merito gaudebat per scientiam à phantasmate dependentem, ex S. Bernardino, Brigitta, Patriarcha Ximeno, Mendoza, & alijs. Num. 19.

51 Quod cum lac Annæ in senio permanentis ex miraculo continuo produceretur, & lac Deiparæ fecundæ, & adolescentis supposito partu naturaliter gigneretur, miraculosior fuerit lactatio Mariæ ex Anna, quam Iesu ex Maria. Num. 20.

52 Quod in quæstione Philosophica, & Medica, an cum certis circumstantijs, & principijs homo mortalis possit non mori, parem habeamus causam opinandi pro corporibus Iesu, & Mariæ; ut qui dicunt cum Galeno, posse hominem mortalem non mori, idem asseuerent sub eisdem conditionibus, & suppositionibus de Christo, & Matre. Num. 21.

53 Quod qui cum Agidio à præsentatione docent, saltem pro aliqua vitæ parte sanitatem Christi mortalis, aut æquè perfectam, aut perfectiorem fuisse, quam corporum beatorum in patria, similiter opinabuntur de sanitate Mariæ mortalis. Et quod hæc quæstio de nomine sit, pendens à varietate definitionum circa essentiam sanitatis. Num. 21.

54 Quod pulchritudo Christi, & Deiparæ ante mortem substantialiter maior fuerit saltem in aliqua vitæ parte, quàm corporum beatorum, his est quæ pendet ex quæstione de nomine, & ex varijs Authorum definitionibus pro pulchritudine, iuxta nonnullas substantialiter fuit maior, iuxta alias esse non potuit æqualis. Num. 22.

55 Quod Maria à mortuis resurgens, quoad pulchritudinem summam substantialiter vitæ mortalis non acceperit incrementum, quæstio de nomine, & definitione est, sicut præcedens: iuxta quorundam definitionem, quicquid additum fuit in resurrectione supra pulchritudinem summam substantialiter acceptam vitæ mortalis, non ad pulchritudinis essentiam, sed ad elegantiam pertinebat: ex confusione pulchritudinis, & elegantię varia opinionum diuortia possunt oriri. Num. 22.

56 Quod sicut Sara nonagenaria, ex Scripturis, Antonino, & alijs summam pulchritudinem conseruabat, ita Maria septuagenaria similem florentem pulchritudinem retinuerit

non

non immeritò plures, cum eodem Antonino defendunt. Num. 22.

57 Quod liber Canticorum in sponsa pulchritudinem corporalem Deiparæ adumbret, & describat in toto corpore, & in singulis membris, iuxta Petrum Damianum, Ludouicum Legionensem, & alios grauissimos Doctores: quod Anselmus, Nicephorus, Epiphanius, Albertus, Antoninus sigillatim describant, & designent staturam Deiparæ, colorem cutis, colorem capillorum, colorem oculorum, & similia, non minus sunt contemnendę cum à tot, & tam grauibus Doctores hæc cura suscipiatur. Num. 22.

58 Quod magna pars sanguinis, & lactis Deiparæ sub alia tamen forma substantiali, & supposito, permanserit in Christo vsque ad mortem, & nunc permaneat in Eucharistia, communissima Theologorum sententia est, cui adherent S. Bernardinus, Scotus, Suarius, & plerique alij. Validissimęque Philosophorum, & Medicorum fundamentis, simulque experimentis solidatur. Num. 23.

59 Quod aliqua pars sanguinis Deiparæ, cum eadem numero forma substantiali, quam habebat in ipsius venis, fuerit in Christo vsque ad mortem sub alio supposito, scilicet diuino, & nunc permaneat in Eucharistia, dicent quotquot idem affirmant de plurimis filijs conseruantibus vsque ad mortem partem eiusdem numero sanguinis, quæ sub eadem numero substantiali forma, per umbilicatę tramitem transit e venis matris in venas sobolis; & quotquot Theologi dicunt in resurrectione supplementa, & additamenta necessaria sanguinis, sumi ex primigenio sanguine. Num. 24.

60 Quod omnibus hætenus dictis succurrant, quotquot iustitiam originariam animæ, & corporis, quoad intrinsecam Mariæ deferunt, ex Dominicanis, Minoritis, Iesuitis, & ex alijs gremijs qui allegantur in hac quarta parte. Num. 1. 2. 11.

(.f.)

Ex



*Ex quinta parte, de maternitate Virginis.*

61. **Q**uod ad perfectionem, & munus matris, vel ad essentiam generationis, non est necessarium depellere contrarias dispositiones, & oppositas formas substantiales, spectantes ad terminum à quo, qui est extrinsecus, & accidentarius; sufficit producere, aut vnire terminum ad quem formalem. Quidquid spectabat ad terminum à quo prædictum, & ad apparatus organorum, & corruptionem contrariorum, solus Spiritus sanctus præstitit in generatione humana Iesu; at generationem substantialem, seu productionem physicam humanitatis Christi momento peractam, tam validè, & integrè operata est Maria, quam aliæ matres. Num. 3.

62. Quod in sententia Nominalium, Scoti, Bassolis, & aliorum plurimum docentium, nullum patrem effectiue concurrere ad generationem filij, sed solam matrem, nullum concursum actiuum patris creati, tendentem ad terminum ad quem suppleuerit Spiritus sanctus; & cum aliunde Maria omnem materiam corporis à patre creato tradendam ex suo concesserit, integrum præstitit concursum paternum, & maternum, tendentem ad terminum ad quem pro generatione Iesu. Iuxta horum Doctorum sententiam, verè fuit Deipara Matripater Christi interueniente miraculo, sicut naturaliter apes, & pisces matripatres suorum foetuum à Philosophis nominantur. Neque verò idem sunt matripater, & Hermaphroditus, cum matripater vnicum tantum habeat sexum; Hermaphroditus verò duos. Ex Doctoribus autem qui docent Patres actiue concurrere ad productionem filij, nonnulli sic opinantur, vt etiam intercedente miraculo, & obumbratione Spiritus sancti, Maria verè sit matripater Christi, quod cum ex arbitrarijs philosophandi semitis dependeat, multiplex est arbitrandi via, ex Vincentio Beliacensi, Antonino, Bonauentura, & pluribus alijs Doctoribus: quædam ex illis Matripatriam deferunt Virgini, quædam illud rueri non valent. Num. 6.

63. Quod vox matripatris, id est, matris & patris, simul à sanctis Anselmo, Antonino, & alijs, Mariæ attributa, iuxta quasdam opiniones Philosophicas, & Medicas, propriè, & sine metaphora adaptari nequeat Mariæ; iuxta alias verò cū proprietate, & integritate ipsi possit attribui, ex proximo

numero inferitur. Neque idè siue sic, siue aliter arbitris sequitur duas habere matres Christum Iesum, alteram propriam, alteram metaphoricam, sed vnã tantum legitimam genitricem, cui præter proprietatem, & integritatem materni muneris absque metaphora, aliquid addatur in re ipsa, quod metaphorica voce explanetur: similiter Patres, & Doctores, qui cum Synchro hymno 2. primam Trinitatis personam Patrem, & Matrem nominant; & qui cum August. 7. de ciuitate, cap. 9. Deum Patrem, & Matrem appellant, non idè duos patres in Trinitate confitentur, quorum alter sit pater proprie, alter metaphorice ratione metaphoricæ maternitatis: sed vnum tantum, qui secundum respectum proprium, & adæquatum muneris paterni sit proprius Pater, secundum alios verò respectus, & comparationes nomine declaratur, quod aliquid metaphoricum contineat. Num. 6.

64. Quod vox matripatris, aut matripatris, id est eius qui simul pater, & mater nominetur, non sit noua, neque indecens, inde constat, quia Doctores eam æterno patri adaptarunt; & S. Anselmus, & S. Antoninus, & plures alij eam Deiparæ applicauerunt. Num. 6.

65. Quod Maria sola plures gradus gratiæ, & meritorum habuerit, quam omnes Angeli, & iusti, qui fuerunt, & futuri sunt, si in vnã cumulum aggregentur, grauius Doctorum opinio est, quam nemo, vt absõnam, vel improbabilem hoc seculo contemnit: illud ægrè audierunt nonnulli, vt hunc excessum gratiæ, & meritorum, veluti certum enuntiauerunt: illum tamen si quædam suppositiones apud Theologos receptæ admittantur, indubitanter esse concedendum per demonstrationem Mathematicam epincitur, ita vt negari non possit ineffabilis excessus gratiæ Deiparæ in termino vitæ mortalis supra collectionem plurium millionum millionum mundorum, quorum singuli multo plures haberent Angelos, & iustos beatos, quam de facto erunt, atque id certissimum est, etiam si gradus gratiæ ætherogeni essent, & etiam si mensura vltimæ gratiæ Angelorum, & iustorum ignoretur, & etiam si Angelorum, & beatorum numerus

nobis sit incognitus. Num.

15. & 16.

55 **Q**uod ex mente Seraphini Porreſte, Ioannis à S. Thoma, & aliorum quorundam Thomiſtarum, nunquam S. Thomas diſputauerit, an Deipara in prima animatione fuerit ſancta, ſed vtrum ante animationem habuerit ſanctitatē, atque contra Pelagium ſolum diſputauerit, vtrum Deipara ex vi principiorum generantium illam poſſederit in prima animatione. Quod ex eorundem mente, nunquam aſſertiuē negauerit ſanctus Doctōr, Mariam ex priuilegio gratia habituali in primo animationis inſtanti fuiſſe donatam. Ex hac, & alijs opinionibus Thomiſtarum, graves Doctōres aſſertunt nunquam, & nuſquam Angelicum Magiſtrum, opinioni aſſertiuę ſuccuriſſe, licet ſapē negatiuę ſententię in theſi de Conceptione Virginis ſuffragatus fuerit. Additur, quod nec S. Thomas, nec Albertus, nec plerique alij grauiorēs, & antiquiores Scholaſtici vnquam, aut vſquam docuerint Marię animam, in prima animatione habuiſſe peccatum originale, formale, & actuale, licet ſenſerint propter duran-tem efficaciam ſeminis in primo eodem inſtanti, illi inſuiſſe peccatum originale in debito, quod extinctum fuit tempore immediatē ſequenti primam animationem, propter deſtructam vim generatiuam ſeminis paterni, quę iam generatum hominem generare non valebat: Hęc declarantur, & proponuntur, vt legitima aſſerta D. Thomę, & Scholaſticorum. Num. 1. & 2.

67 Quod ex antiquis Scholaſticiſ Parisienſibus ab anno 1175. vſque ad annum 1370. nonnulli propter decretum Episcopale Mauritij, aut obſcurē loquuti ſunt, aut per condeſcendē- tiam, in theſi de Conceptione Deiparę, eſſi firmiter crede- rent Mariam, abſque originaria culpa formali, & actuali fuiſſe productam. Num. 3.

68 Quod licet dicatur ex decreto Gregorij XV. declaratum eſſe quid nunc ſub conceptionis voce Eccleſia intelligat, nulla imponatur nota doctri- nę à quibuſdam Thomiſtis Angelico Doctōri attributę: cum ſolum aſſeritur iam Eccleſiam aliquid publico cultu venerari, quod illius tempore nō celebrabat. Pręterea, quia licet Eccleſia ſuam mentem declarauerit, non illam definiuit, ſed eam expoſuit ſub probabilitatē ad cultum publicum exhibēdum, ſicut alias quaſ-  
dam

dam circumſtantias de feſto Pręſentationis. Num. 5.

69 Quod opinio Cyrilli, Chryſoſtomi, Theophilaſti, Nicophori, & aliorum Gręcorum dicentium, Chriſtum pridie Paſchę celebratē, antepoſponendo per vnam diem Paſchalem cultum, quando panis fermentatus non erat prohibitus, & quod deinde peracta cœna legali in pane Azyimo, poſtea pro cœna vſuali redierit ad panem fermentatum, & in illo Euchariftiam conſecrauerit, nec dum ſit à Concilijs, & Sede Apoſtolica nota, & cęſura Theologica condēnata, iuxta opinionē pluriū, atque adeo Latinę Eccleſiam permittere Gręcis, vt iuxta hanc opinionem in fermentato celebrent. Ex quo inferunt, nonnulli pſura permitti Gręcis pro ſua opinione, intra limites Eccleſię Latinę, quam permittantur tu- toribus opinionis aſſertiuę, in controuerſia de conceptione. Pręterea ex hoc capite, feliciorē habere ſtatum opinionem negatiuam cōtra aſſertiuam, de prædicta theſi conceptionis, quam habeat opinio de Azyimo pro Euchariftia, contra opinionem Gręcorum de fermento. Num. 7.

70 Quod coniectare, & opinari cum Gregorio de Valentia, & alijs, ſententiam negatiuam temporum progreſſu futuram eſſe, eque certam, atque illam, quę ait Deiparam à mortuis ſurrexiſſe, nullam inferat cenſuram Theologicam opinioni aſſertiuę, quemadmodum Grãbrina contendit. Nam quę coniecturaliter, & opinatiue dicuntur in futurum euentura, ex præuijs circumſtantijs nullam inferunt cęſuram, quę ſemper importat certum iudicium Eccleſię, aut vnanimis conſenſus Patrum, vel Scholaſticorum. Num. 8.

71 Quod ex decreto Pauli V. & Gregorij XV. etiam ſi nulla Theologica nota imponatur opinioni aſſertiuę, illa in deteriori ſtatu fuerit collocata, nam licet dicant Pontifices ſe relinquere opinionem prædictam in eiſdem ſtatu, & reminis, addunt tamen, Pręterquam quod in ſupra dicto Pauli V. & in hoc decreto diſpoſita Num. 8.

72 Quod Ægidius à Pręſentatione, Franciſcus Smeſſa, Suardius, & alij dicunt ſolemnitatem de immaculatā Conceptione, & ſententiam negatiuam, aut eſſe canonizatam, aut quodammodo canonizatam; nullam inferunt cenſuram opinioni aſſertiuę, quia bene ſtat ſolemnitatem, & ſententiam negatiuam in ratione maioris probabilitatis eſſe canonizatam, quin ipſa Conceptio canonizetur, ſicut tempore Pij V.

canonizata erat solemnitas Præsentationis Virginis, non tamen ipsa præsentatio gradum canonizationis habebat: sic etiam negatiua sententia in ratione magis probabilis ita canonizata est, vt nullus possit interius sentire, hanc sententiã non esse talem, vt merito Ecclesiam mouere potuerit ad solemnem cultum, & uenerationem. Ipsa uero Conceptio, quoad externum cultum sine definitione obligante interiorum assensum imperfectè solum canonizata dicitur. Num. 9.

73 Quod plures cum Ægidio de præsentatione, & cum Salazar. alii mant esse de fide sententiam negatiuam, in thesi de Conceptione, opposita esse probabiliorem. Num. 10.

74 Quod sola Conceptio Christi ex Deipara, & sola Conceptio Deiparæ ex Ioachimo & Anna, fuerint miraculosæ in se, & non in solis causis, quales sunt conceptions Isaac, Iacob, Sansonis, Samuelis, & aliorum, pluribus documentis, & testimonijs suadetur, quinta parte tabularum, num. 17. & ex ea doctrina in sexta parte, num. 11. alique oriuntur opinionnes probabiles ex quibus Deipara à proximo debito originariæ culpæ liberetur. Num. 11.

75 Quod pactum Dei initum cum Adamo, solum comprehenderit naturales generationes humanas, etiam si in causis fuerint miraculosæ, non uero generationes miraculosas in se, qualis certo fuit sola conceptio Christi, & opinatiuè sola Conceptio Mariæ; atque hac ratione Mariam habuisse debitum remotissimum, & secundum quid, non uero debitum proximum, aut absolutum remotum, id est haberet absolutum debitum peccati, si ex meritis Christi non formaretur miraculose in se, aut ex alio titulo eximeretur. Num. 11.

## POSTULATA.

**P**ossunt legitimæ partes in iudicio id suo iure postulare, quod sacri Canones, & Concilia, vel praxis Ecclesiæ, vel Sanctorum Patrum, & Scholasticorum sententia, vel communior sapientium sensus firmavit, & approbavit. Neque uero dum hæc præstant, leges ferunt & indicunt, sed iam latas, & indictas poscunt executioni mandari. Quemadmodum neque, qui suas producit actiones, aut

exceptiones coram iudicibus, aut legibus, aut argumentis munitas, is quidquam sibi arrogat imperij supra Magistratus, imò ipsos, vt legum diuinarum, & humanarum executores honorat.

Considerandum maximè si doctrinæ obnoxie censuræ ab ea liberentur, Ecclesiam, & fidem Irdi, & vulnerari. Quod si probabiles sint, & à Theologica censura immunes, & nihilominus condemnentur doctrinam, & Religionem Christianam in maximum discrimen adduci, & eos qui sic deliquerint à Sixto III. Concilio Constantiensi, Pio V. Gregor. XIII. Augustino, Nazianzeno, & grauissimis Doctoribus allegatis in voto Platonis, tractatu de examine doctrinarum, cap. 12. & in præludio 8. aut ueluti præsumptuosos, aut ueluti in fide suspectos, aut ueluti disciplinæ Christianæ euerfores condemnari. Quicumque in adhibenda censura ad dextram, uel sinistram declinauerit violator est fidei, & Religionis. Superest, vt postulara nostra proponamus.

In primis Synodus Tridentina, sess. 18. nomine totius Ecclesiæ pollicetur Authoribus librorum, illos indubitatè benignam audientiam accepturos. Hanc iuxta Concilij promissionem, & perpetuam seculorum consuetudinem exhibendam nobis ab æquissimo, & sanctissimo, semperque melioribus, & tutioribus inhaerente Inquisitionis Supremo in Hispanijs Senatu, speramus, & postulamus, juxta ea quæ late proponuntur ex varijs locis, & gestis Concilij Tridentini, & Basileensis, & sanctorum Cypriani, & Basilij, & alijs, in voto Platonis, tractatu de examine doctrinarum, cap. 22.

Secundum postulatam ea continet, quæ in præmissis tractatu exposita sunt, cap. 20. vt scilicet simul etiam cum Theologis consulantur periti in ea parte, ad quam controuersiæ spectare uidebuntur, v. g. quæ parte quarta tabularum de prerogatiuis corporum Christi, & Matris, & quinta parte de essentia maternitatis exponuntur, ad doctrinæ Medicorum consilium, & examen aduocentur, cum ipsi theses magis ex professo disputent, quàm Theologi, & in similibus potius standum sit rationibus, & experimentis, quàm humane authoritati solitarie sumpta.

Terrium est, vt Censures non propriam opinionem priuaram, sed Ecclesiæ sensum, aut unanimem Patrum, vel Scholasticorum sententiam producant: nam decisiones uolun-

lunarię, aut irrationalia vota, nec ratione, nec auctoritate vallata, nec in Concilijs, nec in Tribunalibus admittuntur pro causis doctrinalibus, vt predicto capite demonstratur.

Quartum est vt in illis doctrinis, quę pro se habent graues Authores, producantur ad earum condemnationem a Censoribus irrefragabiles definitiones Conciliorum, aut Decretalium, vel euidentes rationes, & demonstrationes, vt premissis capite ex Innocentio Papa, & alijs fundamentis euincitur esse faciendum.

Quintum est ad cōdemnationem alicuius doctrine, etiam in Concilijs Generalibus non sufficere aliqua suffragia, imo nec maiorem partem suffragiorum, vt in predicto tractatu per totum cap. 2. r. ex Salmerone, Bellarmino, Vincentio Lyrinensi, & grauissimorum Conciliorum praxi stabilitur. Idcirco si multiscientia, & veritate prestantes, propositas doctrinā a censura liberent, non obstabit aliorum aduersa censura quominus illę probabilissimę iudicentur.

Sextum est, quoniam etiam si fideliter, & legitime Authorum testimonia allegentur ex causis productis 3. cap. predicti tractatus de examine doctrinarum, continget eas non inueniri, aut interdum ex errore Amanuensium, aut Typographię numeri allegationum, aut inuertuntur, aut commutantur, poscimus, vt si aliquod testimonium non concordet cum producto, Authore, vel libro, a nobis exigatur legitima collatio, aut editio, ex qua illud inuerti fuerimus. Sic r. p. Tabularum, num. 7. vbi dicitur, *Iosephus 3. de bello Iudaico*, est error præli, legendum *lib. 7. cap. 18.* & num. 15. vbi dicitur *Cassiodorus lib. 3.* legendum *lib. 6.* Tertia parte tabularum, num. 21. 22. emendanda sunt licetę Dominicales vitio Amanuensium, aut Typographi transpositę: nam annus 25. ante ortum Christi fuit bissextilis, eiusque litterę Dominicales F. E. quo ordine reliquę sunt emendandę. Num. 21. & 22. Et in eadem parte num. 4. linea 5. post illud *Franciscus Suardius tom. 2. in 3. p. disp. 4. scilicet. 4.* addendum, quod omisit Typographus, *si iungantur, quę scripsit lib. 10. de gratia, cap. 8.* Et quarta parte tabularum, quaternione R. fol. 1. vbi dicitur, pag. 2. *Brigitta, lib. 1. cap. 2.* legendum, cap. 20. Et fol. sequenti, pag. 1. vbi dicitur, *Vincentius lib. 22. speculi naturalis, cap. 1.* legendum *lib. 16. cap. 8.* Et in quaternione AA. pag. vltima, paulo ante med. vbi dicitur, 59638044. *id est mil-*

*millies, milles quingenties. &c.* legendum, 1596938044. *id est millies, milles, milles. &c.* In quaternione BB. pag. 2. in medio scriptum est, *bis mille milles quingenties*, legendum, *bis mille milles, &c.* In eodem quaternione, & pag. paulo vitra medium scriptum est, *Sexcentestes, ac sexagesies sexies*, legendum, *Sexcenties, ac sexagesies sexies*. Propterea poscimus, vt in alijs similibus erratis ad satisfaciendum cogantur.

Septimum postulatum plura comprehendit quę in præludijs, & tractatu de examine doctrinarum fusius tractantur, & probantur.

*Postulata pro censura heresis, vel erroris inferenda propositionibus ventilandis.*

**V**T, quę proponuntur 4. & 5. præludio, & in voto Platonis cap. 6. tractatus de examine doctrinarum, obseruentur: & singulariter inter alia.

Opponi ventilatam doctrinam necessario, clarę, & euidentę alicui loco Scripturę, aut Definitioni Conciliaris, vel Pontificię, aut traditioni Apostolicę vniuersali, aut communi sensui Pastorum, & Doctorum Republicę Christianę.

Vel quod opponatur manifestę, directę, irrefragabiliter conclusioni Theologicę, id est illi quę ex præmissis fidei manifestę, & euidenter deducitur.

Vel quod opponatur alicui doctrinę, quam omnes sapientes indicant vehementer ad fidem pertinere; non tamen affirmant aperte esse de fide.

Et quod præterea consignentur loca Scripturarum, Conciliorum, & Doctorum, ex quibus dictę probationes ad inferendam censuram content, & innotescant.

Et quod consequentię, & illationes non sint probabiles tantum, aut probabiliores, sed euidentes, necessarię, irrefragabiles. Hęc si desint, non erit doctrina obnoxia huic censurę Theologicę.

*Postulata pro censura inferenda de sapore, aut suspicionem, aut periculo heretica, vel erroneę doctrinę.*

**V**T, quę proponuntur præludio quinto, & cap. 6. voti Platonis, circa necessaria ad inferendas has censuras, explodentur, & singulariter inter alia.

Quòd notetur, quam hæresim sapiat, vel foueat doctrina in controuersiam adducta.

Et quòd ea dem non inueniatur in Doctõribus Catholici secundum sensum, & phrasim loquendi Authoris.

Et quòd Author sit suspectus, vel in loco suspecto.

Et quòd lra Doctores graues suspicentur absolute: atque illi notatis locis, & fundamentis consignentur. Hæc si desint non erit doctrina obnoxia huic censuræ.

*Postulata pro inferenda censura de malo sono in sile, aut moribus, & de piarum aurium offensione.*

**V**T, quæ scribuntur præludio 6. & in voto Platonis, cap. 6. pro inferendis his censuris, inuestigentur; & singulariter inter alia.

Quòd specificetur quis, & cuius erroris, aut malæ doctrinæ sit prauus ille sonus, aut piarum aurium offensio.

Et quòd malus ille sonus, & offensio non sit apud paucos, neque ex ignorantia, aut praua affectione, sed apud plures pios, & sapientes.

Et quòd dissonantia illa, & offensio non per probabiles consequentias, sed per necessarias, & indissolubiles, vel per certa experimenta, vel per communem sensum piorum, & Doctõrum innotescat. Hæc si desint, non erit doctrina obnoxia huic censuræ.

*Postulata pro inferenda censura doctrinæ, veluti scandalosæ, Theologicæ, aut vulgariæ.*

**V**T, quæ proponuntur 6. præludio, & cap. 9. 11. 13. 14. voti Platonis pro inferenda hac censura, explorentur: & singulariter inter alia.

Quòd detur occasio ruinae in materia morali, per modum dictaminis, aut sit prudens timor periculi ipsius.

Et quòd doctrina ventilata in grauius Doctõribus non reperiatur.

Doctrina vulgariter solum scandalosa, non est Theologicè damnaibilis, vt autem aliquam doctrinam eius coloris esse, conuincatur, probari debet sermone vulgari esse traditam, & cum seditione, & tumultu fidelium fuisse auditam. Hæc si desint, non erit doctrina obnoxia huic censuræ.

Po-

*Postulata pro inferenda censura temeritatis.*

**V**T, quæ scribuntur præludio septimo, & in voto Platon. cap. 13. pro inferenda hac censura, inuestigentur: & singulariter inter alia.

Quòd materia, de qua tractatur, sit Theologica, id est ad fidem, aut bonos mores pertinens.

Et quòd non sit solum priuatiuè temeraria, id est, quæ nec pro se, nec contra se habeat Authores, vel argumenta.

Et quòd positiuè sit contraria communi sensui Patrum, vel Scholasticorum, qui non obiter, aut opinatiue solum, aut per condescendentiam fuerint loquuti; sed ex professo, & firmiter.

Et quòd nullus grauis Doctõr, aut ferè nullus eam doctrinam asseruerit, aut quòd sit euidentis ratio, vel irrefragabilis auctoritas, ex quibus fuerit antiquata.

Et quòd nulla sit efficax ratio, aut firmum testimonium, vnde licitè potuerit descri communior sensus Scholasticorum. Hæc si desint, non erit doctrina obnoxia huic censuræ.

*Postulata pro inferenda censura doctrinæ illusoriae iurisdictionis Ecclesiasticæ.*

**V**T, quæ scribuntur in voto Platonis, cap. 9. & in præludio 9. ad hanc censuram inferendam explorentur, & singulariter inter alia.

Quòd doctrina, qua, & se, & sua quis tueretur non sit in Prouincijs Catholicis bene recepta, nec auctoritate Theologorum, & Iuris Canonici peritorum munita.

Quòd non ea à religiosissimis Principibus, & Catholicis Senatibus in praxi habeatur, nec fauor, aut auxilium pro illius executione præsteretur, nec pij, docti, timorati, & graues viri diuersarum Prouinciarum ita consuluerint, & senserint. Hæc si probari nequeant, non erunt doctrinæ tractatus de primis instantijs, & recursibus alijs examinatiuè propositæ; obnoxia huic censuræ, etiam si assertiue, & constanter affirmentur.

(.t.)

VI.

**Q**uoniam ex disputationibus, & controuersijs plurimæ emergunt, & ex obiectionibus, & defensionibus in multo maiorem molem hoc opus confurgeret, volumus solum valdè summarie opinionum firmamenta producere: quæ tamen sufficiant ad probabilitatem inducendam. Idcirco si pro aliqua ex doctrinis ventilatis necesse sit plura exhibere fundamenta, postulamus vt ad illa exhibenda cogamur.

## P R O M I S S A.

*Plura que ex recitatione, vel dubitatione, vel examinatione scriptis, aut ex falso impositis nobis obiecta sunt, & nostris declarationibus, & promissis facile dissoluantur.*

*Mox dicenda omnes residuas obiectiones contra nostra scripta dissoluent ex sequentibus promissis.*

**P**rimum sit, ea quæ dixerimus, aut scripserimus, etiã si, quia nulla illis Theologica nota, vel censura debeat, nobis permittantur, veritatis causa à nobis refutanda, & retractanda, si maior aliunde probabilitas colluceat. Nolumus ab ethaicis sapientibus ingenuitate superari. Imitabimur exemplum Hippocratis idem pollicentis, vt testatur Plutarchus, lib. de profectu morum, indicio 13. & documenta Marci Tullij exequemur lib. 2. de inuentione, num. 124. & 2. Tuscul. num. 4. Non satis est veritatis causa amicos deserere, quod olim magnum arbitrabantur Arist. 1. Ethic. 6. & Clem. Alex. 5. Strom. 1. nisi etiã se ipsam quisque pro veritate deserat, & impugnet.

Secundum sit, licet in his tabulis paucissimæ sint contrariarum opinionum impugnationes; eas tamen iubentibus, aut postulantibus à nobis exhibendas. Illas præteribimus consulentes breuitati, & innitentes Sanctorum Doctorum exemplis. D. Dionysius Areopagita in epist. ad Polycarpum, sic

fic ait: *Quidquid est de lege veritatis, rectè demonstrato, & integrè stante, omne quod aliter se habet, verique speciem præferat, & aliud esse, atque id quod verè est, & dissimile, & videri magis quàm esse, coarguetur; superuacaneum igitur est veri interpretem cum his velle pugnare.* Summus Doctor Platonius Dionysius Socratem Platonis Magistrum imitatur, de quo hæc Laertius in ipsius vita: *Nitebatur summo ingenij acumine, non tam illos ex sententijs refellere, quàm ipse quid verum esset, definire.* Ideò S. Athanasius, oratione contra Gentes, probat disputationem de veritate, natura, ordine, & vtilitate priorem; at disputationem pro veritate natura, & potentia posteriorem, quamquam ipse in eadem oratione, & Athenagoras in principio orationis de resurrectione mortuorum, iustis de causis aliter se gesserunt. Consonant Nazianzenus, orat. 3. de Theologia. Hilar. 8. de Trinitate, & Arnobius initio lib. 1. contra Gentes.

Tertium sit, nos libenter expuncturos, & postulaturos, vt expungatur ad libitum partis læsæ, quidquid in libro quarto acerbè dictum videatur aduersus opinionem affirmatiuam in thesi Conceptionis Deiparæ. Contra Authores, & personas nihil dictum, scriptumvè est: dolemus quidquam positum, quod ex depressione opinionis (quamquam nulla illi nota Theologica vsquam à nobis imposita), exacerbare potuerit opinantes.

Quartum sit nos circa præstantiam, dignitatem, & prærogatiuas doctrinæ Angelici Doctoris, cum summa honorificentia semper fuisse loquutos. Vt in Philosophia Dux, & Princeps est Aristoteles, in Medicina Hippocrates, Euclides in Geometria, Vitruuius in Architectonicis, Strabo in Geographicis, Archimedes in Mechanicis, Theobanus in Arithmeticis, Fullius in Oratorijs, in Poeticis Virgilius; sic in Theologia Scholastica Duces, & Principes esse S. Thomam, diximus, & professi sumus vbique. Antequam promissio nostra proponatur, supponendum est processum Academiæ Parisiensis contra Montesconum, qui est ad finem Magistri Sententiarum in omnibus editionibus, & opusculum aliud, cuius initium est: *Quid lucidius Sole, & hic desinit.* Hugonem Magnefium in Apologia pro Scoto, Hugonem Cabotum, de eadem thesi, & Dermicium Thadæum in Ritela Franciscana, & nonnullos alios, syllabos opinionum euulgatic

etque Diuo Thomæ adscripsisse, quas aut notam Theologi-  
cam mereri, aut valde esse obsoletas, & improbables prædi-  
carunt. Nos nihil aliud fecimus, nisi horum dicta referre, nul-  
lam ex nostro cerebro propositionem adiungentes, sed solum,  
ab his & alijs Authoribus productas recitantes; quorum ta-  
men mentem semper impugnauimus, & impugnandam iudi-  
camos, quia Doctores Parisienses illius temporis ex conten-  
tione, & ceteri ex litigandi feruore nimium excesserunt, ne-  
que vlli ex illis fidendum est. Nos Angelicum Magistrum,  
vel propter intelligentiam prauam interpretatum, vel prop-  
ter errorem Amanuensium, & Typographiam ab omni nota,  
& censura, & improbabilitate semper liberauimus. Quoniam  
verò similes allegationes, etiam si à nobis repulsa fuerint,  
male sunt acceptæ à nonnullis, quasi illis conuincere videremur,  
aut eas artificiosè producere, vt sensum aliorum ani-  
mos occuparent, pollicemur, vel eas à nobis nunquam pro-  
ponendas, aut in alterutram partem quouis prætextu alle-  
gandas, vel nos multo verisimilium, & robustius, quam Al-  
phonsum Baptista, Dominicus Grabrina, & Ioann. à S. Tho-  
ma, inferius allegandi, explicaturos, & defensores Angeli-  
cum Magistrum, vt exemplo adhibito non multo post con-  
stabit. Quæcumque verò ex occasione prædicta contra nos  
scripserunt Alphonsum Baptista, in sua Apologia Casaraugu-  
stana, anno 1628. & qui proximè antecedenti anno 1627.  
sub nomine Antonij Montoy, aliam etiam Apologiam His-  
panam excuderunt, & Dominicus Grabrina tom. 3. præscript.  
p. 1. controu. 2. Generali, q. 1. art. 9. pag. 270. & 280. & seq. &  
pag. 416. & seq. vsque ad pagin. 430. & in lib. cuius titulus,  
*Depositum veritatis*, & sæpè alibi, & Fr. Ioannes à S. Tho-  
ma, disp. 2. ante Commentarios 1. p. posita art. 1. pag. 220.  
221. & seq. & alij quidam nullatenus impugnant mentem, &  
reuerentiam nostram erga Angelicum Magistrum. Dicunt  
ipsi, & probare contendunt nullum esse errorem qui à men-  
te, & calamo Diui Thomæ emanauerit; idem nos semper  
diximus, & scripsimus: nulla igitur est causa propter quam  
impugnemur. Solum nostra culpa est, quod ex processu Parisi-  
ensi, Hugone Magneso, Hugone Cabelo, Dermicio Tha-  
deo, & alijs, eos catalogos opinionum adduxerimus ipsorum  
mentem, & sensum repudiantes. Grabrina, & Ioannes à S.  
Thoma expressè fatentur illos syllabos propositionum ex  
anti-

antiquioribus Scriptoribus, à nobis fuisse decerptos, & reci-  
tatiuè solum absque vlllo assensu à nobis productos. Nulla  
superest alia via amouendi suspicionem de artificiosa alle-  
gatione, nisi vel promissam nuper diligentiam exequentes,  
vel remouendo à nostris scriptis prædictis catalogos alias  
publicos, & euulgatos ab antiquioribus, & recentioribus  
nonnullis, qui nos tempore præcesserunt; cum hac tamen  
differentia, quod illi eas opiniones imponebant Angelico  
Magistro, atque eas, vel inter damnatas, vel inter improba-  
biles numerabant; nos autem constanter diximus, nihil aut  
notatu dignum, aut improbabile in legitimis scriptis Diui  
Thomæ reperiri. Ex quibus omnibus fit, non legitimè alle-  
geri nos à Dominico Grabrina, tom. 3. præscript. p. 1. con-  
trou. 2. q. 1. art. 9. pag. 270. in eo quod scribit nos lib. 4. tract.  
5. cap. 5. alios Doctores æquasse D. Thomæ, nullum ibi ver-  
bum de hac æqualitate inuenietur; semper cum Principem  
summum Theologiæ Scholasticæ professi fuimus. Ibidem  
Solem Theologiæ, Oceanum Christianæ sapientiæ prædi-  
camos. Præterea verum non est, quod in eodem volumine à  
pag. 416. vsque ad 430. nobis imponit D. Thomæ errores  
quosdam attribuisse: legatur totus tractatus ille quintus, in  
iudicijs de solutionibus aliorum, & manifestè constabit sem-  
per nos denegasse errorem vllum, & etiam improbabilitatem  
in doctrina S. Thomæ. Illius aliquid pollicemur circa eas  
propositiones, quæ indubitatè sunt D. Thomæ, & prædictis  
Authoribus visæ sunt difficiles, multò nos verisimilium, & ro-  
bustius quam Alphonsum Baptistam, Grabrinam, & Ioannem  
à S. Thoma, illas esse explicaturos, & defensores, v. g. docet  
Angelicus Doctor 1. p. q. 102. art. 2. ad 4. torridam Zonam  
esse inhabitabilem propter abundantiam caloris. Ioannes à  
S. Thomæ seccumbit difficultati, & ea soluta responsione sa-  
tisfacit, quod tempore Angelici Doctoris, necdum de veri-  
tate constabat, quia navigationes sequentium seculorum nõ  
fuerant susceptæ. Parum hæc solutio plausible, nam pro  
alijs opinionibus S. Thomæ, idem effugium ab aduersarijs  
excogitaretur, licendo eius seculo, necdum earum fuisse ex-  
ploratam veritatem: quare legitima responsio desumitur ex  
doctrina antiqua in A. B. 2. tom. 2. lib. 15. cap. 13. acerti-  
mè iuentium Zonis torridas, nunquam ante aduentum Chi-  
ni ab hominibus fuisse penetratas, imò nec penetrari pos-  
tuisset

tuisse propter abundantiam caloris, cuius plura fuerant ex-  
 perimenta. Ac Christi passioni congruebat, ut pro amplian-  
 da ipsius gloria, iam ex tunc pertransiri, & penetrari ab ho-  
 minibus possent. S. Thomas loquitur de tempore primæ  
 creationis; perseverante vigore Paradysi ante aduentum  
 Christi, in quo probabilissima eius opinio. Secundo adhuc  
 in hoc sensu D. Thomas non loquitur assertive, sed dubitans  
 abstrahit à decisione huius questionis, addens, *Quidquid au-  
 tem de hoc sit, &c.* Tertio, non ait esse probabilis totam  
 Zonam esse inhabitabilem, sed *videtur probabilius*, & ut ex-  
 pendit Canus lib. 8. cap. 5. quoties Angelicus Doctor, uti-  
 tur verbo *videtur*, non loquitur assertive ex propria senten-  
 tia, atque adeo ibidem allegato Aristotele, in libris Meteor-  
 orum, pro ea opinione ait dubitative, & cum formidine, &  
 remissive ad mentem Philosophi, videri illam probabiliorē,  
 at non affirmat esse. Lucet hic profunditas verborum, & sen-  
 suum Angelici Magistri, sicut in universis eius clausulis. Sic  
 nos alias expositiones, & defensiones adhibebimus alijs do-  
 ctrinis S. Thomæ, obiectis à processu Parisiensi, Hugone  
 Magnifico, Hugone Cabello, Dermicio Thad. & ab Autho-  
 re tractatus, cuius initiū, *Quid lucidius Sole*, & supplebuntur  
 ea quæ non ita verisimiliter, nec robuste explicant, & defen-  
 dunt Alphonsus Baptista, Grabrina, & Ioannes à S. Thomæ,  
 quam operam promittimus, & exequemur: & ea declarabit  
 nos in prædictis allegationibus non cavillose processisse, ut  
 aliorum oppositiones in D. Thomam lectorum animos oc-  
 cuparent.

Quintum sit, nos semper habuisse, & habituros esse Aristo-  
 telem, veluti Principem Christianæ Philosophiæ, neque  
 quidquam coniacere, quæ adversum nos produxit Grabri-  
 na tom. 3. præscript. part. 1. controuers. 2. quæst. 1. art. 8.  
 pag. 262. ad probandum omnes nervos contendisse nos ad  
 diminuendam eius maiestatem, & simul Angelici Doctoris,  
 qui tanti Philosophi fuit vindex, & assecla. Quod enim sum-  
 mum Philosophum in quibusdam errasse; in alijs nonnullis  
 thesibus minus probabiles opiniones sectatum fuisse dixe-  
 rimus, non tollit illius Principatum propter innumeras ve-  
 ritates, & principia, quæ circa omnes Philosophiæ partes  
 præclarissime inuestigavit. Referam, quid ab alijs audiat

Ari-

Aristoteles, etiam si illum ut Principem revereantur.

A Medicis refellitur in origine, & explicatione nervo-  
 rum, in utilitate vnguium, in necessitate cerebri, in numero  
 ventriculorum, in sede primi sensus, in ratione videndi, in  
 sectione cordis, in tribus facultatibus unius naturæ, in  
 somni ratione, in semine mulieris, in operibus feminis, &  
 alijs.

Ab Astrologis non admittitur in ijs, quæ scripsit de nu-  
 mero cælorum, de Sole posito in secundo cælo, de eccentricis,  
 & epicyclis prætermisissis, & de galaxia cælo sublata.  
 Grauius est, quod Theologi summum Philosophiæ Chris-  
 tianæ Principem arbitrantur Aristotelem, quamquam ip-  
 sam impugnent circa definitum intelligentiarum numerum,  
 & circa virtutem infinitam intelligentijs omnibus ad cien-  
 dum cælum infinito tempore communicatam, & circumundi  
 æternitatem tam serio ab ipso acclamata: atque hæc  
 quidem extra controuersiam sunt. Aia sunt non adeo ex-  
 plorata, quæ tamen Doctores, & Patres ipsi obijciunt, & le-  
 gi possunt apud Eusebium lib. 15. præparat. à cap. 3. vsque  
 ad 13. Canum lib. 10. de locis, cap. 5. Paulum Ben. in Ti-  
 meum Platonis, lib. 1. Dec. 1. Ludovicum Viues lib. 1. & 3.  
 de veritate fidei. Nempè materiam primam, & aliam corrup-  
 tionis expertia ingeita potuisse, id est non producta; quod  
 Aristoteles creationem ignorauerit; quod animas hominum  
 mortales fecerit; quod Deo libertatem ademerit, & ex Prin-  
 cipe mundi illum statuerit naturæ mancipiam supremo affi-  
 xum cælo deseruientem, & ipsi, quasi pistrino per omnem  
 æternitatem damnatum; quod diuinam scientiam, & prou-  
 dentiam in suspicionem vocarit; quod diuinam virtutem cu-  
 iusdam circuli finibus terminauerit; ac tam arcta Deum ne-  
 cessitate cum abstractis illis mentibus consociauerit, ut si ei  
 credas, nullo ferè discrimine distinguatur; quod ex nihilo  
 nihil fieri queat; quod in venereis medium laudat, & extre-  
 ma vituperat; ac proinde virginitatem condemnat; quod in  
 topicis doceat, si amicus est diligendus, inimicos esse odio  
 prosequendos; & 1. Rethor. laudabile esset dicat inimicos  
 potius vlcisci, quam illis reconciliari, quia malum pro malo  
 reddere iustum sit; quod 7. Politic. scribat monstra non esse  
 agenda, & doceat partum ante animationē licite abigi posse.

1105,



Hos, & similes alios errores diuini obijciunt Aristoteli Franciscus Picus lib. 4. Exam. doctine Gentium, cap. 11. Canus lib. 10. cap. 5. & ex antiquis. Clemens Alex. r. Strom. Iustinus de dogm. Arist. Tatianus, orat. contra Græcos. Nazianz. orat. 1. de Theol. Ambros. 1. de offic. Euseb. sup. Epiphani. lib. 3. aduersus hereses. Diogen. Laert. in Aristot. vita. Basilii in exam. Theodor. de curâdis Græcis affectionibus. Athenagoras legatione pro Christianis. Antonin. tit. 11. de Sacra Scripturâ utilitate, cap. 4. & 5. & alij plures. Lib. 10. Ethic. de Dei Prouidentia dubitat Aristoteles: lib. de bona fortuna, subtrahit fortuita diuinæ Prouidentia: lib. de celo omne incorruptibile, a t esse ingenitum, idest non cepisse: lib. 2. de celo, & lib. 5. & 12. Metaphis. nunc mentem Deû vocat, nunc cœlum cuius anima mens sit: In eod. lib. de celo Deum extremo cœli afficit, & Dei Prouidentiam fabulam existimant gratia vulgi continendi in officio politicè confictam: lib. 12. Metaphis. absurdum docuit esse Deum de quibusdam intelligere: lib. de Mundo (si eius est) Deum similem fecit Xerxi, vel Cambysi, vel Dario, qui ipse per se maxima obeat Regni munia; minora & sordida mandat alijs. Quæ omnia siue certò, siue opinatiuè Aristoteli tribuantur, non obstant quominus, vt summus Princeps, & vertex Philosophiæ ab illis ipsis, qui has opiniones illi tribuunt, suscipiatur, propter innumera arcana, & solida principia quæ explorauit. Non igitur ex hoc capite euersores sumus Peripateticæ doctriinæ, & Thomisticæ Aristoteli innixæ, quia illam circa efficaciam muliebris seminis, & pauca alia, non prosequamur, vt Grabrina opponit. Ex his aliud in gloriam D. Thomæ deducitur, quod etiam data falsâ hypothesi de opinionibus adscriptis Dno Thomæ ab Academia Parisiensi, Dermicio Thadeo, & alijs, non tolleretur supremus Principatus Angelici Doctoris in Theologia Scholastica: quemadmodum nec tollitur Aristoteli propter præmissas doctriinas ab omnibus, vel à paucis ipsi adrogatas.

Sextum sit, nos immeritò, & absque vilo fundamento veluti fugillatores, & contemptores Patrum fuisse traductos, in ijs quæ de erratis ex aliena manu in eorum scripta irreperunt: pollicemur, si quid fortan exciderit, quod minimam suspicionem huius delicti præbere queat, ex nostris scriptis expucturos, atque ita fieri summopere desideramus. Verùm post

post laboriosam speculationem inuenire non possumus vestigium aliquod, vnde ista suspicio tam seriè, & publicè à nonnullis proclamata, & euulgata dimanauerit. Inculcat nos de nimia pietate, & religione erga sanctos Patres Domini. Grabrina tom. 3. præscript. controu. 1. q. 3. art. 3. pag. 160. nos impugnans quod lib. 4. tract. 3. cap. 1. 8. 13. 14. ex professo docuerimus, quidquid inuenitur dissonum in scriptis Patrum, esse tribuendum non eorum calamo, sed corruptioni temporum, Traductorum, Amanuensium, Typographorum, & hæreticorum. Refellit hanc nostram doctriinam Grabrina, verum non mentem, sententiam quæ nostram: nam duplex potest esse genus errorum in antiquorum monumentis, alij obiter scripti, & qui ab vna affirmatione, & negatione, vel ab vno nomine, & verbo dependant, de quibus tractamus ibidem, & quod diximus, nunc ratum habemus: nam si plures emendationes fiunt à criticis in libris Poetarum, propter dissonantiam, & inconstantiam carminis, in libris Orationum, propter absurdum sonum, aut leges Grammaticales, & Orationis minis bene obseruatas; & in libris pariter Philosophorum, Historicorum, & alijs propter similes causas laboratur: si ex his fontibus tot nascuntur variæ lectiones, castigations, additiones, mutilationes, vt à profanis Authoribus inconcinne dicta contra ipsorum calamum, & mentem irrepsisse dicatur, nulla vtique est causa, quare simili obsequio scripta Patrum gaudere non debeant, cum error, aut obscuritas ab vna solùm voce, aut paucis dependent, vt fecere plurimi ex castigatoribus operum sanctorum Dionysij, Ephrem, Basilij, Chrysostomi, Nazianzeni, & aliorum. Non fuit igitur nostra pietas in hac parte superstitiosa, sed debita: quam applicuimus nonnullis testimonijs Patrum, quæ obiter videbantur percellere opinionem negatiuam in tæsi de Conceptione. Et eandem doctriinam vniuersaliter docet idem Grabrina, q. 3. supra relata, art. 3. pag. 153. 154. 157. ex Euagrio, Marciano, Sixto Senensi, Rossensi 6. & 8. Synodo. Alij possunt esse errores in antiquorum monumentis, ex professo ab ipsis fundati, aut sæpè & constanter repetiti, & veluti de eorum mente, & calamo emanantes à viris doctis, & pijs euulgati, ac pro his nullatenus diximus valere excusationem Amanuensium, Typographorum, Traductorum, & hæreticorum: quemadmodum nec prodesse deberet ad mutilan-

andam decem versus Horatij, aut plures et quibusdam  
fulas Orationum, Historicorum, Philosophorum, nisi quando  
grauissima adessent rationis, & authoritatis fundamenta ad  
euincendum suspicionem corruptelæ. Solus Grabrina præ-  
dicto loco, & integer tractatus noster libri quarti, quem alle-  
gat, quando alia deessent omnia, euidenter summam nostram  
pietatem, & reuerentiam erga Patres commendaret.

Septimum sit, nos circa errata ex in Curia Amanuensium,  
Typographorum, vel aliarum causarum in transcriptionibus  
ineuitabilem, quæ irreperunt in opera D. Thomæ, & circa  
castigationes, & emendationes factas à sacro Prædicatorum  
Ordine, vel à grauibus eiusdem Doctoribus, nihil dixisse, nisi  
quod Vincentius Iussianus Ordinis Prædicatorij Genera-  
lis Antistes, & Thomas Manrique sacri Palatii Magister, &  
Pius V. dixerunt, & scripserunt in præfationibus editionis  
Romane operum D. Thomæ anno 1570. & quod Franciscus  
Garcia in castigationibus, impressis anno 1578. iussu Sera-  
phini Brixienfis Generalis Magistri, & quod Gregorius Do-  
natus, Socius Magistri sacri Palatii, in editione summe  
Theologiæ anni 1619. Neque in hac re quidpiam singulare  
de monumentis D. Thomæ scripsimus, quod non vniuersale  
esse dixerimus, vniuersis & singulis antiquorum monumen-  
tis, ex infirmitate humanæ prouidentie circa Amanuensium,  
Typographorum, & Traductorum, diligentiam. Iuxta Ana-  
stasium Sinaitam, Antonium, Turrecrematam, Sixtum Se-  
nensem, Oleastrum, Pium V. Clementem VIII. Religionem  
Seraphicam, & plures alios innumera contingunt deprava-  
tiones, & corruptela librorum, ex plurimis causis Amanuen-  
sium, Typographorum, Interpretum, Traductorum, quæ in-  
euitabiles sunt pro obiter dictis, aut scriptis, quemadmodum  
latissimè probat Grabrina tom. 3. præscript. p. 1. controu. 1.  
q. 3. art. 3. pag. 153. 154. 157. Diximus in genere, & latissi-  
mè hanc doctrinam, quæ probatur plurimis argumentis in  
Voto Platonis, tract. de exam. doctrinarum, c. 3. non verò  
quod aliquid singulariter contra D. Thomæ scripta molire-  
mur.

Quod verò ad infirmam auctoritatem voluminum D.  
Thomæ, hæc à nobis dicta sunt, nec probat, nec probare po-  
test homines à S. Thoma, disp. 1. de approbatione doctrinæ  
D. Thomæ ad fidem, quamquam insinuet, nos eo animo præ-  
dicta

dicta memorasse. Quoad hanc partem idem omnino à nobis  
dictum est, quod ipse Ioannes à S. Thoma scripsit; & pro-  
mittimus nec aliud, nec alio fine in posterum à nobis pro  
hac chesi scribendum, dicendumque fore.

Octauum sit, quoniam vt ait Grabrina tom. 3. præscript.  
pag. 303. & 304. nos scripsisse, lib. 4. tract. 7. c. 5. D. Thomam  
magna ex parte transcripsisse primam secundæ, & secundam  
secundæ, ex speculis Vincentij, aduertimus nunquam, & nus-  
quam, nos hanc opinionem sustinuisse, etsi retulerimus ex  
se, Francisco Garcia, & alijs fundamentis, quæ retulit Ioan-  
nes à S. Thoma, propè finem disputationis primæ allegatæ;  
sic aliquos insinuare voluisse; cum tamen in odiosa contro-  
uersia nullo modo Francisco Garcia, Brulifero, & alijs, tunc  
adherere voluerimus. Postea autem lib. 3. defensionum, cap.  
21. à fol. 162. integrum tractatum euulgatum ad proban-  
dum indubitatum esse primò summam Angelicam à sancto  
Doctore, post Commentarios in libros Sententiarum fuisse  
editam in postrema vitæ ætate; atque id efficacissimè à no-  
bis probatum est: secundò nullatenus D. Thomam à Vincen-  
tio Veluacensi; sed potius hunc ab illo fuisse mutuatum,  
quæcumque in amborum monumentis referuntur. Atque  
hanc tractatum firmiter, & constanter varijs testimonijs, &  
argumentis vtrumque assertum defendentem nos sectaturos  
pollicemur. Et quanquam Ioannes à S. Thoma loco prædi-  
cto summo nisi contendat id probare, quod nos etiam dici-  
mus, & scribimus, dicturos, & scripturos pollicemur, non  
adeò copiose, & efficaciter probat intentum; atque nos in  
loco allegato, vt constabit conferentibus vtrinque tracta-  
tiones. Eximia sanctitas, & sapientia D. Thomæ euidens est  
argumentum de non usurpatis, sibi quæ arrogatis scriptis  
Vincentij Veluacensis eius suppresto nomine, contra illud  
elogium Eliphaz; Job cap. 15. *Sapientes confitentur, & non  
abscondunt Patres suos.* Candor Nepotiani describitur à  
Hieronymo, epist. ad Heliodorum, *Quid cuiusque esset, sim-  
pliciter confitebatur.* S. Basil. epist. 1. ad Gregor. *Quæ ab alijs  
delicium non nobis vendicanda.* Plato in Hippia. *Nec ulli  
unquam ingratus extiti.* Cornelius Celsus lib. 2. de remedi-  
ca. 14. late probat Authoribus debita reddenda. Plinius in  
præfatione naturalis historie ingenuum candorem in red-  
denda debita retributione Authoribus ostendit luculenter.

Ingenuitas S. Thomæ id ad vnguem obseruasset, & Vincentij opera adoptare voluisset, nec Plagiarij crimen admitteret, quod vehementer, & latissimè exagitat Vitruuius lib. 7. de Architectura; & propter hanc labem Isidorus 10. Originum inuasit Virgilium, quod Homeri versus sibi adrogauerit. Propterea quando alię deessent solutiones, dicendum esset speculum morale Vincentij, aut esse alterius Vincentij iunioris, D. Thom. aut sub falso titulo antiqui Vincentij opus magis modernum euulgatum.

Nonum sit, quoniam Alphonsus Baptista, & Ioannes à S. Thoma supra allegati, & copiosius Grabriana, tum in deposito veritatis, tum parte prima tertij tomii præscriptionum plura dixerunt, vt persuaderent nos de gradu Doctorum in Ecclesia Dei, atque de eorum dignitate minus benè sensisse, & scripsisse, pollicemur nos si sublimiores opiniones, eaque aptiores inuenerimus ad gradum, & maiestatem Doctorum extollendam, prioribus retractatis, eas sequuturos esse. Verum post sedulum examen nostrorum scriptorum nullam inuenimus, quæ non sit indubitata.

Prima propositio ex notatis in nostris scriptis certa est, scilicet ministerium, & gradum Doctorum Ecclesiæ semper in ea permanere, quam communiter omnes statuunt cum Tertul. lib. de præscript. c. 14. ex D. Paulo 1. Cor. 12. & ad Ephes. 4. non aliter, ac semper sunt Pontifices, & Episcopi, & Sacerdotes, semper etiam erunt in Ecclesia Doctores Ecclesiæ. Itaque non solum sunt Doctores in Ecclesia singulis ætatibus, sed etiam Doctores Ecclesiæ, in quo distinctionem parum vtilem excogitauit Alfonso Baptista, quam ceteri Thomistæ, vel omiserunt, vel contempserunt. Hęc veritas adeo certa est, vt quia antistes quidam hanc propositionem docuit, quæ fuit decima quinta ex sexdecim à se abiuratis, *Præsens Ecclesia non est eiusdem luminis, & authoritatis, cuius erat primitiua*, coactus est à Gregorio XIII die Sabbati 14. Aprilis, anno 1576. illam abiurare, & oppositam ijs verbis profiteri, vt pertinentem ad Catholicam veritatem, *Quod Ecclesia præsens, cum perpetuo habeat eundem Spiritum sanctum illuminantem, & sanctificantem, quem habebat Ecclesia primitiua, est etiam eiusdem luminis, & potestatis, cuius erat illa.* Hoc autem lumen non habet Ecclesia, præsens nisi per Doctores viuētes sub obedientia, & directione Se-

dis Apostolicæ. Quia ratione Pontifices aliqui summi posteriorum ætatum, licet in personalibus comparari nõ possent, cum Clemente, Euaristo, Higinio, & Magno Gregorio, in iurisdictione & potestate æquales erant; sic Doctores viuētes, etiam in personalibus, quoad sanctitatem, ingenium, eruditionem, & doctrinam priuatiorem inferiores sint Dionysio, Augustino, Athanasio, & D. Thoma, verum in quidditate Doctoratus, pro necessarijs ad fidem, & bonos mores circa decisionem dubiorum emergentium simul sumpti pares sunt. Cùm quo stat D. Thomam, v. g. in personalibus prærogatiuis, sanctitatis, & doctrinæ, longe esse superiorem, & eminentiorem cæteris Doctoribus sigillatim sumptis, qui post illum, vsque ad finem seculorum futuri sunt. Quidquid opponi potest in contrarium exemplo Pontificatus, & collatione facti cum Doctoratu facile dissoluitur: legendus Abulensis, Meth. 24. q. 270. Canus 8. de locis, cap. 4. & alij. Hic ad legendum Grabrianam tom. 3. præscript. p. 1. controu. 1. q. 2. art. 4. pag. 122. & 23. nobis opponere, quod lib. 4. tract. 4. c. 10. & tract. 7. c. 2. dixerimus omnes Doctores esse Patres, & idem opposerat Alfonso Baptista. Verum vt inq; allegatio non subsistit, cum vestigium prædictæ impositionis nullibi in nostris scriptis inueniatur. Notum est Patres in propriissima significatione esse solum priorum seculorum Doctores, quibus ab antiquitate, & autoritate nomen conuenit, atque adeo nouiores Doctores, quantumuis sapientes, & sanctos, non posse hoc nomen usurpare, nisi late, quæ ratione Episcopi in Concilio Patres nominari consueuerunt.

Secunda est, essentiam Doctoratus Ecclesiæ, sicut & Pontificatus separari posse à sanctitate personæ, & etiam in sceleratis posse conseruari. Hęc doctrina manifestè probatur: primò, quia gradus propheticus in illustratione mentis, multo superior est gradu Doctorum, vt omnes admittunt, sed gradus propheticus separatus est à sanctitate, imò interdum cum sceleratis, vel idololatriæ fuit coniunctus, vt patet in Bilaam, Salomone, Propheta Bethel, Sybillis, & Caiphæ, & in illis qui cum multa prophetauerint audient in extremo iudicio illam Christi sententiam Meth. *Nescio vos.* Ergo nec de essentia Doctoratus Ecclesiæ Dei, est gratia, & sanctitas personæ. Secundo probatur, quia gratiæ gratis datæ reperiri possunt, & de facto repeririunt sine gratia grātum

ficiente ex communi Theologorum consensu, cum D. Tho. 1. 2. q. 66. art. 3. sed Doctoratus, & gratia gratis data, sicut prophetia, operatio virtutum, & cetera, ergo sine personali sanctitate potest inveniri. Idcirco nihil ex ijs, quæ contra nos attulit Alfonso Baptista, nec ex ijs quæ asseueranter scripsit Grabrina supra, controuers. 1. quæst. 2. art. 5. & 6. pag. 124, ad probandum canonizationem Ecclesiæ esse de essentia Doctoratus, aliquid habet roboris, imò nec verisimilitudinis.

Tertia, diuisio Prophetarum, Doctorum, & Pontificum in iustos, & non iustos; in canonizatos, & non canonizatos; in Martyres, & non Martyres; in Confessores, & non Confessores; in approbatos ab Ecclesiâ, vel non approbatos, est diuisio subiecti in accidentia. Licet enim gratia habitualis, Canonizatio, & Martyrium sint accidentia, maxime perfecta Prophetarum, Doctorum, & Pontificum, atque illis magnam conciliant auctoritatem; tamen graduum istorum minus, substantia, & essentia non pendet specificatiue ab his accidentibus, ut constat manifestè ex superiori propositione. Quæ verò compilarunt aduersum nos dicti Authores, solum probant secundum locutionem reduplicatiuam, esse de essentia Prophetarum, Doctorum, & Pontificum, in quantum Martyrologio, aut Calendario adscribuntur, sanctitatem personalem, Martyrium, & Canonizationem. Sub hac reduplicatiue idem nos dicimus; verum est inutilis reduplicatio pro exploranda essentia Prophetiæ, Doctoratus, & Pontificatus, cum sub reduplicatiue simili de eorum essentia possit esse Geometria, vel Musica, quatenus nonnulli Doctores Geometra, aut Musici fuerint. Ex eo autem, quod Ioannes à S. Thoma, disp. 1. de approbatione doctrinæ Angelicæ, art. 1. adducat sex differentias, seu gradus approbandi, etiam si in singulis verè decerneret, nullatenus hanc propositionem laderet, vel impugnaret; nam absque dubio sicut stella ab stella differt, sic Doctor à Doctore; & per accidentia, aut magis perfecta, aut magis intensa, vel extensa alius alium longissimè excellit, manente tamen eadem essentia Doctoratus. Imò ipsa approbatio doctrinæ est accidens Doctoratus: nam qua ratione in Martyre est accidens, quod approbetur, & canonizetur, vel non approbetur, nec canonizetur; ipse enim etiam absque canonizatione veram habet

auroriam, sic & in Doctore. Imò interdum contingit scripta aliquorum Doctorum, absque approbatione ipsorum, & canonizatione personarum, maius habere apud plures sapientes pondus auctoritatis; quam scripta quorundam Doctorum, qui in sanctorum numerum ab Ecclesiâ referuntur, v.g. Abulensis in expositione diuinarum literarum, & illustratione veritatum, quæ ab illis pendent, vrgentiùs cogit, quam S. Iustus Origelianus, S. Anastasius Synaita, S. Zeno Veronensis, S. Iulianus, & alij similes, qui pro sensibus a sceticis, aut mysticis, aut concionatorijs, aut moralibus scripturas lectabant, & commentabantur, quare apud sapientes, & exactos, scripturarum interpretes, in sacrarum litterarum intelligentia, & expositione hi sancti Doctores eam gloriam, & auctoritatem consequuti non sunt, quam Abulensis occupauit.

Quarta est quoniam Grabrina supra controu. 1. quæst. 2. art. 3. pag. 120. docet esse falsam, erroneam, comburendam doctrinam illam, quam recitatiue produximus ex aliorum mente, scilicet per approbationem Ecclesiæ in generali alicuius Patris, vel Doctoris, neque vnâ propositionem illius definiti, expedit hic ostendere, quantum excedat in prædicta censura. Primò: nam doctrina à nobis recitata est Abulensis, qui 2. p. defensorij, cap. 82. septem validissimis fundamentis eam stabilit; quem in hac parte plures alij sequuntur Authores. Secundò, quia vt latius expendimus in præloquio 9. titulo de loco probabili ex Ecclesiastica historia, sic et scripta Patrum, & historiæ Ecclesiasticæ certissimas referant narrationes, vt scripturas, Apostolicas traditiones, & Canones Conciliorum, hæc per se habent certitudinem infallibilem; eam tamen formaliter non tenent ex Doctoribus, aut historijs, nisi solum materialiter, quia ibi continentur; aliunde enim certitudinem fortiuntur, vt ibi exposuimus. Propterea quando Ecclesiâ approbat in generali opera alicuius Doctoris, nihil in speciali de nouo desuper; quæ autem ex iam definitis in illis monumentis referuntur, aut producuntur, non habent certitudinem fidei ex hac generali approbatione, sed aliunde. Ex quibus fit hanc doctrinam, neque esse erroneam, nec comburendam, nec falsam, vt Grabrina dicebat.

Quintò loco producemus testimonia nonnulla, eorum qui de D. Tribus scripserunt, vt Alfonso Baptista, Grabrina, & Ioannes à S. Thoma, vt facta eorum collatione, cum nostris scriptis videant nos multò fuisse moderatiores.

Primò, Turrecremata dist. 9. cap. noli, hæc habet. *Approbata sunt dicta Augustini, Hieronymi, non tamen vniuersaliter, sed ea que de fide Catholica, & condemnatione hæreticorum scripserunt.* Subscribit Grabrina, eisdem fere verbis tom. 3. præscript. p. 1. pag. 19. Canus lib. 7. c. 3. imò Paulus Grisaldus, eiusdem sacri Ordinis Prædicatorum, in decisionibus fidei, verbo *Authoritas*, sic ait: *Hæc propositio, arbitraritas omnium Doctorum, in ijs que minimè ad fidem pertinent, certum facit argumentum, est temeraria. Non cogitur Ecclesia docere, que sancti simul docuerunt.* Iuxta allegatos Scriptores, constat Patres non esse Doctores Ecclesiæ, nec approbationem ullam habere, nisi pro ijs, quæ de fide, & contra hæreses scripserunt: ita vt pro cæteris arbitrarijs controuersijs extra necessitatem fidei, & bonorum morum positis, nec Doctores sint Ecclesiæ, nec ab ea approbationem habeant. Nos verò etiam pro ijs indifferentibus, seu arbitrarijs quæstionibus diximus, scripta Patrum, approbationem habere sub quibusdam distinctionibus, iuxta distributionem accommodam. Igitur erga Patres prædictis Authoribus fuimus scrupulosi ires.

Deinde idem Turrecr. ibidem cap. *Ego solis*, sic ait: *Ecclesia approbans dicta aliquorum Doctorum, non approbat scripta qua circa disciplinarum naturalium, vel mundanarum materias scripserunt; patet, quia in talibus reperiuntur contrarij.* Subscribit latissimè Grabrina supra pag. 21. Canus lib. 7. c. 3. Banez 1. p. q. 1. art. 8. & alij eiusdem sacri Ordinis Authores, vnde iuxta allegatos, nec Doctores Ecclesiæ sunt, nec approbationem habent sancti Patres, pro similibus tractationibus. Nos verò etiam in his dicimus, & conuincimus esse Doctores Ecclesiæ, & approbationem habere sub quibusdam distinctionibus, & per distributionem accommodam. Ergo adhuc cautiores, fuimus prædictis Authoribus in obseruantia erga Patres.

Tertio idem Turrecremata ibidem, hæc habet. *Non omnia, que in scripturis sanctorum Doctorum habentur, sunt eis attribuenda, sicut Authoribus propriè, sed tantum proprie,*

*præ, qua ab eis assertiue, & definite scripta sunt;* id est, quoad opinatiue dicta non sunt Doctores Ecclesiæ. E. subscribunt Grabrina tom. 1. præscript. part. 1. pag. 13. 14. 16. 19. Canon. lib. 7. c. 3. Banez 1. p. q. 1. art. 8. & alij eiusdem Ordinis Prædicatorij, cum docent omnium sanctorum concordem auctoritatem, certam fidem non facere in controuersijs, quæ ad fidem non pertinent. Nos autem diximus, & scripsimus, sub quibusdã verisimilibus distinctionibus, per distributionem accommodam, etiam quoad hæc non assertiue dicta approbationem habere, & esse Doctores Ecclesiæ, igitur pietas nostra erga Patres, saltem inferior non est ea quam prædicti scriptores exhibuerunt.

Quartò, Turrecremata ibidem hæc dedit. *Non omnia assertiue scripta à Doctoribus Ecclesiæ sunt ab Ecclesia approbata, sed ea tantum que fidei sunt, & ea que ad condemnationem hæreticorum scripserunt.* Eadem repetit dist. 15. & allegat Vincencium Veluaceasem. Subscribit Grabrina tom. 3. præscript. p. 1. q. 3. art. 3. à pag. 62. vsque ad 166. Canus lib. 7. c. 3. & alij eiusdem Ordinis Prædicatorij. Nos autem scripsimus sub quibusdam distinctionibus, per distributionem accommodam, quoad omnia assertiue dicta errorè, non continentia Patres esse Doctores Ecclesiæ, & approbationem habere: ergo ab allegatis Authoribus pietate, & reuerentia erga Patres non superamur. Argumentum, quod Achileum, videtur Turrecrematæ, ex eo quod si Ecclesia approbaret similia scripta, fieret, vt contrarias, & contradictorias propositiones approbaret, valdè est imbecillum: nam si Ecclesia solum laudat, probatque contrariarum, aut contradictoriarum probabilitatem. Duæ contradictoriæ in re non possunt esse simul veræ, at possunt simul habere probabilitatem laudandam.

Quas omnes doctrinas in hoc nono promisso contentas, circa auctoritatem Doctorum, sub hac expressione verborum in posterum nos defensuros, & multis argumentis, & testimonijs illustraturos in posterum pollicemur.

Decimum promissum est circa libellum inscriptum, *Memoriale ad iudices veritatis, & doctrinæ*, & circa illa quæ in eo continentur. Antequam accedam ad promissa, facti veritas est declaranda. Anno 1626. insu Supremi Senatus Regij D. Gabriel Cespedes, qui postea Magister Scholæ Sal-

manticensis defunctus missus est Complutum occasione tunc  
 raultuum, qui suborti fuerant inter Doctores quosdam secula-  
 res, & cuiusdam Religiosæ familiæ Magistros, de certitu-  
 dine doctrinæ S. Thomæ; & ne in posterum alij tumultus  
 emergerent, idem D. Gabrieli Cespedes iudicalem, aut ex-  
 tra iudicalem informationem in scriptis acciperet exami-  
 natis Doctoribus, & Magistris ordinum, pro necessitate ex-  
 terminandi publico decreto à publicis Actibus, ceteras do-  
 ctrinas, quæ Thomistis non viderentur esse de mente S. Tho-  
 mæ. Controversia hæc ad utrumque Senatum Castellæ, & su-  
 premæ Inquisitionis delata est; eademque biennio duravit  
 ad eundem finem conspirantibus Magistris nonnullis, & Do-  
 ctoribus Academiae Salmanticensis, ut ex eorundem allega-  
 tionibus impressis manifestum est. Tandem hæc à supre-  
 mo Regio Senatu composita rebus in antiquo, & primitivo  
 statu permanentibus. Ut Doctores, & Magistri, quorum ex-  
 cipiebantur vota, & sententiæ à D. Gabriele Cespedes ple-  
 nius informarentur, exhibitæ sunt doctrinæ huius memorialis  
 fusiùs explanata, & confirmata: cum variæ exemplaria trans-  
 cripta fuissent, ut porè pro tot Magistris Doctoribus, & Cõ-  
 siliarijs necessaria, aliqua ex illis Barcinonem, Cæsaraugusta-  
 m, Hoscã peruenirent, & in breuius compendium reda-  
 ctæ, nobis inscijs, prælo mandata sunt. Fr. Franciscus For-  
 res illa suo nomine euulgavit, ut scietur Fr. Alphonfus Bap-  
 tista Ordinis Prædicatorij in sua Apologia Cæsaraugusta-  
 na, edita anno 1628. pag. 1. 2. & 3. Manifestum igitur est edi-  
 tionem publicam huius memorialis, absque nostro consensu  
 prodijisse: dolemus illam Hispano sermone euulgatam; & si-  
 quod est verbum, quod ex sermone controuersia exacerbare  
 potuerit, illud maxime inter samur; & expungi poscimus.  
 Quisquis nouerit, quæ illo tempore publicis vocibus, & scri-  
 ptis obijciebantur, comperiet hunc excessum si quis est, esse  
 condemnandum. Licet autem superiores societatis me de-  
 stinauerint pro informandis Consiliarijs, & alijs, ad quos  
 hoc negotium pertinebat; ipsæ tamen superiores non appro-  
 barunt hoc memoriale, nec eorum nomine tradituere, nec  
 que quidquam ab illis iudicialiter factum.

Supereit de doctrina memorialis statuere, quàm esse pro-  
 babilissimam in omnibus, & singulis partibus certum est.  
 Absque vilo fundamento nonnulli omnia errorum fontes

ab eo exilire proclamauerunt, simulque sanctorum Patrum, &  
 nominatim D. Thomæ auctoritatem, penitus conuelli, &  
 Authorem ob hanc vnam causam, aut hæreticum esse, aut  
 saltem de hæresi vehementer suspectum. Referuntur ibidem dicta.

Propositiones memorialis sunt, quæ succedunt. Prima, ex  
 sufficienti fundamento potest stabiliri noua opinio in arbi-  
 trarijs, idest non fide definitis: & in his communis aliquis  
 Doctor interdum assequitur, quod præstantissimi alij Do-  
 ctiores, & antiquissimi non sunt assecuti. Hæc doctrina est  
 communis Doctorum tractantium, de probabilitate opinio-  
 num, eamque fusè probat Abulens. 2. p. defens. c. 18. & Gra-  
 brina tom. 3. præscr. p. 1. controu. 1. q. 1. art. 6. pag. 49. vsque  
 ad pag. 76. & quotquot dicunt cum ipso Grabrina ibidem, &  
 Grisaldo in decisionibus, & Sexto Senensi lib. 5. & 6. Biblio-  
 thecæ esse aliquos errores in scriptis Patrum, quos alij, &  
 tempore, & dignitate inferiores deprehenderunt. ¶ Secun-  
 da, Academiarum Decreta, & Bullæ Pontificæ pro legen-  
 dis, & publicè docendis Authoribus opinatiuè contrarijs,  
 quales sunt D. Thom. D. Bonau. Scot. Durand. & similes, ius-  
 ta sunt, nec sine temeritate damnantur. Hæc item sapè re-  
 petita à Grabrina supra, est certa pia indubitata ex dijs in  
 Vote Platon. tract. de exam. doctrin. c. 19. ¶ Tertia: non  
 est certa regula, & coniectura pro primatu Doctoris alicui-  
 us, aut Martyris, aut Confessoris, respectu omnium, & sin-  
 gulorum Doctorum, & Martyrum, quod plura Elogia Sedis  
 Apostolicæ de illo vno Martyre, aut Doctore reperiantur; si  
 positinè eadem sancta Sedes non præferat eundem Martyrè,  
 vel Doctorem. Hæc item est indubitata, quam probat Suar.  
 tom. 2. in 3. p. disp. 8. sect. 2. ijs verbis: *Ecclesia non sempè  
 nititur maiori sanctitate in modo colendi aliquem sanctum,  
 alias esset existimandus Laurentius, sanctior multis Aposto-  
 lis, &c.* quæ ibidem prosequitur ad probandum opinatiuè  
 Iosephum, Apostolos sanctitate interna superasse, & si de il-  
 lo pauciora elogia sint; minorque celebritas. ¶ Quarta; si  
 quis defendat iniuriosum, aut molestum esse sanctis Docto-  
 ribus, quod affirmetur eorum scripta interdum ex Amanuë-  
 sibus, vel Typographis, aut hæreticis fuisse deprauata, & in  
 eis reperiros errores ab Ecclesia fuisse damnatos; iniuriam  
 illis facit, atque calumniam. Hæc item est certa ex tract. de  
 exam. doctrin. c. 3. & ex eo quod blasphemum est en pa tri-  
 buere

buere sanctis cū Christo regnātibus, quasi nō amēt veritatē.  
¶ Quinta impugnat S. Thom. & S. Bonaventuram, & Scolam,  
& alios Scholasticos, quisquis ait in controuersijs arbitrijs,  
& indifferentibus sub onere peccati alicui determinate in hærendum esse. Hæc est certa, quia omnes hi Doctores statuunt in rebus arbitrijs licitum esse, cuiuslibet Doctoris opinioni probabili acquiescere: eam latissimè probat Grabrina supra pag. 12. ab illis verbis: *Pugnant sancti Patres adinuicem, & dissentiunt interdum, &c.* Et ab illis, *Authoritas Patrum salum inducit probabilitatem opinionis circa ea dogmata, quæ ad fidem non pertinent.* Idem probat pagina 13 ex Cano lib. 7. cap. 3. & latius pag. 17. & pag. 19. sic ait: *Clarè apparet, non semper in quacumque scripturæ expositione Patrum sententias sequendas,* & adducit hæc verba S. Thom. quod lib. 12. art. 27. *Expositores in alijs, quæ non sunt fidei multa ex suo sensu dixerunt, & idè in ijs poterant errare.* Plura congerit pag. 32. 38. 39. & sæpè alibi. ¶ Sexta, contra præceptum diuinum est doctrinas quæ non sunt de fide, nec veluti tales ab Ecclesia traditas, inter fidei necessariæ propositiones publicare. Hæc item propositio est certa, & latissimè probatur ex Concilijs, Decretalibus, & Doctoribus in Voto Platonis, prælud. 8. & tract. de exam. doctrin. integro. c. 12. ¶ Septima veritas, in quæstionibus indifferentibus, & arbitrijs circa Theologiam Scholasticam facilius, & cum minori periculo potest quis ex probabilibus fundamentis nouam opinionem inuenire, quam in quæstionibus indifferentibus circa expositionem locorum Scripturæ. Hæc item propositio est certa, quia facilius potest contingere, vt quod arbitrarium circa expositiones Scripture videtur, non sit arbitrarium, quàm quod ad metaphisicas subtilitates pertinet. ¶ Octaua veritas: in materijs opinabilibus licet opinionem vnus Patris, aut sancti Doctoris, pro opposita opinione alterius Patris, aut sancti Doctoris deferere: idè licet facere recentiores aliquos Scholasticos sectando, qui iustis, & probabilibus rationibus ducti ab aliquorum veterum sententia discessere. Hæc item est certa omnium Scholasticorū consensione firmata, præsertim cum de probabilitate opinionū differūt: & eam latissimè plurimis Authoribus productis, cōfirmat Grabrina in locis allegatis pro prima, & quinta veritate. ¶ Nona veritas: potest accidere, vt quis sit vir

san;

sanctissimus, & Martyr Ecclesiæ; & tamen scripta talia esse, vt ab ipsa Ecclesia damnentur; qualia fuere Victorini Martyris, & aliorum qui millenariorum doctrinam tradiderunt, & libris mandarunt. Potest etiam accidere, vt quis sit moribus improbus, & illius scripta ab Ecclesia approbentur, vt constat de prophetijs Balaam, & Salomonis; & in nouo Testamento de scriptis Theophili Alexandrini, approbatis in Concilio Romano sub Gelasio. Ex mera relatione dicta cōstat veritas huius doctrinæ; & ex dictis in nouo promisso, ibidè que allegatis. ¶ Decima veritas, potest quis esse Doctor Ecclesiæ, & accidere, vt in eius scriptis falsa quædam reperiantur: Hæc notissima est, quam nos multo moderatius dicimus, quàm plures alij, vt constat ex integris lib. 5. & 6. Bibliothecæ Sixti Senensis, in quibus varij errores aliquorum Patrum referuntur sine nostris excusationibus, aut defensionibus. Idem præstat Grabrina tom. 3. præscript. p. 1. art. 6. q. 1. pag. 40. tradens sanctos Patres errasse; & plurimas conuenientias numerat ex eo, quod iidem Patres errauerint: legenda singulariter octaua. A pag. 43. vsq; ad 50. numerat varios errores Patrum; à pag. 55. vsque ad 58. retulit propositiones quinquaginta, in quibus Scholastici à Patribus discedere videntur; & quoad nonnullas fatetur discessisse: à pag. 66. vsque ad 76. supputat viginti quatuor cautelas, sub quibus scripta Patrum legenda, ne decipiamur. ¶ Undecima veritas: S. Bonaventura eandem habet authoritatem, & Ecclesiæ approbationem quoad doctrinam, quam habet S. Thom. Sixtus V. eos pares declarauit in Bulla Doctoratus S. Bonaventuræ. Quo sensu Pontifex eos æquales prædicat, scilicet in cultu, & officio Ecclesiastico, & in prærogatiuis quæ Doctoribus sanctis deferuntur, in illo ipso nos vtrūque æquamus. At id non obstat, quominus S. Thomas quoad excellentiam scriptorum, authoritatem in Scholis, plausum in vniuersa Ecclesia Dei, excedat Diu. Bonaventuram; quem excessam libenter admittimus, & profitemur; nolimusque vti expositione Ludouici Margobelli, affirmantis ita esse conformes doctrinam S. Thomæ, & S. Bonaventuræ, vt plures sint opiniones in quibus S. Thomas in summa, & sententiarijs à se discesserit, quàm illæ, in quibus S. Thomas, & S. Bonaventura differunt. Declaratur exemplo: sæpissimè Patres cum Cypriano, tractatu de vnitae Ecclesiæ, & Ana-

cle-

èlecto ep. 2. dicunt omnes Apostolos fuisse pares, & equales,  
 & pari consortio præditos honoris, & potestatis. Similiter  
 Hieron. lib. 1. in Ioumianum, docet Iacobum, & Ioannem  
 reliquis Apostolis fuisse equales; & similia dicuntur ab Am-  
 brofio lib. 2. de Spiritu sancto, de D. Paulo comparatione Pe-  
 tri: & quanquam sunt innumera testimonia, hanc paritatem,  
 seu equalitatem declarantia, nihilominus ex alijs capitibus  
 magna inæqualitas constat, nam Petrus erat supremus Pa-  
 stor in regimine; & iisdem Petrus, Iacobus, & Ioannes, singu-  
 laribus amoris, & honoris apud Christum priuilegijs emine-  
 bant; ergo eadem ratione licet S. Thomas, & S. Bonauentura,  
 in Doctoratu essent equales sicut Apostoli in Apostolatu,  
 & iudices Senatum in vigore suffragij, aliunde nihilominus  
 in scientia, in lumine, in pondere authoritatis, superauit An-  
 gelicus Doctor S. Bonauenturam. Hæc igitur undecima ve-  
 ritas, neminem debuit conturbare, cum expressè impugna-  
 uerimus Gerson, tract. de doctrinæ examini, & tract. de libris  
 legendis à Religiosis, confid. 5. Tritemium, & alios, S. Bonæ  
 uenturam præferentes Diuo Thomæ.

Hæc veritates saltem sunt probabilissimæ, & apud Autho-  
 res receptissimæ; non igitur ex illis, veluti antecedentibus  
 error aliquis, aut falsitas colligetur: nam licet ex falsis as-  
 sumptis interdum verum consequens inferatur; ex veris ta-  
 men non nisi verum elici potest. Deinde nihil in eo memo-  
 riali dictum est, quod quidquam detraheret sanctitati, aut  
 doctrinæ Patrum, & Doctorum, cum semper de quæstioni-  
 bus arbitrarijs extra fidem sitis sermone sit, atque pro illis am-  
 pliorem licentiam tribuant Thomistæ, præmissio 9. allegati,  
 dicentes circa has materias, neque Patres, neque alios san-  
 ctos Doctores habere gradum Doctoratus Ecclesiæ: quod  
 tamen nos maiorem exhibentes reuerentiam semper nega-  
 uimus, & pressius, ac honorificentius, quam Corduba lib. 1.  
 quæstion. 9. 37. & alijs, quid esset Doctor Ecclesiæ declarau-  
 imus. Tertio nihil à nobis dictum est, quod testimonia Pon-  
 tificum, in laudem Angelici Doctoris infirmaret, ut quidam  
 minus consideratè obiecerunt. De vna dumtaxat clausula ex  
 sermone quodam Innocentij VI. quia ad alienos sensus ex-  
 torquebatur retulimus, quæ alij plures euulgarunt; cætera  
 omnia testimonia Pontificum, Cardinalium, Episcoporum,  
 & grauium Doctorum suspeximus, & suspicemur: neque il-

la elusimus varijs solutionibus, quibus nonnulli Bullas Apo-  
 stolicas necesse dicitur infringere scrutantes, an Pon-  
 tifices loquantur opinarij, vel ut priuati Doctores, vel ex-  
 tra præcipuum intentum decretalis epistolæ, vel laudatoriæ,  
 ut in literis quibus creantur Episcopi, & omnes, & singuli, ut  
 digni Episcopatu prædicantur ex generali præsumptione  
 nihil firmiter statuente, quas limitationes, & elusiones olim  
 nonnulli Apostolicis litteris confirmantibus Societatis Ie-  
 su institutum adhibere tentarunt. Vnicum solum testimoni-  
 um Innocentij VI. ex sermone ad populum, quo nonnulli abu-  
 tebantur, negauimus cum Alfonso Castro, lib. 1. aduers. hæ-  
 res. c. 7. & alijs pluribus esse indubitatè authenticum. Neque  
 timem ideo diximus, non esse valdè probabile, & credibile  
 ex fide humana, quæ grauissimis, & fidelissimis historicis de-  
 bet impendi: & iuxta hanc illud credimus, & acceptamus.  
 Cætera, quæ obijciuntur, quasi in prædicto memoriali dicā-  
 tur, scilicet non seruari debitam reuerentiam Patribus, ont-  
 nes Doctores prædicari æquales, nouiores Scholasticos D.  
 Thomæ, & S. Bonauenturæ coæquari, nec verè, nec legitimè  
 opponuntur, cum propositiones contradictoriæ in eodem  
 memoria exprimentur.

Quæ omnia, & singula promittimus ita nos dicturos, &  
 scripturos, ut semper de primatu doctrinæ Angelici Docto-  
 res supra omnes Scholasticos innotescat. Quod vero S. Tho-  
 mas ob infinitam ferè verborum, & sensuum profunditatem  
 varias habeat expositiones probabiles, magna ipsius gloria  
 est, in qua multum scriptoris sacris assimilatur. Propterea  
 quando illæ non sunt, aut palam violentæ, aut manifeste illu-  
 soriæ, ægre ferèdæ non erūt ab ipsius iuratis discipulis.  
 Multiplex sensus, & declaratio magna est Angelicæ doctrine  
 cõmendatio, sicut & sacrarum litterarum prærogatiua singularis.

De alijs aduersum nos scriptis non curamus: exempli gra-  
 tia de illo, cui titulus, *Epiphania, seu manifestatio*, specimen  
 veritatis authoris, ipsius ijs documentis constat. Dicit in ea  
 Epiphania me his centis, & amplius falso allegare in meis  
 scriptis sextam Synodum. Et facta supputatione, & numero  
 omnium allegationum quæ ex sexta Synodo producti, non  
 inueniuntur triginta. Quatuor testimonia falsè relata, quæ-  
 do igitur nullum ex illis verè fuisse à me recitatum, cetera  
 non poterat, ut bis ceteris, & amplius illam falso allegassem.



Deinde ibidem ait me quadragies pro verbis sextę Synodi allegasse clausulas hereticorum. Non toties recitavi aliquid ex sexta Synodo, igitur quando vniversę allegationes meę nihil aliud continerent, nisi ipsissimas clausulas hereticorum, non subsisteret veritas huius oppositionis. Tertio, ibidem addidit bis centies Conciliũ decimũ quintum Tolentanum sinistre à me fuisse productum: illud nunquam in precipuo opere allegavi; in defensionibus verò septies dumtaxat, vnum solum testimonium produxi. Non aliter Author libelli prædicti intentum probare poterit aduersum me, nisi conuiscendo, aut vnitatem, aut septenarium numerum esse ducentenarium. Quarto, eadem vsus confidentia, ait prædictus libellarius in sua Epiphania, in vno folio libri quarti tract. 1. cap. 1. me quadragies, & amplius falso allegare verba Conciliorum, eaque in sensum hereticorum torquere. Verum neque eo capite, neque integro tractatu illo primo, vllũ testimonium Conciliorum reuli, neque toties à me fuisse producta in vniverso libro quarto, verba Conciliorum. Hęc veritatem redolent, quęcumque contra me, & contra Societatem Iesu ibidem proponuntur. Vt de Religione erga iuramentum prædicti libellarij innotescat, noranda illa verba, quę post nuper relatas obiectiones, & similes alias innumeras adnectit, *Neque hyperbolicę hac scribo, sed Christiana, & fideli veritate, quod uestor Deum iuroque.* Tum propter hec, tum propter alia prædictus libellus iubente Supremo Inquisitionis Hispanę Senatũ, publicis flammis est proscriptus. Nihilominus ipse libellarius veluti author, aut fautor, aut subministrator, sub nomine suppositio Alfonso de Vargas Tolerani, anno 1636 iterum euulgauit nouę editione eandem Epiphaniã, & plurima alia obiecit, quę ex ijs postulatis, & promissis, & ex tabulis proponendis constat esse imposturas, eadem licetia prolatas; maximè illud symbolum Iesuiticum nobis adscriptum pag. 35. & 116. quod ipse, & alij eiusdem genij homines confixerunt: quasi nos duos admitteremus, & Christi, ac Matris, corpora esse phantastica. Vt de calumnia, & ignorantia Theologicę, & Philosophicę facultatis horum libellariorum innotescat legantur indices quartę partis, à num. 21. vsque ad 60. pertinentes ad corpora Paradyfi, & Christi, & Matris: & nu. 62. & 63. p. 5. pertinentes ad Matripatrium, & loca tabularum ad quę dicti numeri referuntur.

Ad-

Addendum eos, qui latent sub nomine Alfonso de Vargas euulgasse assenta notorie hæretica, aut saltem de hæresi vehementer suspecta, contumeliosa in Pontifices, in sanctos canonizatos, in Tribunalia fidei, & in Reges. Contra Pontifices, & immunitatem Ecclesiasticam, cap. 32. pag. 53. c. 47. pag. 74. 75. c. 55. 56. pag. 83. 84. 85. Cõtra S. Ignatium, c. 2. & 3. pag. 7. 8. 9. singulariter c. 7. pag. 17. ait discesse ab Hispania, ne veluti hæreticus illuminatorum hæresi infectus ab Inquisitoribus puniretur: & ab illa hæresi fuisse Romę absolutum: c. 11. pag. 25. ipsi attribuit doctrinam deliciasam, & Epicuream, obsequentiorem erga Medicos, & bonam valetudinem, quam erga præcepta perfectionis: c. 37. pag. 59. asserit in illius vita, nec de imitatione Christi, nec de Apostolicis exemplis reperiri vestigium: c. 43. pag. 68. quod diabolicis artibus animas ad se, & ad temporalia lucra pelliceret: c. 46. pag. 71. quod S. Ignatius nunquam fuerit oblitus militaris artis, aliena rapiendo, & rapinam suos edocendo. Refundatur similiter in contumeliam huius sancti Patriarchę, quę habentur c. 23. pag. 44. c. 58. pag. 88. & quę dicuntur contra institutum Societatis Iesu, cap. 12. pag. 18. c. 37. pag. 59. cap. 42. pag. 67. c. 46. pag. 71. Ex quibus constat auctorem Epiphanię, & complices huius libelli publicis scriptis insurgere contra sanctam Sedem, supponentes canonizasse hæreticum hominem, incendiarium, hostem vitę seuerioris, contemptorem præceptorum Dei, latronem, æmulum argum diaboli, pestem Hispanię; quę omnia non solum temeraria sunt, & hæresim sapientia, verum simul erronea, & hæretica, vt constat ex dictis in voto Platonis, tractat. 1. c. 19. principio octauo, nono, decimo, quę docuere ex instituto Prædicatorio, Canus 5. de locis, c. 5. Bañez 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 7. Cai. opusc. de indulgentijs, c. 8. Antonin. 3. p. tit. 12. c. 8. & vniuersa Societas Iesu cum Bellarm. lib. 1. de sanctorum beatitudine, c. 9. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 1. punct. 7. q. 6. & alijs relatis à Torres 2. 2. disp. 16. dub. 3. Palao, tract. 4. de fide, disp. 1. q. 1. Granados 2. 2. tract. 7. disp. 3. & omnes Theologi. Sigillatim quę scribuntur contra Bullas Apostolicas confirmantes Societatis institutum, sunt erronea, imo & hæretica, vt constat ex allegatis à Puente 2. 2. disp. 163. sect. 5. sub sect. 13. Bellarm. lib. 4. de Rom. Pontif. c. 5. Granados sup. disp. 5. Torres sup. dub. 8. Bañez sup. dub. 8. Suar.

tom.

eom. 3. de Relig. lib. 2. c. 17. & ex dictis in Voto Platon. sup.  
 ¶ Contra Inquisitionē Hispanam loquuntur prædicti libel-  
 larii, cap. 17. pag. 35. c. 18. pag. 36. c. 58. pag. 87. nec alia est  
 causa detrahendi, nisi quia executioni mandauerint Cano-  
 nes Conciliorum Generalium, & Bullas Pontificias Hispa-  
 niæ Regibus concessas, de non aduocandis negotijs Inquisi-  
 tionis ad Curiam Romanam, neque in prima instātia, neque  
 in vlla alia, vt cōstat ex tractatu de primis instantijs, & alijs  
 recursibus in causis fidei, qui habetur in Voto Platon. c. 1. 2.  
 3. 4. 5. 6. 7. in quo dum libellarij damnant Inquisitionis Hi-  
 spaniæ gesta in nostræ causæ decursu, extra controuersiam  
 iuxta allegata, cap. 19. Voti Platon. in octauo principio, &  
 iuxta determinationem cap. omnes, dist. 22. & iuxta S. Tho.  
 indubitatè sunt heretici. ¶ Cōtra Reges summa licētia, alia  
 promulgarunt ijdem libellarij, c. 5. pag. 13. c. 8. pag. 17. c. 9.  
 pag. 12. c. 18. pag. 36. cap. 57. pag. 86. 87. 88. Propterea ni-  
 hili facimus calumnias, & conuicia, quæ à prædictis libella-  
 rijs contra nos, & alios harum Scholarum Martirensium  
 professores, & contra viros grauissimos nostri Ordinis in  
 Germania, Gallia, Anglia, Belgio commorantes, & contra  
 vniuersam Societatem Iesu pleno odio, aut horreo effun-  
 duntur. Quæ vero Petrus Aurelius contra nos scripsit, tom.  
 1. aduersus Iesuitas, pag. 217. quia impropria sunt nullam  
 determinatam obsecutionem continentia, æquo animo tole-  
 ramus.

Votum Augustini lib. 3. de Trinitate, cap. 1.

*Sicut lectorem meum nolo mihi esse deditum, ita correctorem  
 nolo sibi; ille me non amet amplius quam Catholicam fidem,  
 iste se non amet amplius quam Catholicam veritatem.*

Votum Hilarij libro de Synodis.

*Oro per Domini misericordiam, vt quia mihi ad vos de diui-  
 nis rebz, & de fidei nostræ intermerata conscientia erit ser-  
 mo; ne quisquam de me ante sermonis consummationem per  
 literarum exordia existimet iudicandum. Iniquum est enim  
 nisi comperta, vsque ad finem ratione dictorum, præiudicatū  
 sententiam, ex initijs quorum causa adhuc ignoratur offerre,  
 cum non de inchoatis ad cognoscendum, sed de absolutis ad  
 cognitionem sit iudicandum.*

Nos idem quod Augustinus, & Hilarius, optamus,

& obsecramus,

Præ

## PRIMA PARS, DE PERTINENTIBVS ad loca, & tempora mysteriorum Deiparæ.

1. **I**NVILES quæstiones ventilare, vitium est  
 non leuiter obiurgandum, quod exagitat Pla-  
 toin Sophista, Æschilus apud Clem. Alexand.  
 5. & 8. Stromat. Aristoteles 1. Topicorum, 9.  
 Seneca epist. 45. & lib. 7. de beneficijs, cap. 1. Athenus lib.  
 1. Diphnosoph. contra Vlpianum Tyrium, & lib. 3. Euseb.  
 lib. 5. histor. cap. vlt. Aug. epist. 56. ad Dioscor. & lib. 14.  
 de Trin. cap. 1. Bern. ser. 36. in Cant. & epist. 180. Anacl. 1.  
 epist. 2. vt habetur cap. sanè. dist. 45. & copiosius Ireneus  
 lib. 2. cap. 45. & alij. Sunt tamen plures quæstiones vtilissi-  
 mæ, quæ nonnullis minùs profundè speculantibus immeritò  
 superflua videntur, & vanæ. Verùm ex abundantia conce-  
 dendo quæstiones esse inutiles, non ideo incurritur nota, &  
 censura Theologica, vt probatur in tractatu de examine  
 doctrinarum, c. 17. assert. 3. quem ex Ioanne Tappia Stob-  
 za luci dedit Doctor Antonius Saura. Scholasticos nonnul-  
 los similes quæstiones superfluas excitare tradunt Salme-  
 ron tomo 12. tract. 15. Valentia tom. 1. in 1. p. disp. 1. pun-  
 cto 2. & alij: nec tamen tractationes circa hæc censuram  
 Theologicam merentur.

2. Circumstantiæ temporum in Scripturis vigilan-  
 ter, & sapè consignantur. Nec cura hæc pro mysterijs Chri-  
 sti, & Matris, licèt interdum minutior esset, contemnenda  
 foret, vt in simili ait Damasc. orat. 1. de dormit. Virg. Sal-  
 meron tom. 13. lib. 2. in 5. ad Rom. disp. 49. & alij commu-  
 niter. Ideò sape pro rebus gestis, aut gerendis Scripturæ, &  
 Patres expendunt sequentes circumstantias; an vesper, ma-  
 ne, nox, dies, ver, hyems, aurora, meridies; an sæculum, an-  
 nus, mensis, hebdomada; an infantia, adolescentia, iuuentus,  
 senectus, decrepita; an sub tyrannis, aut legitimis Regibus,  
 & quoto anno dominatus ipsorum; an tempus nubilum, se-  
 renum, militare, pacificum, sterile, fecundum; an neomenia,  
 luna plena, aut decrescens; an annus lunaris, solaris, civilis,  
 vel sacer, iobiteus, sabbaticus, aut communis; an annus Ægi-  
 ptiacus, aut Tropicus, aut Atticus, aut Chaldaicus, aut Per-  
 sicus; an mensis Romanus, vel Atticus, vel Persicus, vel

Alexandrinus; an dies naturalis, vel artificiosus, vel festiuis, vel operarius, an à vespere, aut meridie, aut aurora inchoaretur. Pro mysterijs, & gestis Christi, & Deiparæ, & sanctorum has circumstantias temporum latissimè examinant Albertus Magn. super Missus est, cap. 22. 23. 28. 29. 30. S. Antoninus 4. p. summæ, tit. 15. cap. 9. §. 4 vbi annum, mensem, diem, & horam Angelicæ legationis scrutantur Sanctius Porta, Melchior Puteus, Balthasar Sorius, & alij innumeram tam ex eodem gremio, quàm ex alijs. Minutias temporum, & cyclos necessarios ad supputationem, pro die, & hora, & anno necis Domini, ac proinde aliorum mysteriorum, & gestorum Christi, & matris, latissimè scripserunt editis voluminibus ex Ordine S. Benedicti Dionysius Exiguus apud Bedam, Rabanus Maurus in dialogo Hespericus de computo Ecclesiastico, Sigbertus libro de eadem thesi, Rupertus Lynconienfis lib. de Calendario; ex Ordine Prædicatorum Robertus Holcoth libro de motibus naturalibus, & effectibus stellarum, Nicolaus de Cusa libro de reparatione Calendarij, Ramantius Florentinus de correctione Calendarij, Ioannes Maria de Tholosanis, de emendatione temporum, Ioannes Maria Florentinus de correctione Calendarij, & plures alij; ex Iesuitis Mariana opusculo de die necis Christi, Paulus Guldin libris quinque de Calendario, Dionysius Petavius tomo duplici de doctrina temporum; ex alijs ordinibus, & gremijs innumeri eandem curam susceperunt. Iam olim cyclos paschales, & lunares inchoauerant Theophilus, Cyrillus, Victor. Maximus, Andreas Cretenfis, Isacijs Monachus. Horum omnium exemplis, principijs, atque doctrinis ducti nonnulli expendere voluerunt circumstantias temporum, annorum, mensium, lunarum, dierum, feriarum, & solemnitarum, in quibus conceptus, natalis, nominatio, præsentatio, Angelica legatio, partus, purificatio, & reliqua mysteria Virginis contigerunt, & similem operam adhibuerunt pro circumstantijs temporum circa gesta Christi Domini, quorum annus, mensis, dies, & solennitas ex Scriptura, aut Patribus possunt innotescere.

3. Mariam anno decimotertio inchoato ætatis suæ desponsatam tradidit Petrus Cellensis ex Inone Carnotenfi, lib. 9. ep. 9. & quisquis est autor de mirabilibus Scripturæ apud Augustinum, iuxta editionem quam sequitur Morales

in

in cap. 1. Muth disputans de ætate, in qua Deipara concepit Saluatorem. Quoniam verò ij sponsalia Virginis cum Iosepho mente laudatio, aut Februario acciderunt, & mense Martio proximè sequenti conceptus Saluatoris; idem est annus desponsationis, Incarnationis Domini, & partus Virginei: vt pro circūstantijs aunorum explanandis perinde sit vnum, aut alterum mysterium ex tribus vsurpare. Desponsatam verò arbitrantur anno decimoquarto Annius, & Driedo; anno decimoquinto Euodius, Nicephorus, Chronicon Alexandrinum, & Historia natalis Deiparæ apud Hieronymum; anno decimosexto sanctus Epiphanius, & Vincentius Burgundus lib. 7. speculi historialis, c. 80. & Abul. in 2. Matt. q. 91. anno 18. Georgius Heruar. Hebræi plerumque non ante decimum octauum annum saltem inchoatum fœminas desponsabant, vt liquet ex apophtegmatibus Hebræorum à Drusio translatis & in lucem editis. Anno vigesimoquarto ætatis suæ completo Mariam desponsatam existimant Albert. c. 39. in Missus est; Caiet. in 2. Luc. Auend. in 1. Matth. pag. 39. Nolumus cum Catharino hanc opinionem Caietani aut periculosam, aut erroneam nominare, cum plures eam referant, in quibus Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 7. sect. 3. Vazquez in 3. p. disp. 125. cap. 11. Barradas tom. 1. lib. 5. c. 7. nec illam damnant. Alias tamen multò magis probamus, quæ ante decimumnonum Virginis annum sponsalia, & partum Virginis collocant.

4. Cum plura miranda natalem Virginis præcesserint, ex A. Iselm. 2. de excell. Virg. & alijs innumeris, probabile est nonnulla miracula, portentosa, prodigia, prophetias, prædictiones, ostenta elementorum, mixtorum, & corporum supernaturalium, quæ in annis dubijs conceptionis, & ortus Virginis acciderunt, pro ipsius gloria fuisse patrata, vt illud de Sabbatico flumine in Palæstina, de quo Ioseph. lib. 7. de bello Iud. & Rabbi Moyses latinitate donatus ab August. Iustin. Ordinis Prædic. Rabbinum hunc D. Th. allegat 1. 2. qu. 102. arr. 4. & sæpe alibi; & aliud de miraculo pluiarum, in extructio- ne templi Herodiani, de quo Ioseph. lib. 5. antiquitatum.

5. Circumstantias seculi, in quo Maria concepta, & nata est, anni cõmunis, vel Sabbatici, vel iobilei, mensis Romani, vel iudaici, lunaris, feriæ, & solennitatis, expenderunt graues DD. & plures ex ijs ad hærentibus norant Barradas tom. 1. lib. 5. c. 5. Azor p. 2. l. 2. c. 9. Gran. in 3. p. cont. 2. tr. 2. com. 3.

& innumeri alij, aut pro dictis myſterijs, aut pro alijs Chriſti, & Matris.

6. Prodigium celebre Angelorum circa probaticam piſcinam (ſive in anno ſemel, ſive in tribus præcipuis ſolemnitatibus, ſive quotidie patraretur, in qua theſi autores diſſentiunt) factum fuiſſe, & inchoatum pro gloria Virginis prope ipſam probaticam piſcinam orta, aut oritura, piè, probabiliterque dicitur, & creditur; quia iuxta Petrum Bleſſenſem ſerm. 1. Pereir. in 5. Ioan. paulò ante natalem Virginis Deiparæ magnum illud miraculum cœpit euulgari.

7. Non ſine myſterio eſt, Mariam octava Septembris die natam, vt tenet Eccleſia: & ſimiliter Hieroſolymam octava Septembris die euerſam, vt ait Iosephus 3. de bello Iudaico; quanuis Salmeton tom. 4. tract. 31. eximat die feſto Azimorum eandem urbem à Romanis fuiſſe captam. Myſteria dat Irenæus lib. 4. cap. 17. & S. Petrus apud Clement. 3. recognitionum.

8. Pium eſt expendere, quare Maria hyeme concepta, & autumno ſit orta, propter ſimiles ſpeculationes, quas interpretes, & Patres adhibere ſolent in alijs myſterijs, pro illuſtrandis Scripturis. Tum præterea in annis dubijs conceptionis & ortus Deiparæ conſiderare quis fuerit biſſextilis, ſabbaticus, iobilenſis. Similiter in lunis, quæ noua, plena, & decreſcens, quæ ſolemnis, vel ferialis. Tandem horarum circumſtantias declarare ex acceptis traditionibus, aut reuelationibus, non ſine pietate contingit, quod præſtat Azor parte 2. lib. 2. cap. 19. q. 8. docens, expreſſis reuelationibus Mariam appetente aurora natam eſſe; licet alij ad nocturnam tempus profundæ noctis ſanctum natalem referant, ex oraculis quorum meminit Vincentius lib. 6. ſpecul. hitor. cap. 65. Spinel. tract. de feſtis, num. 3.

9. Similes circumſtantias horarum, & minutarum, pro Incarnatione Dominica fuiſſis expendant Doctores. S. Antoninus, & Aib. ſupra Vazq. 3. p. diſputat. 126. cap. 3. Azor parte 2. lib. 1. cap. 9. 11. 17. 19. Granados 10. 3. part. contro. 2. tract. 2. com. 3. q. 10. tum pro hoc, tum pro alijs myſterijs, id eſt Patribus, & Theologis famulare, præſertim cum horam ſanctæ Reſurrex. onis, vniuerſalis recantatur.

10. Circumſtantia locorum in Scripturis ſæpiſſimè declarantur ad geſtarum, aut gerendarum rerum autoritatem, & veritatem commendandam, ad noua myſteria elicienda, innumeroſque alios vaſ. Sic Ieſus in campeltribus, in montibus, in templo, in porticu, in mari, in ſolitudine deſcribitur aut faciens, aut diuina diſſerens. Sic frequentiffimè notant Scripturæ, an locus altus, excelfus, humilis, profundus, latus, anguſtus, primus, medius, extremus; an mare, littus, inſula, flumius, ager, fons, puteus, cifterna, lacus, fo-uea, ſpelunca, domus, prætorium, templum, tabernaculum, turris, torcular, teſtum, thronus, via, ſemita, petra, vrbs, deſertum, mons, collis, planum, decliue, vallis, oſtium, feneltra, murus, ſepes, hortus, piſcina, vinea, v. lla, prædium, cathedra, an ſupra, vltra, circa, circum. retro, ante, intus, extra, propè, longè, ſupra, infra. Haſ, & ſimiles alias locorum circumſtantias tam in ſingulis clauſulis Scripturarum, tum in myſterijs, & geſtis Chriſti Domini, & ſanctiffimæ Virginis, & Apoſtolorum, & Martyrum locupletiffimè expendunt, & notant volumina ſanctorum Patrum, ſacrorum interpretum, poſtillatorum, gloſſatorum, Concionatorum, & hitoricorum; atque adeò non licet veluti inutile, & noxias ſimiles conſiderationes traducere, aut condemnare. Theſin hanc illuſtrant vberius Salmeron proleg. 41. & 42. Arias Montanus, libro cui titulus Ioseph, ſeu de arcano ſermone.

11. Opinio communis, quam ſeſtantur Davincenſius in ſermone de conceptione, & natiuitate Mariæ, Claudius de Rota, legenda 126. & plerique Hitorici, & Doctores ex omnibus gremijs, ſtatunt Mariam in Nazareth fuiſſe conceptam, eaque temporum autoritate, & autorum conſenſu præualuit, vt merito laudanda ſint illæ ſpeculationes deſumptæ ex proprietatibus Galilee, vbi concipitur in aliena tribu, & non longè à mari, & in excelfo monte, & ſimiles alia ex vicinia Nazareth deſumptæ. Quod Abulenſis allegatus à Barradaſ tom. 1. lib. 5. cap. 5. dicit Mariam in Nazareth, aut Sepphoro fuiſſe natam, de conceptione intelligendum eſt, Dicitur Nazarena quoad patriam, ſicut Ieſa, quòd ibi ſem diutiùs habitauerit cum aſſiſſibus, & cognatis. Quò ad Religionem, etſi fœmina, putuit eſſe Nazarea, ex 6. Numer. Qui cum S. Vincencio ſerm. 1. & 2. de Natiuit. Damasceno, Niſeno, Metaphraſte, & alijs à Caſtro in hitoria Deiparæ

**p̄ra allegatis, cap. 2. & 3. docent Ioachimū, & Annam**  
templo vouisse, & obrulisse Mariam, vt olim obrulit vetus  
Anna Samuelem, admittunt sanctissimam Virginem ex vo-  
ro parentum fuisse Nazaream, quemadmodum de Samuele  
scripserunt Chrysoftomus, Tertullianus, Basilus, Hierony-  
mus, & alij à Gaspere Sanctio relati, 1. Reg. 1.

12. Quatuor illæ Palæstinæ vrbes, Bethleem, Na-  
zareth, Sepphorus, & Hierosolyma contendunt pro natali  
Mariæ, non sine grauibus patronis: verùm in Hierusalem or-  
tam fuisse Deiparam ex traditione fidelium terræ sanctæ do-  
cuit Felix Faber in itineratio, & plures alij ex eodem institu-  
to Prædicatorum. Adricomius allegatus à Barradas, tomò  
1. lib. 5. cap. 5. Guillelmus Baldensel in Hodeporicon, Leo  
Romital, Cotouicus, Ioannes Zuallardus, miles sancti Se-  
pulchri, Radziuilus, & quotquot itineraria scripserunt post  
Hierosolymam, & Palæstinam ab ipsis perlustratam: in qui-  
bus Didacus Salazar Iesuita, in descriptione expeditionis  
suz ad terram sanctam, quam Philippo II. iubente suscepit;  
& ex antiquioribus S. Damascenus orat. 1. de natali Virgi-  
nis, Adamanus Presbyter sancti Columbani de locis Ter-  
ræ sanctæ, qui floruit anno 690. sancta Brigitta lib. 5. reuelat.

13. Marinus Venetus iussu Martini V. ad iustranda loca san-  
cta consignatus, & quotquot ideò Mariam Solymitanam, seu  
Hierosolymitanam nominant cum Synesio hymno 9. Ro-  
bullè hanc opinionem confirmat ordinario Terræ sanctæ,  
quod post approbationem plurium Romanorum Pontificum  
hanc sententiam perpetua traditione constantem ingemina-  
uit. Quod ita factum est, quia Anna desertâ Sepphoræ, aut  
Nazareth abiit Hierosolymam, Virginem paritura, vt ibi-  
dem festum expiationis, scenopegiæ, & alia, quæ Septembri  
mensem occupabant, de more celebraret. Laudanda est eo-  
rum pietas, qui scrutantur, quare Maria in excelsa vrbe, &  
prope portam gregis, & forum negotiatorum, & piscinam  
probaticam, & templum Salomonis nascitur, in proprijs, &  
hæreditarijs ædibus sanctæ Annæ.

13. Peregrinatio Mariæ triennis offerendæ templo,  
& reditus è templo in Nazareth pro sponsalibus, à nemine  
in dubium vertuntur. Peregrinatio ipsius post conceptum  
Saluatoris ad montana Iuda, ex Luca 1. cap. innotescit: simi-  
liter & remigratio in Nazareth. Cùm esset grauida mense

Sep-

Septembri, id est, quatuor mensibus ante ortum Saluatoris  
simul cum Iosepho abiisse Hierosolymam, pro festis expia-  
tionis, & scenopegiæ celebrandis, credunt nonnulli esse veri-  
simile: quòd non esset liberum Iosepho, nec tutum in con-  
scientia abesse à Hierosolymis pro festo scenopegiæ, nec ex-  
pediret sponsam religiosissimam erga templum solitariam  
relinquere in Nazareth: regressus Mariæ è Hierusalem in  
Nazareth eo in casu denegari non potest. Tandem ex Euan-  
gelio notum est, mense Decembri proximo ad implendum  
edictum Augusti Cæsaris, Mariam è Nazareth profectam  
esse in Bethleem, & inde abiisse Hierusalem, pro exequendo  
mysterio purificationis; Christum verò infantem, antequam  
templo sisteretur, à Magis adoratum, non in præsepi, sed in  
aliqua domo, aut còmodiori loco, grauium virorum opinio  
est, quam sequitur Maldon. in 2. Matth. vbi addidit concio-  
cionando magis, quàm interpretando, Doctores nonnullos  
scripssisse, in præsepi Christum à Magis honoratum. Mariam  
& Iosephum commodiorem locum infanti nato quæsiisse,  
eorum suadet pietas, autore Maldonato; aut certè Zacha-  
rias, & Elisabeth, qui vicinam vrbem incolebāt, eam fortas-  
sis curam susceperunt, præsentem in Bethleem.

14. Peragrata primùm Nazareth, monente Ange-  
lo Maria fugit in Aegyptum. Quòd exul in vicina Hebræis  
inimica prouincia non vltra triennium fuerit commorata,  
communis huius ætatis opinio est: olim autores non pauci  
ad quinquennium, aut septénium, non bene explorato anno  
mortis Herodis hoc exilium prorogabāt. Loca ibidem lo-  
cis commutabat Deipara, vt S. Thom. Alb. Magnus in 2.  
Matth. Hugo in 2. Lucæ, Brocard. in descript. Aegypti, Lu-  
dolph. Saxonia 1. p. vitæ Christi, à c. 13. ad 17. Saligniacus  
tom. 10. c. 6. Marin. Venet. in itiner. Abul. in 2. Matth. q. 60.  
Gerson in Iosephina, Maior in 2. Matth. Sozomen. lib. 5.  
hist. c. 21. Niceph. lib. 10. c. 31. Sabinus Martyr apud Sur-  
Martij 13. die, Guillel. Baldes. in Hodep. Canis. lib. 5. Ma-  
rial. c. 23. Petrarcha in itiner. Syriæ, Vega Hieronominian.  
& alij innumeri docent, diuissuè còsignantes Hermopolim,  
Babylonem, Cairū, Heliopolim, Alexandria, Memphim, Ta-  
nain, & alias Aegypti vrbes. Ne loco vno stabili maneret  
Deipara, in causâ fuit securitas filij infantis; facilè enim Ie-  
sum traderet tum adulescentes Herodis, tū ipsius fœderati so-

dales

tales à tēpore quo bella in Aegypto gesserat pro Romanis: de quibus Iosephus 4. antiquit. Fugam prædictam à Deipara mari initam, reditum verò terrestris itinere susceptum Eudocia imperatrix, & graues quidam Doctores scripserunt, & ex circumstantijs temporum, in quibus fuga inchoata, & ex circumstantijs locorum vnde est suscepta, verisimilia argumenta ad præmissæ doctrinæ confirmationem desumuntur.

Quæcumque de Nili incremento, & anniuersaria inundatione Ægypti per quatuor menses dicuntur, & experientia constant, satis declarant quandiū Maria, Iesus, & Ioseph intra Ægypti Delta habitauerunt, tandiū in ipso flumine, mensibus Iulio, Augusto, Septembris, & Octobri fuisse commoratos, & lembis, nauiculis, vel papyraceis vasibus loca commutasse. Hinc plura mystica venantur sancti Patres cum Anastasio Sinaita lib. 9.

15. Mariam, & Iesum in Aegypto plura miranda patrasse docent Germanus apud Pelbartum lib. 7. in fine; Athanasius lib. de Incarnatione Verbi; Eusebius 3. demonstr. Euang. cap. 20. Palladius in historia Lausiaca, cap. 52. Casiodorus lib. 3. Tripart. cap. 42. Nicephorus lib. 10. capite 31. Blesensis sermone 5; Abulensis in 2. Matth. quæst. 60. Cotænicus lib. 2 itinerarij. Vniuersalius omnia miraculorum genera post conceptum Saluatoris Mariæ tribuit Basilii Seleuciæ Episcopi, orat. de Annuntiat. concludens ijs verbis *O ter sacrosancta Virgo, de qua qui omnia illustra, & gloriosa dixerit, nunquam is quidem à veritatis scopo aberrabit,*

16. Mariam post reditum ab Aegypto, annis viginti sex deserta Nazareth, proficisci consueuisse Hierosolymam cum sponso, & Filio, vt tribus saltem vicibus quotannis compareret, iuxta dispositiones Exod. 23. 34. Leuit. 23. Deut. 16. & expositiones Chrysostr. in Psalm. 104. Cellensis lib. 8. epist. 7. Augustinus q. 161. in Exod. docuere plurimi, præsertim ex Prædicatorio instituto, cum S. Vincentio sermone 4. Dominicæ infra octauam Epiphaniæ, S. Antonino, 4. parte summæ, tit. 15. cap. 36. Alberto Magno, super Missus est, & alijs; ex Iesuitis; Granados in 3. p. controu. 2. tract. 2. comment. 10. §. 4. idem scripsit assertiue, Salæron tomo 3. de infantia Saluatoris, tract. 48. ait parentes Christi fortassis pro tribus festis ter singulis annis à Nazareth conscen-

dise

dise Hierosolymam, etiã si alij ex dispensatione in solennitate Pentecostes, & scenopægiæ non eò profectam arbitrentur. Tolet. in 2. Luc. annot. 69. Maldonat. in idem caput expendunt, quòd licet Euangelista solius paschalis peregrinationis mentionem fecerit, non tamen negasse alijs duobus festis Pentecostes, & scenopægiæ parentes Christi Hierosolymam venire consueuisse. Hugo in 2. Lucæ ait: de mulieribus non erat præceptum comparandi ter in anno, sed si comitabantur viros suos bonum erat. Similia docet Gerson tract. 11. in Magnificat. Sunt graues Doctores, qui existiment præceptum comparandi ter in anno Hierosolymis omnes masculos, etiam paruulos, comprehendisse; ita S. Anastasius Sinaita lib. 9. & fauent Chrysostr. in Psalm. 121. Anselm. in 2. Matth. vnde argumentum sumitur ad probandum, Mariam ter singulis annis conscendisse Hierosolymam, ne sine Filio, & sponso in Nazareth sola remaneret. Omnibus supradictis Bon. in 2. Lucæ, Palud. enarr. 1. infra octauam Epiphaniæ, & alij subscripserunt. Quòd si morem gentis Hebrææ, & circumstantias temporis, & Scripturas canonicas, & interpretationes sanctorum Patrum scrutaris, invalida est à nonnullis illata sequela, consequi ex hac tantorum virorum doctrina magnum absurdum, scilicet Mariam singulis annis ter euntem, & ter redeuntem à Hierosolyma in Nazareth nonnullas myriades leucarum viginti & sex annorum spatio percurrisse. Nihil esse periculi in admisione sequelæ, cōsideratis ritibus, & moribus Hebræorum illius temporis, probant non pauci Doctores inferiùs allegandi. Si verba Angeli ad Iosephum Matth. 2. consideres, Iosephus, & Maria ne à templo abessent, commorari volebant Hierosolymis, verùm ex Angeli oraculo secesserunt in partes Galileæ, & habitauerunt in Nazareth, vt notarunt non pauci in eum locum, ex Euthymio.

17. Maria toto tempore prædicationis Iesu, cum mulieribus, quæ ministrabant de facultatibus suis, filium sectata est: quod iam olim docuere Epiph. August. Ildeph. Metaphrastes, Euthymius, Bernardus, Guarricus, & Nicephorus à Christophoro Castro allegati in historia de Deipara, cap. 16. & Modestus Patriarcha à Photio laudatus Arnoldus de laude Virginis: & latissimè Gerson tract. 11. in Magnificat. Eidem sententiæ expressè subscripserunt ex

b

f c f

professione Predicatorum S. Antoninus 4.p.tit.15.c.17. illis verbis. *Pro certo teneas, quod ubicumque Christus erat, vsq; ad illa, multo magis semper ambulauit Maria, ubi Christus orabat, ubi docebat, ubi predicabat, miracula faciebat, &c.* in quibus scaturit Aiberrum Magnum, & Ioannem Dominicis magistrum suum, in Magnificat, & presertim sanctum Vincentium Ferrarensem, illis verbis, serm. 1. de Assumptione. *Quando Christus ibat ad predicandum, Virgo Maria sequebatur sermones suos.* Subscribitur in Xilof. 4. post Dom. 1. Quadr. Ex Franciscanis Bon. in 8. Lucæ, Carthagena lib. 5. hom. 8. plurimum Patrum allatis testimonijs: ex Iesuitis eidem sententiæ subscribunt plures, cum Cast. o. sup. Spino cap. 9. Canisio lib. 4. de Deipara, cap. 28. Vasquez 3. p. disp. 122. cap. postremo: ex illusterrimis oraculis tum Isaia c. 32. iuxta Tertul. 4. contra Marcionem; tum Scripturarum noui Testamenti, hæ peregrinationes Mariæ, & fœminarum sectantium vestigia Christi, & Apostolorum commendationem habent. Maldon. in 8. Lucæ, addit, *Patiebatur Iesus mulieres sequi se quia earum ministerio, & facultatibus indigebat. tollebat consuetudo offensionem, ut Hieron. in 27. Matthæ adnotauit. & ex eo Beda, & Strabus.* Toletus in idem caput Lucæ, annot. 8. probat ex eodem Hieronymo, & Beda, nullam offensionem generasse tempore Christi, & Apostolorum, quod fœminas pias secum in prædicatione Euangelij circumducerent. Similiter Barradas tom. 4. lib. 1. c. 17. ex Metaphraste apud Sur. die Aug. 15. ait Christum, & Mariam nocte Cœnæ vrbanitatè exercuisse erga alias fœminas ipsum sectantes. Itinera fœminarum illustrium cum Apostolis exornat Chrysoft. in c. 16. epistolæ ad Rom. super illa verba, *Salutate Mariam;* & alij patres communiter, & interpretes in illud Pauli 1. Cor. 9. *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas.*

18. Sanctissimam Virginem ante Assumptionem in cœlum, sua præsentia illustrasse Ephesinam vrbem Asiæ Metropolim, refertur in epistola synodica Concilij Ephesini ad Cœsum Constantinopol. vt docet Suar. tom. 2. in 3. par. disp. 18. sect. 2. Castro in historia Deiparæ c. 18. & communiter alij Doctores. Neque id negauit Epiphani. hæresi 78. Hæc expeditio suscepta est persecutionis fugiendæ causâ,

ab

ab Herode excitatæ anno 38. post natum Christum; vel alterius persecutionis, quam Iudæi commouerunt anno 34. & 35. ab ortu Christi, in qua Stephanus lapidatus est.

19. Mariam post Christi in cœlos ascensum loca Filij vestigijs illustrata frequenter inuississe, iam olim Sophron. & Ildeph. docere in sermonib. de Assumpt. At S. Antonin. 4. p. summ. tit. 15. c. 43. sententiam propriam, & Alberti Magni, & Vincentij Beluacensis, & Ioannis Dominici præceptoris sui, expressit ijs verbis. *Aliquando beata Maria visitabat loca, in quibus Filius fecerat aliquod opus mirabile, contemplando illa sacra mysteria; aliquando in Nazareth ibat, ad locum ubi fuerat annuntiata, aliquando in Bethlehem, aliquando in fluuium Jordanis, &c.*

20. Deipara, Christo à mortuis suscitato, quo tempore Apostoli, & Discipuli, ex præcepto Domini, Marc. 14. & 19. & Matth. 28. in Galileam contenderunt, profecta est simul cum illis pijs fœminis, quæ secutæ fuerant Iesum, ad eandem prouinciam, iuxta Ruperti sententiam lib. 7. de diuinis officijs, c. 15. Castro in hist. Deiparæ, c. 17. expressè subscribit S. Epiphanius hæresi 76. docens, simul cum quingentis fratribus Mariam adorasse Iesum in Galilea. Tandem pro mysterio Ascensionis redijt Hierosolymam, vbi proximè, postea quàm peractum est, Spiritus sancti aduentum prætolatur in monte Sion.

21. Ex quibusdam epistolis, sub nomine Ignatij Martyris, quibus sicut Bernard. in psalm. *Qui habitat,* Antoninus supra. Palud. enarrat. 1. in Euang. Visitationis, & alij plures; arbitrantur nonnulli Mariam inua mortali præsentia Antiochiam illustrasse, & pro solatio, & exemplo fidelium quasdam Ecclesias Christi peragrassè. Quod non sine pietate dicunt, & grauissimis illius ætatis documentis, & exemplis, in qua hæc fœminarum itinera summis fuisse laudibus digna expendunt patres, & interpretes nuper allegati. Ijs seculis, ex mutatione regionum, & morum rarissimè hæ peregrinationes mulierum sine scandalo, & offensione contingere potuissent. Viuentibus Apostolis, ex diuina prouidentia sic cuncta erant disposita, vt ad loca abdita fœminarum perueniret Euangelium ministerio sororum, ad quæ zelotypia Gentilium Apostolos, & alios viros accedere non permitteret.

**SECUNDA PARS, DE PERTINEN-**  
**tibus ad Mariæ Parentes.**

1. **S**Vnt qui, vt verisimile faciant Ioachim, & Annam in maternis visceribus fuisse sanctificatos, hæc producant exempla, testimonia, & argumenta. Iacob duodecim tribuum Patriarcha, ex Ambr. & August. relatis à Pereira, in 25. Genes. & ex Dionysio, & Comestore in 28. Genes. sanctificatus antequam nasceretur. Isaac etiam ante ortum gratiam sanctificantem habuisse docet Hincmarus Archiepiscopus Rhemenfis apud Surium tom. 1. die 13. Ianuarij. Moysem prius sanctificatum, quàm natum sensit diuus Ephrem sermone de Transfigurati. iuxta lectionem, quam allegant Carthagena lib. 4. homil. 3. Cornel. in 1. Hierem. Samsonem simili privilegio gausum docuere nonnulli apud Abulen. em Iudic. 13. q. 17. Ieremiam communissima sententia statuit ante natalem gratia sanctificante donatum: quem ex paraphrasi Chaldaica vxoratum fuisse, & patrem Ezechielis Prophetæ credunt aliqui. De Baptista Zachariæ filio nulla est dubitatio. Iosephum Virginis sponsum in maternis visceribus fuisse mundatum ab originali macula docuere plures ex Instituto Prædicatorum, cum Isidoro Isolanis, & Bernardo Lucemburg, in libris de sancto Iosepho, Dominico Baltanas, in margarita Confessorum, q. vltima, Thoma Truxillo, in vita de sancto Iosepho: quibus subscripsere ex Iesuitis Canisius lib. 2. cap. 13. Salmeron tom. 3. tract. 30. & ex alijs gremijs innumeri, cum Gersone, serm. de natiuit. Virginis ad Concilium Constantiense, & cum Officio Hierosolymitano de eodem sancto Iosepho: ex Ordine Minorum eidem sententiæ adhæret Carthagena lib. 18. homil. vltima, allegans Theophilum, & Chrysostomum, Iacobum Christopolitanum, Archiepiscopum de capite Fontium; idem probat pluribus testimonijs à simili lib. 4. homil. 3. Iacobum fratrem Domini, annis decem ante natalem Christi ortum, idem privilegium sanctificationis in vtero habuisse docuunt Eusebius, Egesippus, Metaphrastes; quos refert, & sequitur Truxillo Ordinis Prædicatorum, serm. de ipso. Sanctum Theophanem, ab alijs Isaachium nominatum, in vtero materno sanctum fuisse

fuisse scripsit Simeon Metaphrastes, in eius vita. De sancto Auito idem retulit Surius tom. 3. die 17. Iuij. De sancto Nicolao, & Dominico idem affirmasse nonnullos autor est S. Antoninus 3. p. summæ, tit. 18. §. 6. De sancto Bernardo similiter scribit Abbas de Bonabal lib. 2. cap. 14. & Chrysostomus Enriquez in Menologio Cisterciensi. De sancta Afella idem scripsit S. Hieronymus, epist. ad Marcellam, de ipsius laudibus, & habetur in Baronio, ad martyrologium. De S. Victore Confessore eadem docuit S. Bernardus serm. 2. de ipso, illis verbis. *O virum præcipue sanctitatis, qui antea sanctus, quàm natus, ante opere, quàm nomine Victor.* Diuo Gregorio Suelitensi idem omnino priuilegium tribuit Dimas Serpi, in apodixi de sanctitate ipsius. Sanctum Remigium fuisse in vtero sanctificatum docuere Hincmarus Rhemenfis, vbi supra. Palud. in 3. dist. 3 & Ecclesia Rhemenfis. Chronica sancti Benedicti eandem sanctificationem in vtero ipsi attribuunt: & sic de alijs alia sunt documenta. Quod autem S. Thom. q. 3. p. 27. art. 6. dixerit, non esse credendum sanctificatos in vtero eos, de quibus Scriptura mentionem non fecit, interpretantur non pauci de certa, & indubitata credulitate, non de opinabili assensu; cum plures Thomistæ, vt Paludanus, Isolanis, Baltanas, Truxillo, Lucemburg, & alij superius relati arbitrentur S. Iosephum, S. Remigium, & alios, de quorum sanctificatione in vtero nulla est in sacro Textu mentio, nihilominus ante ortum fuisse sanctificatos. Ex præmissis hæc constant argumenta nonnulli, ad probandum Mariam esse filiam sanctificatorum in vtero. Primò, quia ex celebri axiomate Bernardi, & omnium ferè patrum, & Doctorum, cui innititur Franciscus Suarius tomo 2. in 3. p. quoties disputat de prærogatiuis Virginis; id tribuendum est Mariæ, quod sanctis alijs concessum esse noscitur, si prærogatiua concedenda indecentiam non habeat, respectu fœminæ conditionis, aut Scripturæ, & Ecclesiæ decretis non repugnet; sed alijs hominibus, vt Iacob, & duodecim Patriarchis, & Diæ, & filijs Moyfis, & Samsonis, & Ieremiæ concedunt plures esse filios sanctificatorum in vtero: ergo Mariæ idem priuilegium maiori probabilitate concedendum est. Secundò probant, quia prærogatiua tot sanctis attributa non videtur neganda Ioachimo, & Annæ, vt purius, & sanctius Deiparam generarent. Tertiò probat, quia



quia grauiſſimi Doctores ſimile priuilegium idè ſancto Iosepho detulere, quòd futurus eſſet domesticus, & commenſalis, & ſocius Ieſu, & Matris; ſed ex opinione Abulenſis, & aliorum infra allegandorum, Ioachimus, & Anna pluribus annis fuere domesticus, & commenſales, & ſocij Virginis, & Chriſti: ergo ſimilis aſſertio eandem vim habebit pro Ioachimo, & Anna; maximè ſi aliunde illuſtrior eſſet prærogatiua & cui maiora dona gratiæ deberentur naturaliter genuiſſe Mariam, & ſimul cum ea, & Ieſu diutiùs conuiſſe, quàm Iosephum voluntariè ad honorem ſponſi fuiſſe adſcitū. Hæc omnia quæ retulimus, & ex alijs produximus, licèt apparentia videantur in fauorem prædictæ ſanctificationis in utero parentum Deiparæ, ea tamen aſſerere non audebimus, donec legitimi Præſecti Eccleſiæ authenticè probabilia eſſe declarauerint. Modus hic recitatiuè proponendi, & examinatiuè diſputandi in rebus obſcuris, liber eſt ab omni cenſura, vt innumeris teſtimonijs perſuadet Doctor Antonius Saura, in tract. de exam. doct. c. 1. & 2.

2. Ioachimus ratione proſapiz, & ex iure ſibi debito, erat Rex Iuda, ex opinione plurium, quæ ſequuntur quot quot ſcribunt Mariam, & Chriſtum ex debito ſucceſſionis habuiſſe ius proximum, & aſſionem ad regnandum. Ita ſanctus Athanaſ. ſerm. de ſanctiſſ. Deipara, S. Bernardinus Senenſ. tom. 3. ſerm. 1. de S. Iosepho, Bacco in 4. q. 1. prol. art. 2. & qu. 11. prol. art. 3. Burgenſis addit. 2. in 1. Matth. Azor 2. inſtit. mor. c. 15. & alij innumeri. Nonnulli difficulter credunt hoc ius proximum ad regnum temporale Iuda extitiſſe in Ioachimo; quos idè poſſent refutare Doctores allegati; primò, quia conſtare nequit Ioachimum non deſcendere à Dauid per lineam primogenitorum. Secundò etiam ſi ſupponatur Ioachimum nõ deriuari per lineam primogenitorum, potuit hoc ius adquirere grandæuus, quia Herodes unico tactu occidit Antigonom, & quadraginta quoque alios viros ex familia Dauid, & deinceps nouas quotidie clades pro extinguedis illius poſteris inducebat, in quibus omnes eos abſumpſit, qui priores erant Ioachimo in iure regni. De Ioachimo, Iosepho, & alijs non curauit Herodes, quòd procul, & in mediocri fortuna verſarentur.

3. Idem fuit Euangeliltam Matthæum primo capite numerare progenitores Iosephi, ac ſi progenitores Ioachimi;

chimi, & Deiparæ ſuppūtaret. Nam ex lege Numer. 27. & 36. tenebantur filiz non habentes fratrem, præfertim ſi eſſent vnigenitz, vt Maria, nubere viro habili propinquiori ſecundùm lineam paternam: cui legi manifeſtè ſuccurrit integer liber Ruth. & caput ſextum Thobiz. Itaque Ioachim Mariæ parens, & Iacob pater ſancti Iosephi, aut fratres erant ex lineam paternam, aut fratrum filij, aut ſimili neceſſitudine ſanguinis apud Hebræos nota maximè coniuncti, per eandem lineam paternam ductam à Dauid, Salomone, Roboam, & alijs Regibus Iuda. Hanc partem indubitata eſſe docet Canif. lib. 1. cap. 3. ijs verbis. *Citra hæſitationem dicendum, Mariam ex Regibus à Mattheo memoratis deſcendere.* Fuit enim tam per ſe nota, vt nec Iodæi, nec hæretici illam negarent: Apoſtoli, & Diſcipuli vt per ſe notam non probarunt; Rectè Aſt. ait, eſſe dementem eum, qui non intelligit per ſe nota, ſi non probentur per aliz per ſe non nota. Conſequenter Maria, & Ioseph eandem propinquitatem ſanguinis ex paterno ſanguine habuerunt. Familiare fuit Hebræis, duobus, tribus, aut quatuor nominibus inſigniri. Raguel ſocer Moyſis quatuor alia nomina ſortitus eſt, id eſt, Iero, Ceni, Gethur, Cheber: Gedeon interdum appellatur Hieroboal: Salomon duobus alijs nominibus fuit notatus, Lamuel, & Iedida: tres pueri Ananias, Azarias, Miſael, tribus alijs nominibus, Sidrac, Miſac, & Abdenago diſtinguebantur: S. Iudas Apoſtolus Thadæus etiam, & Lebeus dicitur; ſanctus Matthæus, Leui; ſanctus Thomas, Didymus. Sic Mathan pater Iacob, qui genuit ſanctum Iosephum, diuerſo alio nomine à ſancto Damasceno lib. 4. cap. 15. appellatur Barphanterille verò Eleazar, qui à Mattheo dicitur auus Iacob, & proauus Iosephi, eſt idem cum illo, quem Damascenus appellat Panther, & eſt auus ſancti Ioachimi, & proauus paternus Mariæ, & Iosephi. Itaque, ſiue per hanc propinquitatē, ſiue per aliam paulò diſtantiorem ex paternis lineis communibus Ioachimo, & Iosepho, notiſſimum erat apud Hebræos, quibus Matthæus Euangelium ſcripſit, perinde eſſe ſuppūtare parentes Iosephi ex paterna linea, & parentes Mariæ. Euangelilta Lucas capite tertio lineam maternam Deiparæ, id eſt, proſapiam ſanctæ Annæ retulit; quòd ea ſolum inueſtiganda ſupererat. Dorlandus Carthuſianus, & alij

& alij Annæ præcutem nominat Stolanum; Breuiarium Sixti Quinti appellat Gazirum, quem diuersa voce, Euangelista Lucas nuncupauit Heli. Hic est beatæ Annæ parens, originē ducens à Dauid, non per lineam Salomonis, & Regum Iuda, sed per lineam Nathan filij Dauid. Progenitores naturales Annæ à Luca supputati, dicuntur parentes Iosephi legales per affinitatem. Hæc genealogia materna Deiparæ ex Anna necessariò fuerat à Luca describenda, vt per vtriusque lineæ supputationem refellerentur stultæ genealogiæ adscriptæ Saluatori; quas Simon, Menander, & alij hæretici fuerant fabricati; & quas Basilides, Valentinus, & alij deinceps erant fabricaturi. Oportebat autem Ioachimum, & Annam, & singula nomina duorum, & miranda conceptionis, & ortus Mariæ in Euangelio non numerari, ne rudis gentilitas, cui Euangelium prædicandū erat circa Mariæ diuinitatem fluctuaret, falsò arbitrata vnā esse ex illis sceminis, quæ Poetæ Deas effingebant. Interdum minùs blanda verba Iesu ad matrem Euangelistæ referunt, ne in linea Christi genus esse diuinum Gentiles existimarent. Probant nonnulli præmissa asserta; primò, quia singulæ partes habent pro se plurimos patres, & Doctores. Secundò, quia connexio assertorum omnes amouet difficultates, conciliat diuersas sententias, explanat, & concordat varias scripturas. Tertiò, quia si qui aduersantur, solùm id faciunt ex testimonio African: hic autem nihil assertiuè dicit, imò suadet alijs Doctoribus, vt viā aliam componendi Lucam, & Matthæum inuestigent, quæ si expeditior videatur, illa cæteris à se scriptis præponenda erit. Quòd esset inæqualis fortuna Iosephi, & Mariæ nihil obstabat, quia apud Iudæos, vt notat Iosephus lib. 2. contra Apionem, non considerabatur fortuna personæ, sed probitas, & cognatio: Quod verò Africanus ait de fratribus vterinis, contra Scripturas militat, quæ cogunt solùm fratrem paternum, aut consanguineum propinquitatem ex linea paterna ducere viduam fratris de sancti, non verò compellunt ad hoc matrimonium fratrem vterinum duntaxat.

4. Ioachimus, & Anna plura habuere bona hæreditaria, etiam immobilia, vt pascua, arbusta, campos, hortos, domicilia, etiam si ex temporum, & bellorum iniuria ex parte essent diminuta: singulariter Anna domicilium habuit iuxta domum Ananiz pontificis in monte Sion, & prope templum

plum Hierosolymitanum: ex iure sponsi illud domicilium à Damasceno 4. de fide cap. 15. dicitur esse Ioachimi. Romani Pontifices largitione indulgentiarum promouerunt religionem huius domus sanctæ Annæ, in qua Maria est nata; cuius etiam meminere Vitriacus cap. 58. Saligniacus tom. 8. cap. 6. Breidenbachius 26. Iulij; Zeuerius Vera in itinerario Hierosolym. cap. 9. Radziuillus lib. peregrinationis suæ ad Palæstinam; Ioannes Zuallardus miles sancti Sepulcri, & Cotouicus in itinerarijs Terræ sanctæ; Pascha. d. 97. Salazar Iesuita, in narratione suæ peregrinationis iussu Philippi II. susceptæ; Ordinarium Terræ sanctæ, & innumeri Doctores. Hæc est domus, in qua Ioachimus, & Anna hospitabantur, cùm festa Hierosolymis celebrarent: ibi cùm pro solennitate expiationis, & scenopegiæ adessent, nata est Virgo Maria: ibidem etiam diu post ortum Saluatoris, vt graues Doctores opinantur, mortui sunt, & inde ad Getiæmani eorum cadauera transportata: quæ omnia tūm ex traditione fidelium, tum ex scriptis historicorum, tum ex Romanorum Pontificum indulgentijs innotescent. In hac domo vixisse Mariam post Christi Ascensionem arbitrantur aliqui: sunt tamen alij, qui cum Alexandro Monacho, orat. de laudibus S. Barnabæ apud Metaphrasten 11. Iunij commemoratam existiment in domo Mariæ matris Ioannis, qui Marcus postea nominatus: alij ex Sophronio serm. de Assumptione, Gregorio Turonensi lib. 2. de gloria Martyrum, c. 4. Ildefonso serm. 5. de Assump. Simeone Metaphraste orat. de vita, & dormitione Deiparæ, docent vsque ad diuisionem Apostolorum; simul in eadem domo cum illis Mariam conuersatam: Illud certum est, quandiu Hierosolymis vixit post mortem filij, habitasse in monte Sion, iuxta templum, vt docent Metaphrastes supra; Andreas Cretensis orat. 1. de dormit. Virginis; Damasc. orat. de Assump. Beda lib. de locis sanctis, cap. 3. Cedrenus in compendio; Nicephorus lib. 2. histor. cap. 3. & alij. An hæc domus sit ea, quæ fuerat Annæ, & Ioachimi, & eadem cum illa, in qua Cæna Dominica peracta, & in quam descendit Spiritus sanctus die Pentecostes, & cum illa, quæ ab Alexandro Monacho supra, & à Gregorio Nazianzeno, seu potius Apollinari, in tragedia de Christo patiente, dicitur esse domus Mariæ matris Ioannis Marci, incertum est: potuit enim fieri, vt Iosephus,

& Deipara donatione, aut venditione se abdicarent illo domicilio, vt pecuniam collatam in pauperes distribuere, vel ita res disponerent, vt tenerentur emptores, vel donatarij partem aliquam domus pro tempore vite mortalis Mariæ ad liberam habitationem dimittere. Illud certum est, vt religiosius, & commodius frequentes expeditiones fierent, quas Ioachimus, & Anna è Sepphora, aut Nazareth ad Hierosolymitanum templum fascipiebāt, semper prædictam domum in monte Sion vicinam sanctuario, & præbaticæ piscinæ retinuisse; ac tandem post oblatam triennem filiam, in ea vsque ad mortem vtriusque permanisse.

5. Ad Mariam vtpote vnigenitam, tam immobilis, quam mobilia, semouentia, & aduentitia parentum bona pertinebant, quocumque modo lex Moysaica ferebat, siue à iobileo in iobileum, siue in perpetuum illis se abdicarit Maria. Ex præmissis generibus bonorum plura Ecclesiasticæ historiæ autores sigillatim consignarunt. S. Germanus encomio de Virgini presentatione, Antiochus hom. 107. Epiphanius de laudibus Deiparæ, Pseudo Hieronymus de Natiuitate Mariæ, Abul. in 1. Matth. q. 91. Ildef. ferm. 5. de Assumptione, Ludolphus Saxonia p. 1. cap. 5. Nicephor. lib. 1. cap. 13. Euseb. Emissem. hom. de Natiuit. Virg. & innumeri alij succedentium seculorum.

6. Cùm Maria vnica esset hæres Ioachimi, debuit ex lege propinquiorè virumabilem ex paterna linea sponsum eligere, vt præcepto Numer. 27. & 36. secundùm veriorè intelligentiam satisfaceret. Ideò Maldon. relatus à Patre Vasq. 3. p. disput. 127. cap. 2. & ipse Vasq. ibidem, cum plurimis, docent, Mariam lege coactam nupsisse Iosepho, ut magis consanguineo. Propterea Mathæus cùm Euangeliũ Hebræis scripserit, quibus notissimum erat Mariam unicam esse hæredem parentum, meritò iudicauit, Deiparam lege coactam nupsisse Iosepho, & non alij; & sic ducta genealogia Iosephi, illam, quam à Ioachimo Maria habuit, clarissime innotescere. Quam doctrinam sequuntur plures cum Bartholomæo Medina, 3. p. q. 28. Dominico Baltanaf. in Margarita confessorum ad finem, iuxta editionem Complutensem anni 1554. Maldon. & alij apud Vasq. 3. p. disput. 127. Pro ea sunt Mariana in 1. Matth. Lucas Brugensis in 3. Lucæ, & 1. Matthæi: ex antiquis verò plerique Patres, & Doctores. Qui autem

autem dicunt, sanctum Iosephum suo tempore legitimum fuisse successorem Regni Iudææ, intelligendi sunt de iure, quod haberet ratione sponsæ, cui inerat actio ad regnandum derivata à sancto Ioachimo. Hi ergo sic exponendi sunt, vt ius regni temporalis haberet Iosephus; quòd sponsus esset Virginis Mariæ, cui vt vnigenitæ Ioachimi bona incorporea erant debita, id est iura ad regnum; verùm cum onere nubendi propinquiori consanguineo ex paterna linea, vt grauiorum interpretum mens ex 27. & 36. Numeri declarare consuevit.

7. Ioachimus, & Anna non aliam habuere filiam, aut filiam, præter Mariam. Salmer. tom. 4. parte 2. tract. 12. ait, etiamsi opinio Annæ tres naptias deferens, ex quibus alias filias susceperit, plurimum sit, alijs tamen de fide suspecta videri. Azor parte 2. lib. 2. cap. 19. qu. 7. ait multò esse probabilius, Annam matrem Domini vni tantùm viro nupsisse, licet communis olim fuerit sententia Historicorũ, & Theologorum, quæ illam tribus viris nuptam fuisse affirmat. Succurrit Damasc. orat. 1. de natiuit. Virginis, Mariam appellans vnigenitam, & primogenitam; Euseb. Emissem. hom. de natali Deiparæ; Theophil. & Euthym. in 19. Ioann. & innumeri alij Patres, & Doctores, asserentes cum Nissenò, serm. de Christi natiuitate, Andrea Cret. encom. de dormit. Virg. Germano de oblatione Deiparæ triennis in templo; Epiph. de laud. Virg. S. Thom. in 1. ad Gal. lect. 5. Ioan. Geometra in hymnis, Mariam Virginem in nimia senectute Annæ fuisse conceptam. Turpe autem esset, sceminam grandævam iterum, atque iterum nubere, vt Pseudo Hieronymus existimabat.

8. De mysterijs senectutis, & sterilitatis Ioachimi, & Annæ, per mylticos, & morales sensus, non sine laude antiqui Patres, nouique Doctores tractauerunt, vt Nissenus, Andreas Cretensis, Germanus, Epiphanius, Ioan. Geometra proximè relati: & Damascen. orat. de natiuit. Mariæ, Niceph. 1. hist. 7. Cedrenus in compendio, Ludolph. Saxonia in vita compendiosa Annæ, Iodocus Belfell. in rosar. S. Annæ, Robertus Gaguinus Generalis SS. Trinitatis, Guillel. Bibancius Carthusian. Tritemius in precat. ad Deiparam, Chlietoueus in carmine Asclepiadeo sancti Ioachimi; Ru-

dolphus Agricola in carmine laudatorio Annæ, Iacobus Reimebanus in Sapphicis de parentibus Mariæ; & innumeri huius seculi interpretes, postillatores, historici, & Theologi.

9. S. Vincentius serm. 1. & 2. de Natiu. Virginis, & alij eiusdem gremij arbitrantur, Annam Mariæ genitricem impotentia, & frigida laborasse. S. Germanus, de Virginis præsentatione, & alij plures clauam Annæ vuluâ dixerunt, vt indicare videantur matrimonium consummari non potuisse ante horam conceptæ filie. Similes aliæ historiæ de hac thesi versantur circa quæstionem de presenti casu, quæ solùm sub diuinationibus, coniecturis, cõgruentijs, verisimilitudinibus, & credulitatibus continetur.

10. Preces, & desideria, quibus in lassâ, & sterili senectute Ioachimus, Anna, Zacharias, Elisabeth sobolem postulabant ab irreligiositate tentationis Dei aliena fuisse, ex magnorum Doctorum commentarijs in 1. Lucæ innotescit; & sigillatim ex diuinis oraculis, quæ Ioachimo, & Annæ intimata sunt, iuxta Epiph. heresi 78. Germanum encom. de Virg. præsent. And. Cret. encom. 1. de dorm. Virg. Antioch. hom. 107. Ioannem Geom. hymno 2. Nicephor. 1. hist. 7. & alios innumeros.

11. Ioachimus, & Anna per fidem Mariam impetrarunt. Probat nonnulli vtriusque fidem, vicisse fidem Abrahami & Saræ, Isaac & Rebeckæ, Iacob & Rachelis, parentum Samsonis, Helcanæ & Annæ genitorum Samuelis, sponsi Sunamitidis, & ipsius Sunamitidis, Zachariæ, & Elisabeth, tum ex diuinitate credendi, atque fidendi, tum ex plurimis, & intensioribus impedimentis senectutis, & sterilitatis, quæ pro habenda sobole necesse erat superari; tum ex alijs capitibus, facta comparatione per singula. Probat similiter per spem inultisumam contra spem credidisse vberius, quàm Abraham, & ceteros iustos veteris testamenti. Hæ collationes, & alie humiles, si prudenter, & modestè peragantur, pie interdum admittuntur. Sunt alij Doctores, qui expendent fidem, spem, & charitatem Ioachimi, & Annæ, vtriusque lachrymas, hospitalitatem, peregrinationes, castitatem, pudorem, patientiam, longanimitatem, abstinentiã, ieiunia, timorem, prudentiam, simplicitatem, religionem,

ora,

orationes, sacrificia, vota, gratitudinem, & alias virtutes, quæ à Patribus, & historicis memorantur, & singularibus exemplis illustrantur, Mariam omnium virtutum in parentibus Ioachimo & Anna conuentum facientium esse sobolem.

12. Ioachimus, & Anna licet virginitatem in actu non haberent, illam tamen in habitu tenuere. Susceperunt nuptias, quia pro solo statu virginias perpetua erat prohibita, non intercedente mandato, aut inspiratione Dei, iuxta communem sanctorum Patrum, & Scholasticorum opinionem; quam secutus S. August. de bono viduitatis, cap. 8. & de sancti virginis, cap. 4. Hieronym. lib. contra Eluidium; Epiph. heresi 78. Nissenus de Christi natiuit. Arnoldus de laudibus Virginis; Gratianus 32. q. 4. cap. recurrat. & 27. qu. 1. Guillelmus in 3. Cant. Petrus Blesensis serm. 28. de Assumpt. D. Thomas 3. p. q. 28. art. 4. & in 4. dist. 49. q. 5. art. 3. Bonavent. in 4. dist. 33. art. 2. q. 2. Hugo Victorius lib. 2. de Mariæ virginit. c. 1. & innumeri alij. Nec ideo dicendum quod Palacios scripsit in 4. dist. 33. disp. 4. meliores fuisse Hebræorum nuptias, quia sub præcepto essent, quàm Christiana virginitas, quia solùm consulta; nam hoc principium limitationes desiderat, v. g. si quis rem præceptam exequatur ob solum intrinsecum obiectum virtutis præceptæ, Missam v. g. ex motiuo religionis, & non ex motiuo obedientiæ; alius verò Missam dixerit non præceptam, ex eodem motiuo Religionis, pares erunt cæteris in æqualitate existentibus, nec præceptum actum faciet meliorem, quia præceptus sit; deinde si actus consultus dicendi Missam exerceatur propter honestatem exequendi rem à Deo consultam, multò melior est, quàm actus similis præceptus executioni mandatus ex solo obedientiæ motiuo: nam primus oritur à duabus virtutibus, scilicet ab obedientia consilij, & à religione, secundus vero à sola religione. Terriò potest actus præceptus Missæ exerceri ex motiuo suæ virtutis, id est, religionis, & ex obedientia propter honestatem actus præcepti, vt præceptus est: actus verò consilij si exerceatur ex solo intrinseco motiuo, tunc actus præceptus est multo nobilior, quia à duabus virtutibus emanat, actus verò consilij à sola vna; si verò vterque oriatur à virtute propria, insuper alter ab obedientia præcepti, alter ab obedientia consilij, actus

con-

confultus erit melior, quia vterque oritur à duabus virtutibus, vterque à religione sacrificij in dicendo Missam, vterque ab obedientia; sed melior est obedientia consilij, quam obedientia præcepti, siue vtraque obedientia sit distinctæ speciei, siue eiusdem, in qua gradus nobilior est obedire voluntati insinuanti, quam voluntati præcipienti; siquidem illa obedientia consilij virtualiter, & eminenter continet obedientiam præcepti circa religionem sacrificij. Cùm verò dicitur, opus præceptum melius esse opere non præcepto, i. cæteris paribus: nam melior est actus charitatis cõsultus, quam actus temperantiæ præceptus. Item quia præcepta nos reddunt magis attentos, solent opera ex præcepto facta, esse intensioris, & melioris perfectionis; in consilijis minùs attendimus, quia in eorum executione, vel omissione non est periculum damnationis æternæ. Quòd si ex obedientia consilij insinuantis operemur, opus melius est, cæteris paribus, quam quod oritur ex obedientia præcipiente. Ijs suppositis, virginitas noui Testamenti melior est, & cæteris paribus meriti maioris, quam nuptiæ Ioachimi, & Annæ; quia actus temperantiæ coniugij minus est bonus, quam temperantia virginea, maximè quia virginitas noui Testamenti includit actus præcepto; circa illicita, nec potest consilium adquatè seruari, quin seruetur etiam præceptum. Virginitas vtique noui Testamenti oritur à duabus virtutibus, vt castitas coniugalis Ioachimi, & Annæ; vtraque ab obedientia, vtraque à temperantia; sed melior est temperantia virginea, quam coniugalis. Ijs omnibus admisis, nihilominùs ex alijs circumstantijs, & capitibus temperantia coniugalis parentum Deiparæ potest esse sublimior temperantia virginea: ad cuius probationem præmittunt Doctores illud, quod scribunt S. Brigitta lib. 1. reuelat. cap. 9. Dionysius Carthus. lib. de laudibus Virg. art. 6. Galatin. 7. de arcanis, & plures alij; Ioachimum, & Annam conuenisse quidem ad actum coniugij, & humano more genere rasse Mariam; at sine concupiscentia voluptatis, aut sensu villo libidinis. Notanda verba sanctæ Brigittæ: *Magis voluissent mori, quam carnali amore conuenire, & voluptas in eis erat mortua: conuenerunt carne contra voluntatem suam, ex diuina dilectione, non ex carnis concupiscentia.* Hoc præmissis sic argumentantur nonnulli: Ioachimus, &

Anna

Anna grauiorem dolorem, moerorem, & difficultatem in actu coniugij sentiebant, quam plures alij in temperantia virginea; ergo singulariter vterque sine virginitate aequali eminentissimè habuit virginitatem in habitu, & nihil de voluptate comitante actum coniugij: propterea quod eminentissimum est in virginitate, scilicet carere voluptate coniugali, excellentissimè reperiuntur in actu coniugij Ioachimi, & Annæ.

13. Sanctus Ambrosius, & sanctus Augustinus relati à Vasq. 3. p. disput. 120. & alij eos sectantes aiunt, Zachariam, & Elisabeth parentes Baptistæ nullum commississe veniale peccatum. Sunt qui dubitent ex regula Bernardi, & aliorum, num. 1. huius secundæ partis productorum, an eadem verisimilitudine, & congruentia dici queat Mariam similem habuisse prærogatiuam, qua esset filia parentum, qui nunquam venialiter peccauissent. Reborant probationem, quia Theologi non ob aliud fundamentum existimant Baptistam operari, recedente fictione, nisi propter nudam auctoritatem Augustini. Similiter ex illius dumtaxat testimonio plerique Theologi concedunt virtutem quandam obedientialem vniuersalem singulis creaturis ad actus omnes, etiam supernaturales non vitales. At non solus Augustinus, sed Ambros. & alij docent Zachariam, & Elisabeth nulla veniali macula fuisse inquinatos; ergo propter præmissa principia, in laudem virginis idem verisimiliter potest defendi de sanctis Ioachimo, & Anna, nullam scilicet venialem culpam commississe. Confirmant prædictam opinionem iidem auctores testimonio Catharini, & aliorum, ab omni veniali culpa Ioannem liberantium: item testimonio Ioannis Echij lib. de Prædestin. centur. 3. similiter opinantis de S. Iosepho: Concilium Trid. sess. 6. can. 23. solum damnat eos, qui affirmare audent, aliquem in tota vita mortali omnia venialia peccata sine speciali privilegio vitauisse, vt expendit Suar. lib. 9. de gratia, c. 8. idem Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 24. sect. 4. ait, nullam censuram mereri opinionem dicentium Baptistam nunquam venialiter peccauisse. Verùm, qui sanctissimos quosdam viros, & feminas ex grauioribus testimonijs ab omni etiam minima actuali culpa liberant, id non sine magno privilegio factum existimant. Hæc quidem fundamenta, licet in alijs thesibus generare possent assensum

opinionis, nihilominus donec annuant tribunalis fidei, non est asserenda prædicta doctrina. Merito enim scribit Canus lib. 12. c. 11. esse parum tutas quaslibet exentiones, aut limitationes circa regulas, aut propositiones vniuersales Scripturæ.

14. Si quod Iosephus 2. antiquit. de Iochabel matre Moÿsis, & Thomas de Kempis, cum alijs eiusdem instituti, de matre sanctæ Liduinae scripserunt, eas sine dolore peperisse, verum est, æquius idem privilegium Annæ partui erit deferendum. Modus, quo in statu innocentiae feminae absque dolore parerent, describitur ab August. 4. de ciuitate cap. 26. & ab Scholasticis, in 2. dist. 20. Eum potuit Anna ex Dei beneficio tenere.

15. Pie creditur Fulberto, in 2. Matth. & alijs pluribus dicentibus Mariam cum eximio corporis fulgore natam, & Ildefonso, term. de Natiuit. Virginis, scribenti; *Maria Virgo non sic est nata, sicut solent pueri & puella nasci*: id est, non illis grauata incommodis, quæ appendices sunt, & additamenta culpæ originalis. Addit ibidem; *Nascitur Maria extra consuetudinem mulierum mundo corde, & corpore ab omni pollutione carnali orta est*. Ea quæ de ortu sancti Edmundi in bulla canonizationis ipsius, & in lib. 31. speculi hist. Vincentij scripta sunt circa munditiam partus matris, & ortus filij, æquiori iure admittuntur pro Annæ partu, & Mariæ natali, qui magna ex parte æmulati sunt morem status iustitiæ originariæ, si durasset, vt scribitur ab Scholasticis in 2. dist. 20. Idem S. Ildefonsus allegatus à Vazquez 3. p. disp. 121. cap. 5. ex cõmuni sententia docuit, legem sub qua nunc mulieres pariunt, non esse legem naturæ, sed culpæ. Prodigia, portenta, & miracula partus Annæ, & natiuitatis filij, quo magis inaudita, si aliunde non dedeant, eo magis esse congrua, & credibilia docet Bonau. in speculo cap. 1. Vsq. ad tertium annum inchoatum lactauit Anna Mariam, ex Niss. orat. de Natiuit. Domini; Damasc. orat. 1. de Natiuit. Virg. Simeone Metaphraste, de vita, & dormit. Dei paræ; Germ. orat. de Præsentat. & cæteris Scriptoribus: quod non sine miraculo annorum trium contigit, ex parte maiori, quàm illud, quo Virgo lactauit Salvatore: siue enim Anna ad temperamentum iuvenile regrederetur, siue permaneret in pristino languore senili, mirabilius est, grandævam, & sterilem

fœmi-

fœminam lactare, quàm virginem adolescentem, & fecundam, postquam miraculosè absque viri tactu concepit, & peperit. Vt Annæ, vtpote ex materia consueta miraculosè confectam, innumeras habuit prærogatiuas, & qualitates arcanas validissimas, quæ parte quarta huius summarij declarantur. Fulbertus in 2. Matth. ex reuelatione Felicis Anachorete in regione Thebaidis, refert, Mariam diebus aliquot per hebdomadam semel dumtaxat maternâ vbera sxisse. Similiter pie creditur, Mariam, & Iesum, quibus ab initio conceptionis perfectus inerat sensus, & cognitio, & libertas, non ex solo impetu naturæ, verùm simul etiam spõte natos, sicut de infantibus paradysi graues Scholastici opinantur.

16. Ioachimus, & Anna cœlitus reuelatum Mariæ nomen imposuere filia, quo die illâ sacramento legis naturæ insignierunt, vt cæteras fœmellas Hebræas solebant alij. Ratione maioris dispositionis, & ex benignitate Dei multo intensiorè gratiam ex opere operato obtinuit Maria, quàm cæteræ infantes. Huius sacramenti receptionem admittunt omnes cum Vasq. 3. p. disp. 119. cap. 7. Dies impositi nominis à parentibus incertus est, sicut & dies, quò donata est sacramento legis naturæ. Sanctitatem nominis celebrandam certis diebus alligant nonnullæ Ecclesiæ, per verisimiles, & pias coniecturas, quæ suadent non multo post ortum fuisse nominatam.

17. Iuxta aliquorum sententiam, cui validè succurrit sancta Brigitta lib. 1. cap. 9. Idiota de Virgine Maria cap. 5. & alij, Mariæ nomen est quoddam sacramentale, ex institutione diuina: inuocatum, vel scriptum, quasi ex opere operato miros effectus operatur, quatenus ad nostram, vel aliorum salutem expedit. Probat in primis, quia grauioribus Thomistæ de signaculo crucis, & de nomine Iesu idem dixere, cum Gretsero lib. 4. de Cruce, Serario in caput 2. Iosue, q. 14. Explicat hanc mentem Canisius lib. 1. cap. 1. ijs verbis: *Mariæ nomen singularem energiam, diuinamque virtutem continet*. Secundò, quia orationes Ecclesiæ esse sacramentalia quædam scribunt Caietanus, Ledesma, Lopez, Corduba, Medina, citati à Thoma Sanctio lib. 7. consil. cap. 2. dab. 10. Ergo mirum non est, Mariæ nomen esse sacramentale ex institutione diuina, aut saltem ex applicatione Ecclesiæ.

sz. Tertiò suadent, quia clausulis, siue scriptis, siue prolatis facti Textus similis efficacia ex opere operato, aut quasi ex opere operato tribuitur à Patribus, Chrysoft. concion. 3. de Lazaro; & hom. 31. & 36. in Ioan. Hieron. epist. 34. ad Iulian. Iustino orat. 2. ad Græcos, Ambr. 4. in Lucam, Antonino tit. 11. de sacræ Scripturæ utilitate, cap. 2. §. 2. & alijs. Ergo cum Mariæ nomen sit ex præcipuis partibus noui Testamenti causabit effectus plures ex opere operato. Ita quidem non pauci sentiunt.

17. Dei nomen in ipso Mariæ nomine continetur, & non rarò ex diuina benignitate, iuxta quorundam opinionem, efficacius in Mariæ voce, quàm sine illa operari conuenit, ut iam olim Anselmus de excellentia Virginis cap. 6. iudicauit. Mendoza lib. 2. viridarij, probl. 2. dixerit, an utilius nobis sit implorare Mariæ nomen, quàm Iesu, & in quodam sensu efficacius esse probat; id est, velocius Deum operari, & succurrere aliquando, inuocato nomine Mariæ, quàm Iesu. Magnam huius nominis efficaciam declarant Nissenus hom. de Christi natiuit. Chrysolog. serm. 154. & alij: illud à timore mortis liberat, & dæmonum iniuria, lassum recreat animum, & mœrentem, illumque castificat, securitatem, & præsidium comparat, & innumera alia beneficia confert, quæ passim Doctores obseruant, iuxta Ambr. lib. de infirmit. Virginis, cap. 5. Maria idem significat, ac *Deus ex genere suo*: iuxta plures Hebrææ linguæ scrutatores notat *myrrham maris*, & *amarum mare*, & *pluuiam maris temporaneam*, & *myrrham arbusculam*. Idiota lib. contemplat. de Virg. cap. 5. ait, Mariam interpretari *Doctricem*, & *magistram maris*. Hieronymus, de nominibus Hebræicis, Damasc. 4. de fide, cap. 15. & innumeri Patres, & Doctores ex idiomate Syriaco, Mariam aiunt *Dominam* significare: alij cum Hieronymo supra, & S. Thom. opusc. 8. docent, idem esse Mariæ nomen, atque *Illuminatrix mea*. Alij cum Idefonso serm. 1. de Assump. Hieronym. in Psal. 118. Bernardino Senensi, tom. 3. serm. 1. art. 3. Bernardo serm. 2. super Missus est, & plurimis Doctoribus Mariam interpretantur *Maris stellam*, cum pro luna, tum pro altro polari. Cælestium, & iublunarium rerum, elementorum, & motorum significationes, simul cum maternitate Dei vox vnica repræsentat.

18. An conceptio Mariæ ex vtroque parente senes, & sterili fuerit miraculosior conceptione Iesu, tunc bene inuestigabitur, si quid sit miraculum, aut miraculosum opus constet. Alexander Aletius in summa approbata ab Alexandro 4. post examen diligens septuaginta Theologorum, autoribus Possenino in Biblioth. Dermutio Thadeo in Nitela Franciscana, pag. 44. docet parte 2. q. 41. memb. 2. art. 1. creationem primam fuisse mirabilem, non miraculosam: artic. 2. & 5. idem arbitratur de incarnatione, & conceptione Christi, & de generali resurrectione. Iuxta hanc modum loquendi miraculosior erit conceptio Mariæ, quia verè fuit miraculosa, quàm conceptio Iesu, quæ licet sit mirabilior, & excellentior, absolute tamen miraculosa non est, iuxta hanc sententiam. Verùm si detur in questione de nomine vtramque conceptionem miraculosam esse, non erit conferenda conceptio Mariæ cum conceptione Iesu, quatenus hæc includit vniõnem Dei cum humana natura, & alia prodigia connexa vsque ad ortum Domini inclusiue, cum illa extra rationem conceptionis humanæ versentur; sed quatenus conceptio Saluatoris dicit solam productionem humanitatis: neque præterea instituitur comparatio ex parte vtriusque conceptionis in se, sed ex parte causarum creaturum, quæ ad vtramque peragendam conueniunt. Hoc erat, quod Mariæ difficile videbatur, quomodo scilicet ipsa sine confortio viri generaret. In hoc casu, iuxta graues interpretes, & Doctores responsum Gabriæ Archangeli, quo exponit possibilitatē conceptionis Iesu ex virgine adolescente, & fecunda, ab exēplo Ioannis concepti à duplici parente sterilitate, & senectute impedito, non continet argumentum à minori, quemadmodum ex alijs refert Salmeron tom. 3. tract. 8. & Hugo in 2. Luc. Antonin 4. p. tit. 15. c. 17. & alij recipientes glossam illam Ambrosij. *Mariæ credenti quæ audierat, ampliora replicat miracula*. i. extensius maius miraculum est conceptio Ioannis, quàm conceptio solius humanitatis Iesu, & ideo Salmeron vbi supra, addit, non improbando. *Sunt qui considerent duplicem impotentiam generandi in fuisse Elisabethæ, nempe sterilitatis, & decrepitæ ætatis in Maria vero vnã tantum virginittatis extitisse*. adde ex parte Zachariæ impotentiam, saltem ratione senectutis: vnde fiet extensius magis miraculosam fuisse ex parte causarum creaturum

rum conceptionem Ioannis, quàm Iesu. Quòd si hæc Do-  
ctorum expositio, doctrinaque laudetur, vrgentiùs probat  
in conceptione Mariæ, quæ peracta est à parentibus quadru-  
plicem impotentiam habentibus, id est, duplicem sterilita-  
tem, duplicemque senectutem. Hæc, si verè, aptèque dicun-  
tur, argumentum Gabrielis Archangeli credunt nonnulli  
esse efficacissimum, aliter non ita efficax. Succurrit dictis  
Card. Tolet. in 1. Lucæ, annot. 107. & pag. 97. edit. Paris.  
anni 1600.

19. Licet Ioachimus, & Anna in valde prouecta  
ætate Mariam generauerint, nihilominus probabilissimum  
arbitrantur nonnulli, non paucis annis post ortum Christi  
superuixisse, quod valde credibile existimant, etiam si essent  
septuagenarij, vel octogenarij, cum illam conceperunt. Pro-  
bant primò ex veterum monumentis, quibus in ea re sub-  
scripsit Abulensis super 1. & 2. Matth. docens, Annam, &  
Ioachimum post partum Virginis fuisse superstites. Reuelatio  
Sabbæ Abbatis in Patriarcha Hierosolymitano Xime-  
nio lib. 2. cap. 241. Annam completo vigesimo anno Iesu  
mortalis de sua stam fuisse memorat. Secundò probant argu-  
mentis ab exemplo, & simili eiusdem temporis, & aliorum,  
quæ proximè ante seculum Ioachimi, & Annæ præcesserant.  
Ex Luc. 2. iuxta expositionem grauium interpretum, Anna  
Phanuelis octoginta quatuor annos dicitur permansisse in  
viduitate, quibus si addas septem alios annos coniugij, &  
tredecim, aut quatuordecim completos adolescentiæ ante  
nuptias, iam exegerat annos centum & quatuor ætatis suæ  
Anna, cum Christum infantem vidit in templo. Præterea  
quotquot fuerit Mariæ consanguinei, siue ex naturæ vigore,  
siue ex singulari beneficio Dei longissimam vitam produ-  
xere. Simeon Cleophræ, cognominatus frater Domini, cen-  
tum & viginti annos, Iacobus minor, eiusdem cognominis,  
nonaginta sex annos vixere, diutiùs visuri, si non violenta  
morte opprimerentur. Ioannes Euangelista cognatus Do-  
mini centenariùs moritur: Seruatius nepos Eliu fratris  
Elisabethæ supra tres centurias annorum vixit, vt habetur  
in Actis Celestini III. Sigiberto in Chronico, & Petro de  
Natalibus, & Doctoribus non paucis instituti Prædicato-  
rij, cum Claudio Rota in vita Seruatiij. Passim exempla diu-  
turnæ ætatis occurrunt in Elisabeth, Martiali, & alijs con-  
sanguini-

sanguineis Christi. Iosephi Iudæi tempore plures centena-  
riam ætatem excedebant vegeti, & incolumes, vt ipse testa-  
tur lib. 2. de bello Iudæico, cap. 7. & longè post mortem Do-  
mini Narcissus Hierosolymitanus 4. Kal. Nouembr. mori-  
tur, completis annis centum & sedecim, ex Adone in Mar-  
tyrologio. Duobus seculis ante ortum Ioachimi. Esdras  
annis completis centum & quadraginta, & Mardocheus  
annis centum septuaginta, mortui fuere, vt ex communi in-  
terpretatione elicit Gretserus lib. 2. defensionis controuer-  
sæ de verbo Dei, cap. 7. Quæ omnia exempla, & grania alia  
documenta muniunt opinionem eorum, qui Ioachimum, &  
Annam diù post ortum Christi obijisse iudicant. Si centena-  
rij moriuntur, quod ferè solenne fuit omnibus cōsanguineis  
Domini non violenter occisis, annis quindecim. Christo con-  
uixere Mariæ parentes: & quo ampliùs iuxta varias opinio-  
nes eam ætatem supergrediuntur, diutiùs cum mortali Iesu  
vixisse constat. Salmeron tom. 3. tract. 10. refert nonnullos  
existimantes Mariam die 24. Martij fuisse in domo mater-  
na, & die 25. proxima desponsatam Iosepho, & concepisse  
Saluatorem, ac proinde ij credunt, tunc saltem matrem Dei  
paræ fuisse superstitem. Vasquez 3. p. dispar. 125. cap. 9. ait  
Abulensem dicere, Mariam fuisse in domo parentum, & sub  
cura eorum, cum esset in montana Iuda: ipse tamen dubitat  
an tunc vixerent; ex quo fit parum fidisse Vasquez historijs  
Nicephori, & Cedreni hac in re. Tertio probant, quia credi-  
bile non est Ioachimum, & Annam vixisse vsque ad sponsa-  
lia Mariæ, vel vsque ad vndecimum annum vitæ ipsius, quin  
simul fuerint superstites, vt aliquot saltem annis Christo  
mortali conuincerent: non enim veluti Moyse, ob increduli-  
tatem, aut culpam aliam, in ipso limine pro nulla terra frau-  
darentur.

20. Ex præmissa diuturnitate vitæ, qua Ioachimus,  
& Anna conuixere Christo, & matri, & fuerunt vtriusque so-  
cij, domestici, & commensales, hoc tempore nonnulli suspi-  
cantur, Baptistam, Iosephum, & Apostolos ab ipsis in san-  
ctitate, & gratia interna fuisse superatos, licet in alijs gra-  
tiji gratis dactis longè supra Ioachimum, & Annam excel-  
luerint Apostoli, primicias Spiritus habentes. Probant pri-  
mò, quia Bernardus Luxemburg, & Iidorus Isoleis in li-  
bris de sancto Iosepho, & Altonius Gyron serm. de sponso  
Vir-



Virginis, & Dominicus Baltanas in margarita Confessorum  
quæstione ult. & alij ex eodem instituto Prædicatorum, qui-  
bus subscribunt plerique ex Societate Iesu, arbitrantur piû  
& probabile Iosephum in sanctitate interna Apostolos su-  
perasse, quia ùm esset sponsus Virginis, longiori tempore  
fuit domesticus, & commercialis Christi. Hoc documento  
instructi existunt nonnulli probabile esse, Ioachimum &  
Annam etiã Apostolos in sanctitate interna superasse; quia  
cùm essent parentes naturales Virginis, & proximi aui  
Christi Iesu, diutius fuere ipso ùm domesticus, & commen-  
sales. Hoc debitum eò angustius vrget, quo in Suario tomo  
2. in 3. p. disp. 8. sect. 2. & alijs dictum constat, vniuersales  
propositiones de primata Apostolorum in sanctitate inter-  
na, non intelligi de singulis qui cum Christo vixerunt, &  
Apostolis fuere contemporanei. Probant secundò, quia Ioa-  
chimus, & Anna etiã actus singulos minùs habuissent  
feruentes, quàm Apostoli; nihilominus ex diuturnitate vi-  
tæ supra centum & decem, aut supra centum & viginti an-  
nos, & ex pluralitate actuum in eumulo meritorum Apo-  
stolos potuere supergredi: quemadmodum licet Enoch, &  
Elias, si in paradÿso mererentur, in termino vitæ plures ha-  
berent gradus meritorum, & gratiæ; ex millenarijs annorù,  
in quibus habent continua merita, nihilominus inferiores  
essent Apostolis, qui in via temporum multò breuiori sin-  
gulos actus longè perfectiores, & intensiores eliciebant,  
quàm elicuerint iidem Enoch, & Elias. Sic verificatur pri-  
matus gratiæ, & meritorum in Apostolis: nam pro tempore  
quo vixerunt singuli, omnes alios iustos superarunt. Pro-  
bant tertio, quia digniores sunt Ioachimus, & Anna, quàm  
Stephanus: ac de hoc dicunt Apostoli lib. 8. constituit. se ele-  
gisse septem Diaconos, è quibus est martyr Stephanus, qui  
*non minùs quàm nos Deum dilexit.* Menologium Græco-  
rum recenset septem Diaconos, & septuaginta duos disci-  
pulos, & alios quosdam sub nomine Apostolorum: nec ta-  
men ideò primarijs duodecim Apostolis eos æquare licet:  
& S. Anastasius Synaita lib. 4. Hexam. de Luca, ait non mi-  
norem esse Paulo, & cum eo simul confidere; quod hyperbo-  
licè dictum est: verùm de Stephano aliquid singulare Apo-  
stoli prædicarunt lib. isto 8. constituit. quoad internam dile-  
ctionem Dei non minorem ea, quam primarij Apostoli te-  
nuere.

nuere. Guillelmus Bibaucius tam in distichis, quàm in Sap-  
phicis, in eodem gradu sanctitatis locat Annam, Ioachimù,  
& Iosephum: ergo qua ratione loquuntur Apostoli de Ste-  
phano, & plures Doctores de Iosepho, poterit etiam sermo  
esse de Ioachimo, & Anna. Probant quartò, nam disputabi-  
le est, an ministerium, & familiaritas parentum Virginis, cù  
aggregato omnium circumstantiarum maiorem proximita-  
tem habuerint cum Iesu, quàm familiaritas, & ministerium  
Apostolorum; id est, problematicum est vtrius maior debeat  
gratia interior, vt ad iudicare sine assertione liceat, v-  
trùm pariter de Ioachimo, & Anna, ac de sancto Iosepho li-  
ceat opinari. Suarez fauet tom. 2. in 3. p. disput. 8. sect. 2. in  
simili de Iosepho, ijs. verbis. *Non est improbabile Iosephum  
habuisse ministerium altioris quodammodo ordinis, quàm sit  
Apostolicum: nam Apostoli habent supremum gradum in mi-  
nisterio gratiæ gratum facientis; at Iosephus habuit ministe-  
rium attingens ordinem vnionis hypostatica qua suo genere  
perfectior est, vt pertinet ad autorem vtriusque Testamenti.*  
Fortassis magis attingit hunc gradum ministerium Ioa-  
chimi, & Annæ, si Christo mortali diutius conuixerunt. Si,  
vt ait Grabina tom. 3. præscript. à pag. 55. vsque ad 58. so-  
lùm est temerarium assertum Otilonis, de æqualitate sancti  
Martini cum Apostolis, erit qui dubitet, an propter multò  
maiorem dignitatem Annæ, & Ioachimi supra Martinum,  
absit nota temeritatis, si quid simile de ipsis affirmetur. Pro-  
bant quintò ex regula sancti Bernardi, & sanctorum Pa-  
trum suprã relata, qua dicitur, id tribuendum Mariæ, quod  
sanctis alijs concessum esse noscitur; sed sancta Petronilla  
est filia Principis Apostolorum, de quo probabilissimè do-  
cent plures cum Bellarmino, omnes alios iustos in sanctita-  
te interna superasse; ergo, ne Mariæ desit priuilegium simi-  
le, dicendum est, probabiliter defendi, cæteris iustis, etiam  
Apostolis, Ioachimum, & Annam in iustitia interiori præ-  
poni. Probant sextò, quia ij, qui valde familiariter Chri-  
sto mortali conuixere, Apostoli dicuntur, vt refert Salme-  
ron tom. 14. libr. 5. disputat. 23. & libr. 6. disputat. 21. &  
tradit Hieronymus in primum ad Galatas. Dixerat idem  
Salméron tom. 13. libr. 4. in epist. ad Rom. super caput 16.  
disputat. 12. ex quorundam sententia ideò Andronicum,  
& Lu-

& Iuniam appellari à Paulo nobiles in Apostolis, quia sic illi nominentur, qui Dominum in carne viderunt, & audierunt prædicantem: Menologium Græcorum, Ianuarij 4. die Apollolorum festum celebrat, eptuaginta comprehendens; & Iunij 30. festum duodecim, & septuaginta Apostolorum. Magna quidem differentia est inter Apostolos primarios, & secundarios: verum ij, qui maxima necessitudine, & conuictu Christo sunt coniuncti, vt ministri Incarnationis peractæ, aut peragendæ, veluti Ioannes Baptista, Iosephus, Anna, & Ioachimus, etiam si primitias Spiritus sancti die Pentecostes non acceperint, in primarijs Apostolis numerantur. Confirmantur dicta ex doctrina Suarj tom. 2. in 3. part. disp. 24. sect. 6. vbi ait. *Quicumque Mariam presentem intuebantur, non ad vetus, sed ad nouum Testamentum pertinebant.* Hæc omnia quæ relata sunt, & ex alijs recitatiuè producta, nunc solum approbabitur, quando legitimi Ecclesiæ iudices ea probabilia, & vera esse declarauerint.

21. Ioachimus, & Anna Hierosolymis defuncti, in Getsemani tumulantur. Emerunt instar Abrahami, aut hæreditate acceperunt partem Getsemani, quod Maria pietatis paternæ, & maternæ causa, & pro sepeliendo tum Ioseph corpore, tum suo, vlla sine labe Euangelicæ paupertatis retinuit, nunquam illo vendito, locato, alienato, aut distracto in temporales vsus, iuxta illud Leonis 3. titulo de sepulturis. *Nos instituta maiorum Patrum considerantes, statuimus vnumquemque in maiorum suorum sepulchris iacere: vt Patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam.* Quibus similia in eodem titulo scripsit Innoc. 3. cap. *Fraternitatem.* Maria veteres Patriarchas æmulata est; & pia humilitate in sepulchrum Christi proprium cadauer inferri noluit. Torrens Cedron, vbi sita villa Getsemani, vulgi ignobilis sepulchra continebat; vt ex 4. Reg. 23. & Ierem. 26. innotescit. Hamilitas Virginis ad sepulturam vsque constans, & inuicta. Fortassis Iesus in Getsemani idcirco orare solebat, quia auorum, & Patris putatiui Iosephi cadauera includeret, & propria esset hæreditas Deiparæ, quæ vt pote sacra, & sine paupertatis labe possessa, frequentaretur à Filio.

## TARS TERTIA, DE INFANTIA, & aulescentia Virginis, vsque ad sponsalia, inclusiue.

**P**Lura de infantia, & aulescentia Deiparæ, quoad loca, & tempora mysteriorum ipsius, in prima parte retulimus: plura ex ijs, quæ cum parentibus Ioachimo, & Anna connectuntur, in secunda parte produximus: plurima, quæ ad fabricam virginæ corporis spectant, parte quarta proponemus: nunc ea dumtaxat, quæ à præmissis nõ dependent, circa infantiam, & aulescentiam Virginis, varijs testimonijs, & argumentis illustrabimus.

1. Mariam ab instanti primæ sanctificationis habuisse perfectum vsum rationis à phantasmate dependentem, ex communissima Doctorum opinione latè probant Suar. tom. 2. ad 3. part. disp. 4. sect. 7. Vasq. 3. p. disp. 119. cap. 3. Bértradas tom. 1. lib. 6. cap. 3. Salazar tom. de concept. cap. 32. In hanc sententiam ex singulis gremijs, & ordinibus, & scholis innumeri conuenerunt, eamque validissimis auctoritatibus, & argumentis confirmarunt. Hæc scientia animæ Deiparæ ex suo genere acquisita, per accidens verò infusa, multò fuit vniuersalior, & illustrior in primo sanctificationis instanti, quam scientia primorum parentum, & Salomonis, & Enoch, & aliorum in vltimo, & supremo gradu, quem in vita mortali consecuti sunt, aut consequentur.

2. Mariam ab instanti primæ sanctificationis habuisse scientiam aliam per se infusam, non pendentem à sensibus, ei similem, quæ Angeli, & separatæ animæ ante visionem beatam donantur, piè, & probabiliter grauissimi Theologi opinantur. Ea saltem deneganda non est ab instanti Dominicæ Incarnationis, vt arbitrantur Doctores innumeri, cum Alberto Magno cap. 149. 176. 177. 197. super Missus est; S. Bernardin. tom. 2. ferm. 51. art. 1. cap. 2. Suarijs supra disp. 18. sect. 2. Salazar vbi proximè; Turrianus in selectis, centuria 3. dub. 14. & quotquot cum Abulensi in 3. Reg. cap. 4. q. 11. Salomoni similem scientiam per se infusam deferunt, & innumeri interpretes, & Theologi, qui in transitu prædictum genus cognitionis Prophetis quibusdam attribuerunt; non enim Maria denegandum permanenter, quod

plurimis transeunter concessum est. Sic utique matris dignitas, & meritorum incrementum vberius elucere.

3. Si Maria in primo conceptionis, & sanctificationis instanti Deum clarè vidit in transitu, vt opinantur Hieronymus de Florentia, sermonibus de Conceptione, & Assumptione Suzrij literas, & responsa producens, Salazar lib. de Concept. cap. 32. §. 4. & credit probabile, nullaque censura dignum, Turrianus in selectis, centuria 1. dubio 45. & alij huius temporis scriptores, etiam si per amorem, qui consequitur visionem beatam, mereri non potuisset, nihilominus mereri posset per amorem, qui consequitur scientiam per se infusam, & per illum, qui consequitur scientiam ex sua natura adquisitam, & per accidens infusam. Absolutè beati, qui peruenierunt ad terminum felicitatis, incapaces sunt meriti, non verò illi, quibus datur visio Dei in transitu, cum hæc nec decur vt corona, nec terminus sit, neque ex proportione, & correspondentiâ ad anteriorem gratiam, vel merita concedatur, sed vt Deo placeant qui simili beneficio donantur. Propterea, si illa positio Florentiæ admittatur, in primo instanti conceptionis Deiparæ hæc fuere signa. Primum completum est per infusionem gratiæ, & habituum, & per largitionem auxilij extrinseci præparantis ad visionem, aut qualitatis fluentis, iuxta diuersas opiniones. Secundum, per visionem beatam, actumque scientiæ per se infusæ. Tertium per amorè Dei ortum à visione diuina. Quartum, per augmentum gratiæ ex amore libero. Hæc quidem sic potuere euenire, imò & amor ille ex visione intuitiua Dei, ex plucium sententiâ potuit esse liber in individuo, licet necessariò aliquis semper amor esset habendus.

4. Mariam à primo instanti conceptionis, etiam sine visione beata non potuisse peccare docent Incognitus tom. 1. in Psal. vers. 1478. Lyra in Psal. 86. Maior in 3. dist. 3. q. 1. OKam, & Gabriel, quos allegat, & sectatur Franciscus Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 4. Hanc impotentiam peccandi possibilem ait Vasquez 3. p. disput. 120. cap. 2. & eam ab instanti Dominicæ Incarnationis, Mariæ adscribit S. Thomas in 3. d. 3. q. 1. art. 2. questione 3. nec opposituna docet 3. p. q. 27. art. 3. Alex. 3. p. quest. 9. memb. 3. art. 2. Bon. in 3. d. 3. 1. p. art. 2. q. 2. quæ ijs modis potuit obuenire  
Dei-

Deiparæ. Primò, indita illi scientia per se infusa supernaturali, qua perpenderet omnes circumstantias: ita vt semper cogitaret vehementius turpitudinem peccati, & honestatem virtutis; nec esset in eius potestate applicare intellectum ad aliam cogitationem vehementiorem. Hac ratione priuaretur principijs necessarijs ex parte intellectus, ne posset velle diuersionem ab ea cogitatione; sic Maria esset impeccabilis antecederet ab intrinseco, in opinione eorum, qui dicunt, non posse esse peccatum, nisi cum ignorantia, aut inconsideratione, ut defectu aliquo in intellectu, vt plures opinantur, Deus mentis compoti facillè poterat auferre potentiam proximam ad peccandum, negato concursu generali in actu primo, vt olim denegauit igni Babylonico. Tollens igitur Deus à Mariâ aliquid necessarium in actu primo, per prouidentiam extrinsecam illam reidebat in peccabilem. Hæc denegatio concursus in actu primo, cum nihil esset positiuum; aut priuatiuum in voluntate Mariæ, nihil inferret violentum; non enim carentiæ actus violentæ sunt, nisi quando potentiæ completæ sunt in actu primo.

5. Opinantur Doctores nonnulli huius ætatis, Mariam à primo instanti conceptionis habuisse appetitum sensitiuum instructum ad omne opus bonum, & fomitem virtutum vniuersarum, ita vt quoties intellectus Virginis bonum aliquod honestum cogitaret, appetitus sensitiuus, siue præueniens, siue sequens, siue comitans rationem, exerceret appetitionem cuiuscumque obiecti Deo placentis; sed potuit fieri iuxta opinionem Doctorum admittentium habitus honestos, & vitiosos in appetitu sentiente, si Deus Mariæ appetitui ab initio formationis sue infunderet habitus honestos per accidens vehementer intensos, qui perpetuò inclinarent in obiecta Deo grata, & placenta, & auerteret, atque odium gigneret in obiecta opposita. Fauet Bas. hom. de humana Christi generatione, appellans carnem Virginis in sanctitate conglutinatam, & Ab. in 3. dist. 3. artic. 6. & alij. Secundò, hic virtutum fomes accidere potuit Mariæ, iuxta opinionem DD. existimantium dari species sensibiles insensatas, si eas Mariâ haberet intensiores de amicitia, & consonantia cum singulis obiectis honestis, sic vt ipsi appetitui sentienti veluti amica, & iucunda proponeretur; v. g.

memoria, & cogitatione castitatis vehementius accendetur, quam impuri homines consideratione turpium obiectorum delectantur. Tertio, ex singulari beneficio Dei phantasia, aut imaginatiuæ facultati Virginis obijci potuere bona quantumuis ardua, per speciem sensibilem, quæ illi, ut pulchra, grata, & excitantia amorem sui, sentienti appetitui exponeret, & repræsentaret. Propter prædicta Mariæ appetitus bonum delectabile sensibile tunc aspernaretur, quando opponeretur legi diuinæ. Hæc si vera sint, Virgo sanctissima nulla interna tentatione impeteretur, sed ab extrinseco omnes prouenirent: deinde moralem haberet impotentiam peccandi, quod in peccato nullum, aut sic tenue delectabile bonum consideraret, ut nullatenus amabile videretur.

6. Passiones, & affectus materiales rationem præuenientes, quatenus inuoluntarij sunt, à peccato originali dimanant, ut ipsius pœnæ, & effectus. Sic docet communis Scholasticorum sensus, in 2. dist. 30. & 31. Nonissimè Suar. 3. de opere sex dierum, cap. 12. ex verbis Concilij Tridentini, sess. 5. canone 5. hanc veritatem certam esse existimat. Azor 1. p. instit. lib. 4. c. 32. Propterea quotquot Doctores Mariæ fomitem denegant ab instanti conceptionis, ex consequenti in ea non corporeas passiones, sed propassiones agnoscunt. Medina 3. part. q. 27. art. 4. concl. 2. & Ægidius lib. 4. de effectu gratiæ Virginem præseruantis, q. 2. art. 10. motus primò primos antevertentes rationem, & libertatem Mariæ denegandos iudicant: & communiter existimant plerique, cum Tolet. in 1. Luc. annot. 74. Suar. tom. 2. de vita Christi, disp. 9. sect. 3. Sorio serm. 5. de conceptione, omnes passiones Mariæ fuisse propassiones, nullumque eius affectum sensitium præuenisse rationem; Salazar lib. de conceptione, cap. 19. addit verba Leonis Imperatoris dicentis infinitum affectuum, passionum, & animi perturbationum cumulum, quem alijs Eva distribuit, Mariam non attigisse. Auxiliantur S. Cyprianus serm. de Natiuitate; Richard. de S. Vict. lib. 2. de Emmanuele, p. 2. cap. 29. Hesichius serm. 2. de laudibus Virginis; Damascenus allegatus à Canisio, lib. 4. de Deipara, cap. 15. Ioannes Geometra hymno 2. & alij innumeri. Ex hoc principio inferunt nonnulli, turbationem Deiparæ, Gabriele incarnationem Dominicam prænuntiantem, fuisse voluntariam, & imperatam: præterea nul-

lum vehementem amorem sensitium, languorem, aut mortem Mariæ inferre potuisse, si non prius ipsa illum velleret, & imperaret per superiorem animæ rationalis infusionem, & sic de extaticis actibus, & alijs similibus decernunt.

7. Ut Theologi nonnulli primas Christi incarnati cogitationes scrutantur, sic pijs, & probabilibus oraculis, & testimonijs alij Mariæ in maternis visceribus delitentis contemplationes à primo conceptionis momento inuestigare contendunt. Patriarcha Hierosolymitanus Ximenius lib. 2. cap. 24. & 25. ex quibusdam Theodoretis monumentis, quæ necdum prælo commissa: & cap. 17. 18. 19. 20. 23. ex Nazianzeno, & Doctore Lyconia, & alijs in monumentis, quæ eo sæculo versabantur, plures describit materias, partim lugubres, partim iucundas contemplationis Deiparæ infantis latentis in utero Annæ; iuxta ea, quæ num. 1. 2. & 3. relata sunt, haud est difficile ijs oraculis, & testimonijs fidem adhibere.

8. Virginis conceptionem, & natiuitatem pluribus prodigijs, portentis, & miraculis illustratas, maximum terræ, & cælo gaudium intulisse, & nouam rerum conuolutionem inuexisse constat ex pluribus oraculis, & testimonijs. Legendæ cōtemplationes Paphnutij apud Ximenium Patriarcham, lib. 2. cap. 26. & alia Abbatis Zosimi ibidem; & tandem illa, quæ c. 23. sub nomine S. Gregorij Nazianzeni referantur; & alia, quas Ioannes Belet, & Raulin sermone 1. de Natiuit. & plures alij enumerarunt: quibus innotitur S. Vincentius serm. 2. de Natiuit. Virginis, dicens: *Statim Angeli in cælo fecerunt festum conceptionis.*

9. Modus loquendi plurium Patrum, & Doctorum succurrit opinioni Francisci Maronis, apud Pelbartum tomò 1. aurei rosarij, verbo *Angelus*; & S. Odonis Cameracensis in exposit. canon. dist. 3. & aliorum dicentium, Mariam ab instanti conceptionis nullum custodientem Angelum habuisse, quoad exercitium protectionis superioritatem importantis; sed Deum se solo præidentem. Non idè negant adfuisse Deiparæ legiones plures Angelorum in custodiam, quæ dicitur obsequium, & famulatus. Hoc genus custodiæ ministerialis, & seruilis est, quod Petrus Damianus orat. 1. de Natiuit. Bern. epist. 77. Sophronius serm. de *Assumpt.* Eusebius Emisenus homil. in vigilia Natiuitatis

Domini. Idefonfus serm. 5. de Assumpt. Vdalricus in 4. summx apud Carthuf. in 2. dist. 1. q. 2. Gabrieli attribuit. Alij cum S. Gregorio Nazianzeno in reuelatione allegata à Patriarcha Ximeno lib. 2. vitæ Christi, hanc seruilem custodiam Michaeli Archangelo deferunt. Vnus ex ijs, aut alius è supremis spiritibus fuit præfectus totius militiæ, que Deiparæ mortali famulata est. Quod Suarius lib. 6. de Angelis, cap. 17. indubitatum decernat, Mariam habuisse custodientem Angelum, & quòd Abulensis in 18. Marth. qu. 6. duos eidem custodes Angelos assignet, iuxta præmissâ declarandum est. Neque propterea negant, innumeras Angelorum cohortes sub vnus, aut duorum præfectura Deiparæ seruilem custodiam præstitisse. Nam & sic expressè decernunt Patres, & Doctores, Georgius Nicomed. orat. de oblat. Virg. S. Bernardinus serm. 5. art. 3. Alanus in 4. Cantic. & innuunt alij.

10. Mariam in ætate infantili proximè post ablationem à parentibus Deo, & templo dicatam docuere Epiph. in vita Virginis, Nissenus orat. de Natiuit. Domini, Germanus in encomio Deiparæ, Simeon Metaphrast. orat. de vita, & dormit. Deiparæ; Niceph. 1. histor. 7. & Euodius apud ipsum; item innumeri alij Patres, & Doctores, quorû sensum, Ecclesia Græca in antiquis menologijs, & officijs sectata est; & in nouissimo Breuiario à Clemente VIII. pro Græcis recognito, tam in festo, quàm profesto Præsentationis Deiparæ, sectatur illam appellans, *corpore triennem; & spirita ærosum*. Ecclesia Latina à tempore Sixti V. eandem veritatem, pietatemque celebrat; cuius festiuam obseruantiam Pius V. à Romano Breuiario iustas ob causas ad tempus expunxerat. Antequam Maria templo dicaretur, non parentes illam ablactarunt, sed ipsa à lacte materno abhorruit, mammam attingere nolens, vt ait Nicephorus 1. hist. 7.

11. Eadem Ecclesia Græca in præmisso Breuiario à Clemente VIII. recognito, approbat Andreæ Cretensis dictum, quòd Maria in templo *sommamnem cibum non sumeret*, Germani, & Georgij Nicomediensis, quòd *ambrosiam nutrimentum per Angelum sumeret*; & Ioannis Geometræ hymno 2. dicentis; *Salue animo corpus nutritum rore polorum*; & hymno 3. *Gaudi concretum sublimi corpus olympo*; & in

& in officijs festi sanctæ Præsentationis hæc repetit; *Gabriel cibum illi purissimum* deferbat: & in vigilia festi; *cibe celesti nutriebatur*: & iterum; *cibus celestis ipsi emittebatur*: & iterum; *Gabriel te in templo nutrit*. Quibus apertè declarat, Mariam ex purissimis, selectissimis, & potentissimis alimentis materialibus corruptilibus (quæ cælestia dicuntur, propter egregias cælestes impressiones ipsi inditas) singulari robur, & perfectionem temperamenti; & illusterrimas qualitates recipere potuisse, vt etiam dignum filij habitaculum corporale disponderetur, præter supremas illas dotes primordiales, quibus sacratissima Deiparæ caro in prima formatione ditata fuit.

12. Vox *ambrosia*, etiam si Pseudodeorum alimentis à Poëtis Gentilibus fuerit attributa, absque prophano vsu potuit sanctè alimentis ministerio Angelorum in templo Deiparæ oblati, à Patribus, & Ecclesia Græca comparari, & applicari. Sic Iob 9. Gentiliæ voces vsurpantur, & 2. Reg. 23. & Isai 34. Titanes, Sirenes, & Onocentauri ad exprimendas veritates sacras adducuntur: sic Scholiales Theoduli Deiparam assimilant Dianæ, & Iunoni; & passim occurrunt similia exempla. Canis lib. 2. c. 7. vtens S. Cyrilli Hierosolymitani, & Ruffini testimonijs Mariam Minervæ comparat; deinde veram Dianam, Lucinam, Cererem, Penthesileam, Amazonum ductricem appellat; tandem Heleam, Didonem, Medeam, Semiramidem, Cleopatram, & alias vanè laudatas foeminas in censum adducit.

13. Iam olim Ecclesia Græca, & credidit, & celebravit Mariam in Sanctis sanctorû habitasse annis pluribus, atque id ipsum Clemens VIII. in vigilia Præsentationis recitandum indulsit eidem Ecclesie. Euodius apud Niceph. lib. 2. c. 23. ait Deiparam annos vndecim traduxisse in Sanctis sanctorum: idem scripsit Germanus orat. de Præsentat. Virginis, & Georgius Nicomed. in orat. de eadem thesi; & alij plures. Nonnulli hanc historiam arbitrantur esse difficilem, quia ex lege Domini, vni dumtaxat summo Sacerdoti ad Sanctuarium patebat ingressus, & semel in anno. Hic tamen scrupulus facitè sedatur: primò in sententia Geronidis, lib. 1. cap. 17. Epiphaniij, de vita Hieremie. Historiæ scholasticæ, cap. 3. Iudith, Darothei, in synopsis; Richardi de S. Victore, libro 4. except. cap. 11. Serarij, in harmonia

Machabeorum lib. 2. cap. 1. & 2. qu. 19. & plurimum aliorum existimantium arcam, & tabernaculum Mosaicum ab eo tempore, quo ablata fuit, & abscondita tempore Hieremias, nunquam comparuisse, nec esse comparitura usque ad extremos mundi dies. Hæc si ita sunt, ut sentit Iosephus lib. 6. de bello, cap. 6. docens, in sancto sanctorum nihil omnino fuisse, quo tempore Titus vastauit Hierosolymam, expedite defenditur propter absentiam veræ arcæ, & sanctuarij Iudæos insignem Virginis sanctimoniam, & prodigia contemplantibus; illam eorum loco substituisse eo in tabernaculo, quod ad similitudinem Mosaici post libertatem Babylonicam fuerat ædificatum: existimarunt cessante vera arca, & tabernaculo, leges etiam prohibentes ingressum cessasse: ut propterea credibile sit, quod nonnulli Niseno tribuunt in oratione Nativitatis. Annam matrem Virginis ingressam fuisse sancta sanctorum; & quod Ecclesiastica officia de S. Iacobo referunt, liberum fuisse illi ex consensu Hebræorum penetrare in sanctuarium eius ætatis, quod solum referebant similitudinem primitiui usque ad finem sæculorum latentis in obscuro. Secundò etiam contra variorem, communiorque sententiam supponatur sanctuarium, & tabernaculum Mosaicum innenta fuisse Cyri tempore, cum è captiuitate Babylonica populus Hebraicus iterum Hierosolymis congregatus est, illudque Mariæ ætate persenerasse, nihilominus valde esset credibile, atque probabile, Deiparam in sanctis sanctorum habitasse: ipsius enim vitæ integritas, & morum sanctimonia euulgata stupendis prodigijs, ac miraculis cælorum, & elementorum, & mixtorum, & parentum; innumeris etiam oraculis, visionibus, & manifestationibus ab ipso conceptu, & ortu clarissimè illustrata, Hebræos Sacerdotes ad hoc nouum consilium, & inauditum honoris gradum exhibendum Mariæ coegissent, maximè si viri sanctissimi diuinis responsis, & angelicis oraculis hanc fuisse Dei voluntatem explorassent. Plurima de fama Virginis in templo commorantis ex S. Seuero hom. de ineunte anno, Alexandro epist. ad Parthemium Patriarcham Alexandrin. Egidio in serm. de Deipara, & alijs pluribus prodidit Patriarcha Ximenius lib. 2. de vita Christi, cap. 44. & 57. Tandem expendendum est testimonium Leuit. cap. 16. solum iubere, ut nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex sanctuarium

ingressus fuerit, ut pro se roget, & domo suis, & vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur: illo egressio arbitrabantur Sacerdotes Hebræi ob insolitas causas id alijs licuisse: idcirco iuxta Egesippum, lib. 6. quem refert Eusebius 2. hist. Eccles. cap. 23. & Epiph. hæres 78. Iacobum fratrem Domini in sancta sanctorum admittebat Concilium Sacerdotum. Similes alias exceptiones, & limitationes cõsidera pro alijs locis templi, & atrij, ad quæ interdum sceminis, & non Leuitis accessus negabatur.

14 In sanctissima legum patriarum disciplina educata Maria inter pudicissimos parietes omnium virtutum sublimissimum concentum ædit: fama adolescentis Virginis vniuersam Palæstinam occupauit, ut pluribus testimonijs illustrat supra Ierosolimitanus Patriarcha Ximenius: sigillatim, cap. 47. refert Gregorium Turonensem libello de salutatione angelica dicentem ex diuino oraculo constitisse Deiparam ex quo templum ingressa est, nunquam sine cilicio vixisse; somnũ semper humo nuda, aut duris tabulis captasse; ieiunia ipsius nullo vnquam tempore fuisse interrupta: Non ab similem reuelationem attulit D. Bonau. in vita Christi cap. 3. de afflictionibus corporis à sanctissima Virgine susceptis. Historia Virginis cui hæc tabulæ, assertionesque viam præmuniunt pro libro de infantia, & adolescentia Virginis, tum has, tum alias virtutes ipsius in templo commorantis pluribus, & authenticis testimonijs illustrat.

15. Cùm Maria in templo versaretur, prima omnium votum virginitatis spontaneum, seu voluntarium nullo Dei præcepto coacta nuncupauit. Nouissimè Paulus Serloquius Iesuita tom. 2. in Cantica vestigat. 20, sect. 2. innumeris Scripturarum, Patrum, Scholasticorum, & Doctorum huius temporis testimonijs hanc etiam veritatem illustrauit, confirmauitque. Ex illa sectione constat vniuersum ordinem Prædicatorum, & Iesuitarum, & alios religiosos cœtus pro ea sententia pugnare: illi expressè auxiliatur Bernar. homilia 4. super. *Missus est.* Arnoldus tractat. de laudibus Virginis. Hugo de S. Victore libello de Mariæ perpetua virginitate. Philippus Abbas lib. 2. in Cantic. cap. 9. Ricardus de S. Laur. lib. 3. de laudibus Virginis, §. duodecimũ priuilegium, & lib. 6. tit. Maria filia. Bonau. in opusculo Pharetræ lib. 1. cap. 5. Alb. Mag. super *Missus est.* cap. 182.

Antonin. 4. part. Summæ, cap. 20. §. 10. & 1. p. hist. tit. 4. cap. 1. §. 11. Vincent. Veluac. in speculo morali lib. 1. dist. 96. p. 3. Dionysius Chartus in Psal. 44. incognitus ibidem. Hic denique fuit communis sensus Patrum, & Scholasticorum, imò & totius Ecclesiæ Dei, vt docent Abul. in cap. 11. Iudic. quæst. 56. & Canis. lib. 2. cap. 12. Ex omnibus gremijs, & ordinibus, & ex Ss. Patrum venerando confectu innumera testimonia, eaque expressa à Doctoribus huius ætatis cõpilantur; Pro confirmatione huius veritatis advertendum est sermonem, aut tractationem non esse de virginitate coacta ex Dei præcepto, hominum, & necessitatis violentia, aut de virginitatis voto coacto, aut de integritate perpetua sine voto; sic enim fuere, qui Iepte filiæ, Eliæ, Ieremiæ, & paucis alijs perpetuam virginitatem attribuerint. Præmissa modo intellecta doctrina apertè est. D. Thom. 3. p. q. 28. art. 4. ad 2. & in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. quæstionc. 1. S. Bonau. in 4. dist. 30. art. 1. quæst. 2. Palud. ibidem dist. 33. q. 2. cuius verba in suis numerat. S. Antonin. 3. part. tit. 2. cap. 1. Capreol. in 4. dist. 30. q. 1. Ricard. ibid. art. 2. Sot. ibidem quæst. 1. artic. 1. Michael Palacios ibid. disp. 4. qui disp. 1. dixerat rem esse perspicuam, Bartol. Medina 3. p. q. 28. art. 4. Dionys. Carth. in 4. dist. 30. q. 2. Bellarmin. 2. de Monachis probantis hanc doctrinam ex Beda, & Ruperto, Suarij tom. 2. in 3. p. disp. 7. sect. 3. & cæterorum Doctorum, quorum cõsensum Gabriel Vasquez expendens 3. p. disp. 124. cap. 5. docet hanc esse vnanimem scholasticorum sententiam, & eã illustrissimè declarauit Albert super Missus est, cap. 118. Lorinus in Psal. 44. & Cornel. in 12. Apoc. & Castro in hist. Deiparæ, cap. 3. & Canisius, & Sherloquius supra plura adducunt testimonia S. Bartholomæi, Nazianzeni, Nicetæ, Ambrosij, Sophronij, Origenis, & aliorum, quibus omnibus manifestè succurrit S. Augustin. lib. de sancta virgin. cap. 9. S. Hieron. epist. 22. ad Eustoch. Guillelm. Abbas in 3. Cantic. Blessensis serm. 28. de assumpt. Aponius citatus à Canisio lib. 2. cap. 14. Thomas de Villanoua serm. 2. de Annunt. Secundo probatur doctrina præcedens eorum omnium testimonio, qui asserunt ante Mariæ votum nullum aliud virginitatis votum præcessisse: ita Barthol. Apostolus, quem allegant, & sectantur, D. Bonau. lib. 1. pharetræ cap. 5. & Canis. lib. 2. cap. 14. idem statuit Bernar. hom. 3. in Missus est. Aug.

Bles-

Blessensis, Hugo, Sotus, Medina, Suares, & Vasquez supra allegati. Tertio suadetur eadem veritas auctoritate plurimorum Doctorum, qui cum Aug. lib. de bono coniugali, cap. 19. 20. 21. 22. Heronym. lib. 1. aduersus Iovinian. Gratiano 32. q. 4. cap. Recurrat; & alijs innumeris docent in veteri lege matrimonij dignitatem prælatam fuisse virginitati: ergo mirum non est neminem de voto illius emittendo cogitasse. Quarto probatur ex testimonijs plurimorum dicentium simul, & probantium in veteri lege ignominiosam fuisse perpetuam virginitatem, quod egregie, & copiose persuadet S. Bernar. hom. 3. in Missus est: ideo Alb. supra virginitatem nominat maledictum legis, Ricardus de S. Laurentio supra opprobriū legis, Hugo de S. Victore supra abiectionem plebis, & opprobrium hominum. Canisius supra virtutem inuisam, & horridam Iudæis, Palud. vbi supra, & Antonin. 3. p. tit. 2. cap. 1. docent non fuisse laudabile in veteri testamento seruare virginitatem; S. Thom. 3. p. q. 28. ideo solum votum virginitatis sub conditione attribuit Mariæ, quia leges eius temporis exigebant, vt sponsum acciperet: S. Hieronym. lib. contra Eluidium ait omnes fideles veteris testamenti nuptijs colligatos, vt maledictum legis euitarent; & sic communiter cæteri Doctores opinantur. Nec maledictio hæc solum tribum Iudæa coercebat, licet etiam illam nominatim spectaret, sed cæteras etiam tribus, vt liquet ex libro Tobie desideratis Christo in posteris deseruire, etiamsi esset ex tribu Neptali. Omnes vtique Patres, & Doctores maledictum contra perpetuos virginitatis professores ad vniuersas tribus producant. Quia probatur testimonijs grauisssimorum virorum asserentium inter Hebræos virginitatem minus fuisse bonam, quam matrimonium. Hi sunt Nazianz. in exhort. ad virg. Hieronym. lib. contra Eluidium latissimè. Bernar. hom. 2. super Missus est: Arnoldus de laud. virg. Blessens. serm. 28. de Assumpt. Guillelmus in 3. Cantic. D. Thom. in 4. dist. 30. q. 1. & Bonau. in 4. dist. 33. art. 2. q. 2. Dur. in 4. dist. 33. q. 4. Palud. in 4. vbi supra. B. Thomas de Villanoua serm. 1. de Annunt. latissimè. Sexto probatur eorum testimonijs, qui dicunt in lege veteri virginitatem fuisse prohibitam, vt Bon. in 4. dist. 33. art. 2. q. 2. S. Thom. 3. p. q. 28. art. 4. & in 4. dist. 49. quæst. 5. art. 3. q. 1. Caiet. in præfatum locum 3. partis. Dionys. Carthus. in 4. dist. 30. q. 2. Pa-

iacios in 4. dist. 30. disp. 1. & dist. 3. 3. disp. 4. & innumeralij. Septimò probatur ex eorum testimonijs, qui afferunt tēpore Deiparæ prohibitionem diuinam de voto virginittatis perseuerasse. Sic Augustin. de bono viduitatis, cap. 8. & de sancta virgin. cap. 4. Hieronym. lib. contra Eluidiū, Epiph. hæres 78. Nissen. de Christi nativitate. Hugo Victorinus lib. 2. de Mariæ Virgin. cap. 1. latè hanc partē suadens, Guillelm. in 3. Cant. Arnoldus, & Petrus Bles. supra. Gratianus 32. q. 4. cap. Recurrat. & 27. q. 1. Communis Doctorum Ecclesiæ sensus tot modis expressit Mariam fuisse primam, quæ in mortali genere votum virginittatis spontaneum, seu voluntarium nullo cogente Dei præcepto nuncupauit. Octauò probatur testimonijs eorum, qui præcisè de fœminis loquentes statuunt Mariam esse primam, quæ inter mulieres virginittatem voto mancipauit: Ioannes Ierosol. aut quisquis est Auctor libri de Instir. Monachorum. Thomas Vvaldenfis tom. 2. de Sacramental. cap. 130. & tom. 3. tit. 9. capit. 89. Incognitus in Psalm. 44. Thomas Iesui. lib. 1. antiquit. cap. 2. Doctores professionis Carmelitane hanc veritatem mutuati sunt ab ordine Benedictino, S. Gregorio allegato à Glossa in 1. Lucæ, Strabo in eundem locum. Beda ibidem, & in ferm. de Annunt. Rupertus, qui citatur à Canisio lib. 2. cap. 12. & ex alijs gremijs expressè fauent. August. tom. 9. tract. 10. in Ioan. Hieronym. epist. 22. ad Eustoch. Guillelmus Abbas S. Theodoric. in 3. Cant. B. Thom. Villanoua ferm. 2. de Annunt. Bonau. in 4. dist. 3. art. 1. quæst. 2. Nonò, omnia hæc fulciuntur auctoritate Patrum dicentium virginittatis votum ante Deiparam fuisse impossibile, sic expressè Chrysoftomus tom. 5. homil. 9. de pœnitentia, quæ apud alios est decima, statuens nullum è veteri lege potuisse se virginittate religare. Non ibi loquitur Chrysoftomus de virginittate, vt integritatem corporalem continet, hanc enim Iosue, Eliam, & Eliseum conseruasse valdè est verisimile; de virtute interiori locutus, quæ nec propositum, nec votum perpetuæ virginittatis admittebat, quòd lex coniugia præcepisset. Nemo igitur statum lege maledictum voto consecraret. S. Athanasius lib. de Incarn. Verbi doctrinā Chrysoftomi clarissimè expresserat, Proclus Constantino-polit. in Concilio Ephesino conspicuus luculenter eandem mentē impressit ferm. de Transfigur. legatur. 1. p. tom. 5.

Biblioth. Col. ann. 1618. Decimò suadetur testimonijs Doctorum afferentium virginittatem esse, quo lex Euangelica à cæteris sectis secernitur. Sic Athan. apol. ad Constantinum docens solum apud Christianos virginittatem seruata, cuius verba allegat Canis. lib. 2. cap. 12. Similiter Origenes decernit in cap. 13. Matth. vt refertur à Canisio supra, & Euseb. Cæsar. in historia lib. 2. cap. 16. Quæ omnia, & singula pluribus argumentis, syllogismis, exemplis, & scripturis confirmantur; probantque manifestè nullum Patrē, aut Doctorem annis mille & quadringentis post ortum Christi docuisse fuisse virum, aut fœminam, quæ perpetuam virginittatem vouerit antequam Deipara votum de illa nuncuparet: qui produuntur in contrarium sub aliqua ex ijs expositionibus comprehenduntur: primò, vt loquantur de virginittate, *iussa magis, quàm sponte oblata*, vt iam olim scripsit Guillelmus Abbas S. Theodoric Bernardi discipulus. Secundò, vt sermonem habeāt de virginittate præcepta, vt piè nonnulli credunt de Iosue, Elia, Eliseo, Ieremia. Terriò, vt solum tractent de castitate coniugali, aut viduali post susceptionem liberorum, quæ voto testamenti veteris firmari poterant. Quartò, vt de virginittate temporali differant. Quintò, vt de virginittatis habitu disputent, quem diximus secunda parte harum tabularum, & propositionum habuisse Abrahamum, Ioachimum, Annam, & alios vxoratos. Sextò incertum est de nonnullis, qui in virginibus testamenti veteris numerantur, an verè fuerint virgines. Nam Maria soror Moysis nupta dicitur, virique nomen, idest vr à Iosepho notatur 3. antiq. 3. Baronio in appar. cap. 45. Vasq. 3. part. disp. 124. num. 9. Ieremias à nonnullis cum Paraphra. si Chaldaica existimatur naturalis parens Ezechielis: de Elia ante propheticum munus ex matrimonio filios suscepisse credunt plures, qui cum Petri Damiani celebri sententia dixere Eliam fuisse Phinees, de quo ex Scriptura constat habuisse filios: Daniel ideò semper cælebs ex quorundam opinione, quia Eunuchus ex violentia Regis Babylonij, vt scripsere nonnulli à Gaspere Sanctio allegati in prolegomenis huius prophete: De Abele Salius anno mundi 80. dubitat, an fuerit vxoratus. Opponi posset Chrysoftomum homil. 4. in Marcum, quæ in nonnullis editionibus est homil. 4. in Vigil. Epiphaniæ, docere nonnullos veteris testamenti casti-



castitatem vouisse. Respondetur primò, Chrysoſtomum homil. 9. vel 10. de pœnit. eſſe pro communi ſententia. Secundò ex Bellarm. de ſcriptõibus Eccleſ. eas homilias in Marcum non eſſe Chryſoſtomi, ſed ſimplicis cuiuſdam monachi; ſi eadem clauſulæ ſunt in imperfecto Matthæi, nil obſtant, quia opus non eſt Chryſoſtomi, ſed hominis Arriani, aut ſaltem valde eĩ deprauatum. Tandem de voto caſticitatis cõiu-  
 galis, aut vidualis commodè exponitur. Obijci deinde poſſet. S. Damascen. 4. de Fide, cap. 24 & 26. dicens fuiſſe *in lege magnum caſticitatis votum*. Respondetur eum duntaxat de coniugali, aut viduali caſtitate locutum, quam Iudith. cap. 16. dicitur amariſſe: aliam cum virginitate perpetua coniunctam caſtitem vouere non licebat, vt ex Scripturis, Patribus, & ſcholasticis innotuit, & ipſe Damascen. orat. 2. de Aſſumpt. ſolam Virginem appellat, quia illa virginitatis inu-  
 ntrix. Hinc ſit Nazareos perpetuos in lege veteri potuiſſe votum caſticitatis coniugalis, aut vidualis perpetuæ nuncupare; cum indubitatum ſit Sanſonem, & Samuelem fuiſſe perpetuos Nazareos, conſtat nihilominus fuiſſe vxoratos; quo argumento vincitur nullum Nazareum obligatum fuiſſe voto virginitatis. Opponitur tertio Eſſenos coniugia reuſaſſe. Respondetur, ſi ſermo ſit de Eſſenis nonnullis ante ortum Chriſti rem eſſe certiffimam auctore Iosepho lib. 2. de bello, cap. 2. qui ideo ait reſpuiſſe coniugia, quod crederent nullam feminam vni viro fidem ſeruare: erant nihilominus non ſolum turpes, & impudici, verum etiam hæretici, vt docent Nilus in Aſcetico, & Philaſtrius hæref. 9. Bellarm. lib. 2. de Monachis, cap. 5. ſi ſermo ſit de Eſſenis noui teſtamenti, damus illos eſſe Chriſtianos, & virginitatem nuncupaſſe, vtpote religioſos, & fideles nouæ legis.

16. Hoc votum virginitatis Deiparæ exiſtentis in templo notum fuiſſe Sacerdotibus docuere Niſſenus de Chriſti natiuitate, & Epiphani hæref. 78. credentes quibuſdam narrationibus Iudæorum; quibus etiam fidentes ſubſcripſerunt Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 7. ſect. 3. Valquez 3. p. diſp. 124. cap. 6. Caniſ. lib. 2. Marialis cap. 11. Caſtro cap. 3. & 4. in hiſt. Deiparæ, Ribadenerera in vita Virginis; & alij, in quorũ ſenſum inclinat autor, qui ſub nomine Ioãnis Ieroſolymitani circumfertur, cap. 36. docens Eſſenos  
 adijſſe

adijſſe Ieroſolimam, vt de emiſſo virginitatis voto Maria congratularentur: verum cum theſis hæc hiſtorialis ſit, doctrinam nõ ſpectans, tantumdem habet ponderis prædictorum auctoritas, quanta fuerit veracitas, & grauitas eorum hiſtoricorum, quibus Niſſenus, & Epiphanius innituntur. Niſſenus ſolum rumorem, & arcanam credulitatem ſine auctore allegat: Epiphanius addit ſe præmiſſam narrationem ex Iudæorum traditione accepiſſe: at illa nonnulla fabuloſa continet, quæ idem retulit Epiphanius, ſcilicet ſanctum Iosephum fuiſſe bigamum, item octogenarium, cum Mariam duxit vxorem. Sunt propterea nonnulli, qui certum exiſtunt votum virginitatis Mariæ non innotuiſſe Sacerdotibus, atque adeò illam Iudæorum narrationem eſſe falſam: primo quia plerique Patres allegati à Salmerone tom. 3. tract. 29. Caſtro de hiſtoria Deiparæ, cap. 4. ſtatunt ideo ſuſceptum Mariæ matrimonium, vt ipſius fame, & pudicitie conſulere-  
 tur, ſed ſi admittatur illa narratio Iudæorum de manifeſtatione voti Deiparæ, de conſilio Sacerdotum, de traditione Virginis commiſſe Iosepho in cuſtodiam, & non in uſum coniugij, de ſpõſione, & quaſi fidei iuſſione Iosephi circa non violandam Deiparam, de comitijs coactis in Ieruſalem pro conſulendo Domino, de reſponſo, & diuino oraculo, peſſimè audiret intra annum, aut biennium Sanctiſſima Virgo quando partus eius accidit, & Chriſtus haberetur filius ſacrilegij, & plura alia abſurda conſequerentur, ea igitur hiſtoria credenda non eſt; Quod ſi dicatur omnes poſteram exiſtimariſſe. Mariam de Spiritu ſancto abſque confortio viri concepiſſe, reclamant Euangelicæ dicentes de Ieſu, vt putabatur filius Ioseph. Deinde Herodes cognito ſimili conceptu, & ortu manifeſtè cognoſceret, quis eſſet ille infans, qui perquirendus eſſet ad necem; Tertio ex ſententia Magiſtri in 4. diſt. 30. & Gratiani 29. q. 2. cap. ſufficiat, ſectantium Damascenum, & alios Patres, ea quæ gerebantur circa Dominicam Incarnationem erant nota pauciſſimis, imò ex ſingulari Dei prouidentia turbante, & obſcurate cognitionem Dæmonum, ipſis etiam hæc myſteria abſcondabantur. Quarto ſi illa Iudæorum narratio ſubſiſteret, imprudenter Maria in domum traduceret virum, ex cuius conuiuio ſaltem poſt partum & impudica, & ſacrilega videretur. Mitto promiſſionem illam de non conſummado ma-  
 tri-

rimonio traditione Iudeorum admissam ex D. Thomæ, & multorum Theologorum sententia, quam sequitur Salmerô tom. 3. tract. 29. esse contra veritatem matrimonij. Multò facilius est, data reuelatione secreta, aut arcano Dei imperio de inuendo contractu matrimonij Mariæ, & Iosephi, quâ admittunt plerique Patres, & Scholastici, totam hanc difficultatem componere; quàm ad Seleuci, & Iudeorum narrationes confugere.

17. Quod refertur à Nisseno, & Epiphan. supra, & ab auctore hitorix de ortu Deiparæ sub nomine Hieronymi, & à Georgio Cedreno, de coactis Mariæ consanguineis secum ferulas, aut virgas deferentibus in Hierusalem, vt illi desponsaretur Virgo sanctissima, cuius ferula, aut virga flores emitteret, ex credulitate præmissæ traditionis Iudeorû acceptum est. Pugnat autem cum manifesta luce scripturarum, quas secunda parte produximus, in quibus expressè de cernitur filias hæredes non habentes fratrem, debere nubere propinquiore viro habili in linea paternâ. Verisimilius est Ioachinum, & Annam, vt diuinis legibus satisfacerent filiâ tradidisse Iosepho in sponsam, ipsum verò diuina reuelatione admonitum fuisse, ne illam cognosceret, Mariam verò simili oraculo certiore factam esse de non temeranda virginitate: mysterium hoc summo silêtio absconditum est, donec instâte necessitate progressu temporis Iosepho, Elisabethæ, Zachariæ, Baptista, Simeoni, Annæ Phanelis, Mariæ parentibus, Magis, Pastoribus, & alijs paucissimis iustis, paulatim innotesceret. Erat quidem Virginis sanctitas, & morum integritas magnis nobilitata prodigijs, miraculis, & hominum plausu, atque adeò vniuersæ Palæstinæ conspicua, & vulgatissima: nihilominus Dominicæ Incarnationis sacramenta omnes ferè latebant.

18. Maria, quo tempore ab Archangelo salutata idè habitabat in Nazareth, quia illius proauis, vel atavis occasione bellorum, quæ à Machabæis in Iudæa geri cœperunt annis circiter centum septuaginta quatuor ante ortum Christi, quieti, & securati, & religioni consulentes in Galileam tunc à militari tumultu, & apostasia liberam, commigrarunt, vt docet Epiphanius hæres. 5. 1. intuebantur proauis, & atavis Deiparæ luctuosissimas clades Hierusalem, desertum Dei cultum, inuectos idololatricæ ritus, bellorum supplicia ex

quo cum culpâ certantia, immani feritate, atque barbarie sanctos Dei famulos à perditissimo Tyranno Antiocho de medio sublato: Horrebant ubique omnia à superstitione, sentia apparatus mortis: idè relicta Hierusalem, & Bethleem contenderunt in Galileam, vt Sepphori, vel Nazareth pacatam, & religiosam vitam traducerent: Quæ in libris Machabæorum referuntur vsque ad mortem Simonis Machabæi annis circiter centum, & triginta tribus ante natum Christum, satis euincunt non licuisse auis, proauis, vel atavis sanctissimæ Virginis in Hierusalem, aut Bethleem remigrare: Ioannes Hyrcanus in præfectura militiæ, & summo Sacerdotio successus est Simoni parenti supra annos triginta. Horum plures externorum bellis, Iudeorum odijs, & Hierosolymitanis obsidionibus insumpti: Postrema tempora Pontificatus Hyrcani in pace peracta sunt, ipse tamen parentum religione deserta apostasiam, aut hæresim Sadduceorum propagare curauit, idè progenitores Ioachimi ad annum usque cætesimum tertium ante ortum Christi, in quem mors Hyrcani incidit, quieti propriæ, & religioni seruandæ incumbentes tuto non potuerunt in Hierosolymam, & Bethleem remeare, maximè quia Phariseorum, & Sadduceorum intestinis discordijs periclitabantur omnia. Mortuo Hyrcano filius Aristobulus Pontificatum iniit, & simul diademata Regum tyrannice usurpauit. Is in vindictam scelerum primo tyrannidis, & Pontificatus anno fungitur vita. Proximè eius loco successus illius frater Ianeus Alexander anno centesimo primo ante partum Virginis: is annis viginti septem, id est vsque ad annum septuagesimum quartum ante ortum Christi Regnum, & Pontificatum suscepit, in quibus inauditam ab orbe condito sequitiam exercuit; quinquaginta mille Iudejs sexennio violenter occisis, & innumeris alijs cladibus in subditos sibi populos inuectis: Haud liliæ stationem deferere, vt in periculosissimam natae Provinciam Iudææ, id est in Hierusalem, & Bethleem pedem referret. Successit Imperio Iudaico Alexandra vxor Iannei, sibi nomen, potestatemque Reginæ tribuens. Hyrcano primogenito deferens Hebræorum Pontificatum, ambiuit eandem Sacerdotalem dignitatem supremam Aristobulus frater Hyrcani; Horum tumultus, & seditiones ad annum

sexagesimū secundum ante ortum Christi grassabantur, in quo sub Consulatu Marci Tullij Ciceronis Pompeius vniuersam Palestinam Romano Imperio subiugauit, & Hircanum in Pontificatu stabiluit, quem tenuit annis quadraginta quinque, idest vsque ad 29, ante ortum Christi; imminēbāt grauissima discrimina ex antiquis discordijs, ex inchoato Regno Herodis posteros David ad necem perquirentis; idcirco Ioachimus, & Anna incolæ Sepphōri, & Nazareth in Galilea paci, & religioni diuinæ consulentes, in patriam Betleem, & incolatum Hierusalem remigrare timuerunt, sic Deus attemperauit omnia, vt annis centum septuaginta cogèrentur progenitores Christi abesse à natali solo, vnde ipse Galilæus, & Nazareus haberetur. Singulæ narrationes sine auctoritatibus propositæ extractæ sunt ex libris Machabæorum, ex S. Epiphanio, ex Iosepho Iudæo, & ex cæteris Hebrææ, & Romanæ historiæ illorum temporum absque aliorum oppositione, & contrarietate. Singula persequitur, illustrat, & probat Salianus integro tomo sexto Annalium: Quod in libro vltimo epistolatum. S. Isidori Relusioræ legisse me memini Christum Dominum ciuē fuisse Romanum, nec tamen idē flagella, & Crucem per appellationē detrectasse, idē verum erit, quia Pōpeius omnes posteros David ciuitate Romana donauit, vt eos Imperio deuinctos teneret.

19. Anna mater sanctissimæ Virginis peracta adolescentia, & in prouecta iuuentute Deiparæ moritur: ea si Christo à mortuis surgente reuixit iterum sine dolore sui corporis exuias terræ, & Ecclesiæ restituit, quæ Romæ seruantur iuxta sanctam Brigittam 6. reuel. cap. 104. De corpore S. Ioachimi an cum Christo surrexerit non cōstat, nec de eius statu, aut loco vlla est notitia. Menologium Græcorum die 9. Septembris celebrat Synaxin sanctorum Ioachimi, & Annæ.

20. Thobiæ 13. in gratiam huius viri sanctissimi ex Dei beneficio quotquot filij, & cognati aderant, & adesse debent longo post tēpore Deo, & hominibus grati saltē vsque ad quartā generationem describuntur. Abundantius simile priuilegium donatum fuisse omnibus consanguineis infantis, & adolescentis Mariæ suadet pietas. Illustrat hanc thesin in simili de Christo Blessensis ep. 69.

**L**ibet hic circumstantias temporum, in quibus mysteria infantæ Virginis acciderunt explanare iuxta exactissimam normam computistarum, quàm ex Patribus, Doctoribus, & peritioribus Mathematicis extraxit Paulus Guldin Iesuita; licet enim hic de hac thesi pro mysterijs Virginie nihil dixerit, nos ipsius principijs insistentes hanc materiam speculabimur.

Anni cōpleti Vir- Feria, Luna, Mēsis Feria, Luna, & mē-  
ginis in partu, & Conceptionis in 8. sis in quæ incidit  
dubij pro ipsius Decembris die. Natiuitas.  
conceptu, & ortu.

25. A. —	Vener. Lun. 6. The.	- Sabbati 15. Elul.
24. G. —	Sabbat. 17. Chisleu	- Lunæ 26. Elul.
23. F. E. —	Lunæ 28. Chisleu.	- Martis 7. Tisri.
22. D. —	Martis 9. Thebet.	- Mercurij 18. Elul.
21. C. —	Mercurij 20. Chisl.	- Iouis 29. Elul.
20. B. —	Iouis 1. Thebet.	- Sabbati 10. Tisri.
16. A. G. —	Sabbat. 12. Thebet	- Dom. 21. Elul.
18. F. —	Dom. 23. Chisleu.	- Lun. 2. Tisri.
17. E. —	Lunæ 4. Thebet.	- Martis 13. Elul.
16. D. —	Martis 15. Chisleu	- Iouis 24. Elul.
15. C. B. —	Iouis 26. Chisleu.	- Veneris 5. Tisri.
14. A. —	Veneris 7. Thebet.	- Sabbat. 16. Elul.
13. G. —	Sabbat. 18. Chisleu	- Dom. 27. Elul.
12. F. —	Dom. 29. Chisleu.	- Martis 8. Tisri.
E. D. —		

**Q**uoniam oblatio Virginis post Annæ partum octogesima luce, idest Nouembris vigesima sexta die: & presentatio ipsius tertio ætatis suæ anno inchoato peracta sunt, expedit circumstantias temporum ipsius per annos etiam dubios explorare.

Anni ante ortum  
Christi dubij pro  
ortu Virginis.

22.  
Obitatio Virg. Præsentatio 21.  
80. die ortus, facta Nouemb. quibus  
26. Nou. quibus Lunis Chisten.  
Lunis Chisten.

25. A.		
24. G.	4. Lunæ.	
23. F. E.	Mercurij 15.	
22. D.	Iouis 26.	Sabbati 22.
21. C.	Veneris 7.	Domin. 2.
20. B.	Sabbat. 18.	Lunæ 13.
19. A. G.	Lunæ 29.	Mercurij 24.
18. F.	Martis 10.	Iouis 5.
17. E.	Mercurij 21.	Veneris 16.
16. D.	Iouis 2.	Sabbati 27.
15. C. B.	Sabbat. 13.	Lunæ 8.
14. A.	Domin. 24.	Martis 19.
13. G.	Lunæ 5.	Mercurij 30.
12. F.	Mart. 16.	Iouis 11.
E. D.	Iouis 27.	Sabbati 22.

Partus Virginis incidit in vigesimam quintam Decembris diem sub litera B. Dominica die, Luna 23. Mensis Thebet.

Circumcisio Christi sub litera Domin. A. Luna 30. Thebet.

Epiphania Domini die Veneris, Luna 5. Mensis Sebat.  
Purificatio Virginis die Iouis, Luna 2. Mensis Adar.

Tandem ut præcipua mysteria Virginis quoad temporum circumstantias explicentur exponendum est de annis dubijs mortis, & Assumptionis ipsius, & de annis per aliquam probabilitatem certantibus.

Anni dubij Assumptionis  
Deiparæ post ortum Christi.  
Feria & Luna mensium Abr. & Elul. vnquam incidit, dies 15. Aug.

43. F.	Iouis	12.
44. E. D.	Sabbati	23.
45. C.	Dominicæ	4.
46. B.	Lunæ	15.
47. A.	Martis	26.
48. G. F.	Iouis	7.
49. E.	Veneris	18.
50. D.	Sabbati	29.
51. C.	Dominicæ	10.
52. B. A.	Martis	20.
53. G.	Mercurij	3.
54. F.	Iouis	14.
55. E.	Veneris	25.
56. D. C.	Dominicæ	6.
57. B.	Lunæ	17.
58. A.	Martis	28.
59. G.	Mercurij	9.

Pro hætenus relatis expende quamquam ad difficiliora cõ-  
probanda plures à nobis Doctores produci potuissent, so-  
lùm nonnullos allegatos. Sic pro dictis numero 3. huius  
tertię partis, Mendoza in Viridario lib. 2. problem. 10. re-  
fert quosdãm sensisse visionem beatificam mortalis Deipa-  
rę fuisse perennem; quibus non assentimur. Ipse concludit  
probabile, id esse de instanti conceptionis; quod etiam do-  
cuit Turrianus in selectis Centur. 1. dub. 45. Pro dictis nu-  
2. de scientia indita Virgini à prima formatione, quæ non  
penderet à sensibus facit Aug. 10. de Trinitate, à cap. 3. vs-  
que ad 12. & lib. 9. cap. 3. docēs nostrum intellectum in hac  
vita posse intelligere sine vlla sensus operatione: idē ait Ri-  
cardus de S. Victore lib. 1. de arca mystica, cap. 6. & lib. 3.  
cap. 9. Henricus de Gandavo quodlib. 9. q. 15. probat esse  
in nobis interdum aliquod intelligere abditum, quod non  
pendeat à phantasmate. Pro numero 6. confirmatur illatio  
de Maria sine dolore mortua, & propassionibus ex doctri-  
na Aristotelis, & Platonis dicentium mortem naturalem  
non solum sine dolore, sed etiam cum voluptate posse con-  
tingere, quos sectatur Mendoza in Viridario lib. 4. probl.  
10. Pro num. 11. de non communi cibo quo Maria aleba-  
tur in Templo sunt innumeri plurium seculorum Doctores  
cum Bonau. in lib. meditat. vitę Christi, cap. 3. Suarez tom.  
2. in 3 p. disp. 7. & alijs. Certe tum D. Paulo Eremitę, tum  
Iudęis omnibus per plures annos cœlestis cibus ministra-  
tus est, haud mirum, quod Beatę Virgini simile priuilegiũ  
fuerit concessum, quamdiu erat in Templo, vt magis expe-  
dita Deo, & contemplationi vacaret. Quod artificiosè An-  
gelus fecit panem pro Helia, cui naturale esset, vt quadra-  
ginta diebus, & noctibus ieiunus Propheta incederet ex vi-  
uius sumptionis ostendit quid alimenta Angelorum manu  
disposita pro Deipara in Templo præstare potuissent. Ni-  
hilominus pro asertis quæ plurium approbationi, & pace re-  
cipiantur, nolimus innumera congerere testimonia.

24. Quod interdum Euangelistę res sine ordine cõ-  
muni, historicorum, aut Rhetorum, aut Scholasticorum nar-  
rent, & veluti in cumulum conijciant docuere graues Do-  
ctores apud Maldonatum in caput 7. Ioannis cum nõ rarò,  
nec ordinem dignitatis, nec ordinem historicum, nec ordinē  
oratoriũ per ascensum, aut descensum, aut æquabilem contex-  
turam

turam sequantur: sed floribus vernantem campium spectan-  
dum præbeant, in quo nullus sit alius ordo, quàm vicinix,  
aut distancix Profectò in referendis nonnullis Christi ser-  
monibus, & sententijs ordinē nullum, ex prædictis fuisse ser-  
uarum plerique existimant esse verisimile cum idem omni-  
no sermo diuerso contextu, & ordine à tribus Euangelistis  
interdum conscribatur. Pro inde aliquis saltem eorum, nec  
ordinem temporis, nec ordinem naturę, nec ordinem doctri-  
næ Philosophorum, & Scholasticorum tenuit. Et sanè ita se-  
pe expedit, vt nullam queramus coherētiam, vbi nulla est.  
Omnes Christi prædicationes gemmę sunt, & grana, in cu-  
mulo granorum, gemmarum, & thesaurorum, magnum quid  
est, pretioque dignum, vt congeffus sit aliquando, vllòque  
sine ordine dispositus; summa varietas Euangelistarum in-  
scribenda eadem sententia, & in anticipationibus narratio-  
num & in referendis, aut prætermittendis factis, & verbis  
saluatoris huic existimationi suffragantur. Cum plurima  
Christi dogmata nullam specialem colligantiam habeant, vt  
ea quæ in libro Ecclesiastici, & alijs sepius recitantur, ne-  
cessè est, vt nullus ibidem ordo reperiat, præter eum qui  
dicitur vicinitas, aut distantiã, aut alius soli Dei sapientię  
cognitus. Sic stellarum fixarum multitudo nullum exhibet  
ordinem artificiosum qualem in viridariorum arceis adnota-  
mus cum laberynthis ex arbutis, aut myrto, aut buxo com-  
pactis, aut cum meandris flexuosis, emblematis, coronis, &  
armis scutarijs. Sed in illo immenso spacio certum ac inua-  
riatum astrorum ordinem artificiosum, aut naturalem nobis  
conspicuum non cognoscimus. Verum sicuti in sparsis pas-  
sim granis in pauimento vnusquisque imaginatione propria  
figurarum aliquatum ductibus ea circumscribere potest, vt  
vnum ab alio distinguatur, sic etiam sapientes Gręci stella-  
rum illarum sparsam multitudinem intra figuras illas sur-  
gentis proprias inclusit, vt sub Herculis, Engonati, Bootis,  
Persei, Andromedę, Cephei, Ganimedis, Casiopeię, & re-  
liquarum ductibus, & membrorum, aut armorum partibus  
comprehensę, singulę distinguerentur. Quod si aliqua stelle  
videatur figuram aliquam naturalem, aut geometricam ex-  
primere, vt triangularem, rhombeideam, circularem, in mo-  
dum coronarum & clypeorum, lineasque præferre rectas,  
& flexas quis non etiam in granorum cumulis, & sparsis hu-  
mi

mi fortuito granis si velit, aduertat. Astra igitur aliquam habent artificialem figuram, aut Ellipsoos in umbone Bootis, aut circuli in corona Septentrionali circa iptum Bootem, aut trianguli in ipsa constellatione quæ ideo triangulus appellatur, aut rectæ lineæ in balteo Orionis, aut sagittæ Septentrionalis, aut Rhombi in Delphino, aut caudæ Scorpionis ob recu uam seriem stellarum spondilos ipsius caudæ representantium; aut fluuij tortuosi, ob innumeras sinuoso in spacio cœlesti sparsas stellas; aut serpētis, & Hydriz ob aliàs stellarum eiusmodi series sinuosos serpētis, & flexus exhibentes, aut crucis deniquè ob recēs uisas circa Polum Australem crucis instar stellas. Verum si inuicem constellationes, aut stellæ conferantur, nullum habent ordinem humanis oculis conspicuum, qui hortis vel rebus artificiosis solet inesse, aut qui plantas, & bruta in membrorum situ comitatur, sunt quasi grana fortuito iuxta nostram intelligentiam uisumque dispersa, quamquam non propterea aliquid respectu Dei fortuitum nominatur. Adest cetæa uicinitas, aut distantia stellarum, & constellationum, quæ ea tantum ratione dicitur ordo, quæ dispositio granorum in cumulo, uirgarum in fasce, lapidum in monte, florum in fasciculo; & sic intelligendæ sunt locutiones similes, quæ non ideo admittunt inordinatum aliquid respectu Creatoris. Similiter cum de Historicis Virg. aut Scriptoribus de illius prerogatiuis quid simile dicimus, non ideo quidpiam dictum esse credendum est contra ordinatissimam prouidentiam creatoris.

*PARS QUARTA, DE PERTINENTIBUS ad corpora Deiparæ, & Iesû, & eorum, quæ forent in statu innocentie.*

**P**RO ijs, quæ hæc pars quarta referet, considera dictum illud magni Alexandri Aſensis, parte 2. q. 95. memb. 2. & 3. ubi cum docuisset plura extraordinaria de corporibus Paradyſi, addit; *Quia sumus in statu caliginis, & perfectionem illam corporum assueti miserijs non penetramus, difficulter hæc mente concipimus.* Nos autem proponemus, quæ arduas theses possint explanare. Quoniam uerò qui minùs exercitati sunt in libris Patrum, & Scholasticorum, arbitrari possent, nonnullas ex ijs materijs tractandas non esse; expende licentiam esse durè plectendam, quæ contemnit, & irridet inuiriore ad speciem quæstiones grauium Scholasticorum, quales sunt illæ apud diu Thomam, in 3. dist. 12. q. 3. Alberti ibidem, & plurium aliorum, quare Christus non assumpsit utrumque sexum, ut Her maphroditus, & quare non assumpsit sexum scœmoneum, & sexcentæ aliæ similis coloris, quas Theologi edisserunt, præsertim in 2. dist. 17. 18. 19. 20. & in 4. dist. 44. Illæ autem, quæ à nobis in hac quarta parte proponuntur, omnes sunt magni momenti, cum singulæ necessariæ sint ad persuadendum in Christo, & Matre integram fuisse iustitiam originariam corporis, & animæ, quoad formales, & intrinsecos effectus; licèt extrinsecos de protectione Angelorum, & alimentis, & ambientibus non habuerint. Nequis autem horreat aliquas prerogatiuas corporum status innocentie, sciat alias, quæ non uersatis in libris Patrum, & Scholasticorum maiorem horrorem incutere potuissent, tractari à magnis, pijsque Doctoribus, de Christo. Legatur S Damascenus in libro, Quomodo ad imaginem Dei facti sumus, ubi grauissimus, & modestissimus Pater non respuit de Christi partibus adeò distinctè agere, ut ad clunes etiam, & alia similia membra in particulari descenderit. Nos autem ea solùm proponimus, quæ ualde necessaria sunt ad prædictam originariam iustitiam commendandam, & quæ à grauissimis Doctoribus inferiùs producendis tractatæ sunt.

1. *De corporibus Christi, & Matris multò sublimius, quàm de alijs post lapsum, Concilia, Patres, & Scholastici loquuntur.*

Post damnatas hæreses Arrij, & Macedonij, in Concilio Niceno, & Constantinopolitano, anno 431. congregatur Synodus Ephesina. Nestorius, vt Deum hominè denegaret, sordes, & superflua purgamenta corporum exaggerabat: constat ex editione Concilij Ephesini, anno 1618. opera Binij, pag. 215. in relatione Synodi, & pag. 401. ex Cyrillo ad Theodosium: Omnem dedecoris notam adimit visceribus Mariæ Proclus ibidem pag. 67. Pag. 195. legitur, & probatur in Synodo illud Theophili: *In vili, abiectoque luto artis suæ magnitudinem declarauit.* Similia habentur pag. 377. Theodorus in sermone synodali approbato a Synodo, & Cyrillo, pag. 388. negat indecentias in corpore Christi, & Matris. Idem in alio sermone synodali de Natali Iesu: *Adsciuit sibi tanquam suæ quædam inferiora, non omnia, ea scilicet, quæ consequuntur peccatum.* Ibidem: *Non illum spectes, postquam offendit, sed illam diuinæ imaginis nobilitatem ante legis transgressionem æstimes velim.* Ibidem: *In quibusdam seruilibus cum seruo communicat, non in omnibus, scilicet in sordibus consequentibus peccatum, quas amplificabat Nestorius.* Sic pro corpore Deiparæ multi cum Suar. tom. 2. disp. 3. sect. 5.

Anno 451. Concilium Chalced. pag. 11. iuxta editionem Binij, ait: *In Christo sensus corporei vigeant sine lege peccati.* Pag. 162. in exemplari expositionis facti Symboli præponitur natura humana Christi, etiam in peccationibus corporeis Adamo ante peccatum. Pag. 162. in epist. synodica Leonis: *Natus est Deus totus in suis, totus in nostris. Nostra autè d. cimus, quæ in nobis ab initio creator condidit, & quæ reparanda suscepit: nam illa, quæ deceptor intulit, & homo deceptus admisit, nullum habuere in Salvatore vestigiū.* Pag. 316. *In seipso nostræ naturæ probauit primitias.* Aita lectio: *Naturæ ostendit initia.* Similia habentur pag. 382. Similia sunt in Leontio act. 10. Abucara infra, & alijs

Anno 680. & 681. sexta Synodus generalis, iuxta editionem Binij, pag. 119. 123. 184. 219. solum admittit in corpore Christi mortalis passiones irreprehensibiles, & non dimanantes à contagio primæui delicti. Eadem habentur pag.

97. ex Cyrillo, vbi dumtaxat secundum quod Deum decedebant, passiones in Christi corpore conceduntur. Pag. 144. dicitur, naturam humanam à Christo assumptam, qualis fuerat Adamo ante peccatum: & additur, nullum contagium vitiatæ naturæ expertum. Iesum in corpore, scilicet quoad intrinsecam constitutionem.

Anno 692. ducenti, & viginti septem Episcopi in Trullana Synodo, can. 79. negant secundinas in partu Virginis, & prohibent eorum festum, quia id non est honor Deiparæ. Si membræ illæ aliquandiu fuisset, non vetaretur solemnitas festiua pro ipsis, cum Ecclesia Græca, die 12. Aprilis, & 31. Augusti, & 26. Decembris, pro zona Deiparæ; die autem 2. Iulij, pro vettimentis ipsius solemnes festiuitates instituerit. De secundina pro sudore, & de alia pro vrina scholastici Doctores credunt non futuras in Paradyso, quia ab eo statura & sudor, & vrina abesse deberent.

Quo tempore grassabantur initio Ecclesiæ hæreticorum earores, veram carnem Christo denegantes, & solam phantasticam concedentes, graues quidam, antiquique Scriptores, non ex proprio sensu, sed per condescendentiam, & excessum, & quasi ex abundantia, admittebant in corporibus Iesu, & Mariæ nonnulla, quæ post extirpatas illas hæreses nullatenus posteriores Patres, & Doctores cõcesserunt, imò constanter repudiarunt. Sic Tertullianus lib. de carne Christi, c. 4. foeda coagula ex simili cœno alita per nouem menses Iesu derulit, & sanctissimæ Virgini vterum insolescentè, grauem, anxium, & sordidum. Lib. 3. aduersus Marcionem, c. 11. immunda, & pudenda tormenta, & puerperij spurcos, anxios, & ludicros exitus in Mariæ partu non negat, & eius vterum cloacam nominat: & lib. 4. c. 2. latius hæc persequitur. Hæc alij Ecclesiastici Doctores, aut integrè, aut ex parte tradiderunt; qui allegantur à Toletio in 2. Lucæ, & ab alijs expositoribus. Verùm non tam ex proprio sensu loquebantur, quàm per conuiuentiam, ne ex ijs negatis tenaciùs in suo errore persisterent hæretici, adstruentes phantasticum fuisse corpus Iesu, & Mariæ. Posteriores Patres conuiuentiam, & condescendentiam priorum cum Tertulliano meritò repudiarunt: quæ per condescendentiam dicuntur, non sunt alleganda in testimonijs, vt probat D. Antonius Saura, capite primo de examine doctrinarum.

Ab anno 431. Concilium Ephesinum cœpit de dignitate, & excellentia corporum Iesu, & Mariæ illustrius pertrahere. Sunt ibi sermones Theodoti ab vniuersa Synodo, & Cyrillo commendati, in quibus Christi corpori maior tribuitur perfectio, & nobilitas, quàm Adæ ante peccatum. Passim in eo Concilio graues commendationes habentur, pro corporibus Iesu, & Mariæ. Similia occurrunt in Concilio Chalcedonensi, præcipuè in epistola synodica Leonis, pag. 162. iuxta editionem Binij, vbi Christi corpus describitur, quale fuit Adæ ante peccatum. Verba Leonis sua fecit Paulinus Aquileiensis, lib. 6. contra Felicem. Sic alia Concilia, & Patres cum sexta Synodo; & qui nascenti Iesu denegant secundinas, cum 227. Episcopis Trullanæ Synodi; & nominatim Damascenus orat. 1. de dormitione Virginis, ijs verbis. *Totum illum primum Adamum à peccato purum, ac liberum, ob viscera misericordiæ tuæ Domine suscepisti, corpus videlicet, animam, mentem.* Propterea sunt non pauci, qui tribuant corpori mortali Christi, & Deiparæ, quæ Scholastici plures in 2. dist. 19. & 20. deferunt corporibus ante peccatum, ex vi constitutionis intrinsecæ.

Sanctus Basilius apud Leontium Byzantinum, lib. contra Nestorium, & Eutichetem, tom. 4. Biblioth. Paris. Græcolatinæ, anno 1624. col. 1000. hæc dicit. *Suscepit Dominus famem, solido cibo exhalato.* Ex ijs contendunt nonnulli, ipsum sentire solidam cibum, & conuertibilem, quia valde terrens, etiam si ab alijs hominibus foetidè emittatur in pœnam peccati originarij, à corpore Iesu exhalatum insensibiliter, recento proficuo nutrimento, & idoneo ad conuersionem in substantiam aliti, quemadmodum de corporibus humanis ante peccatum philosophantur plures cum D. Thoma, in 3. Genes. Fane alia verba eiusdem Basilij alio in loco, quæ ab eodem Leontio supra allegantur. *Dominus naturales quidem passiones suscepit ad confirmationem veræ incarnationis, & non falsè apparentis; passiones verò vitiosas quæcumque, quod purum est vitæ nostræ inquinant, tanquam pura diuinitate indignas reiecit.*

S. Gregorius Nazianzenus allegatus à Moyse Barcephas tom. 1. Biblioth. Paris. Græcolat. anni 1624. col. 83 ait post peccatum nos contactos esse carne crassiori, & ignauiori. Ideò sunt, qui dicant, aliter in non paucis philosophandum

de

de corporibus Mariæ, & Iesu, formatis cum sublimioribus perfectionibus intrinsecis, quàm Adam ante peccatum. Aib. in 3. dist. 16. art. 3. ait valde esse absurdum credere corpus Iesu non superasse in perfectione naturali ea, quæ forent in statu innocentie. Eadem scribit Sorius serm. 3. de Purificat. & 1. de Concept. vbi addit. *Christi corpori corpus Virginis non dubium præ cunctis corporibus conformari.* Idem Moyses Barcephas lib. 1. cap. 28. col. 51. ait *Condidit Deus Adam corpore leui, atque expedito, non autem graui, quale demum euasit post violatam legem.* Propterea idem Nazianzenus orat. 49. & Nicetas in commentarijs nihil spurcum admittant in Iesu nascente, & commorante in vtero. Addit Nazianzenus vniuersalem rationem. *Nihil spurcum, vbi Deus est.*

Theodorus Abucara iuxta edit. Paris. 1624. col. 397. declarat aerem circumstantem corpus Iesu, ad nutum ipsius deseruisse, vt famem inferret, vel non inferret. Simile est, quod ex cœlesti oraculo accepit sancta Getrudes, à conceptu Mariæ Angelos in obsequium ipsius aerem circumstantem continuo subtilissimum, & saluberrimum reddidisse. Et fauet Salmeron tom. 9. tract. 71. dicens piè credi, Angelos in formando corpore Christi, & Mariæ, ministerium suum quod poterant exhibuisse. Sic Maior in 2. distinctione 19. *Aerem habuit Paradysus amœnissimum, & per consequens non Adæ corruptiuum.* Potuit pro Angelorum benecio à Getrude memorato lib. 4. cap. 53. & Mariæ, & Iesu conuenire. Ex ijs nonnulli contendunt, superfluum fœcale ex alimento, & potu insensibiliter extrahi potuisse, adiuante perfectissima virtute expultrice. Idem Abucara col. 401. cum ea limitatione ait Iesum vsus naturalibus, *vt decebat Deum, & legem, & vt mensura humanitatis postulabat.* Certè post indignationè Domini multò deteriora facta corpora Adami, & Euz iudicant nonnulli.

Leontius de sectis, tom. 1. Biblioth. Paris. Græcolat. act. 10. col. 529. ait. *Beatus Cyrillus dixit, per immisionem ciborum, & excretionem conseruabat substantiam corpus Iesu.* Quæ verba de excretionem ciborum, quæ in Paralyso contingeret, iuxta scholasticorum grauium opinionem, componunt nonnulli.

S. Ildesonus tom. 9. Biblioth. Paris. an. 1624. col. 124.

air



air legem, sub qua nunc mulieres pariunt, non esse legem naturæ, sed maledictionis, & culpæ. Col. 125. 126. aliqua defert Mariæ corpori supra leges futuras in statu innocentie. Ibidem superstitionem, & superfluitatem tractationem nominat eam, quæ colluuiem sanguinis, & secundas spurcitas parturienti Virgineo defert. Col. 130. decebat, inquit, ut Saluator in ortu humanæ carnis inquinamenta nesciret: quam doctrinam nonnulli ad reliquum vitæ tempus extenderunt. Col. 131. ex S. Petro Rabenate: *Stulte, unde sordes in Virgine?* Col. 133. *Stulti disputatores non adscribant vile aliquod, aut foetidum in Maria.* Col. 138. 139. à sordibus corporis Mariam liberat. Col. 140. statuit id saltem concedendum Iesu nascenti, & parienti Virgini, quod contingeret, si Adam non peccasset: & hanc doctrinam plures ampliant ad reliquas perfectiones intrinsecas, & effectus consequentes ex ipsis ante primæuū peccatum. Col. 142. negat secundarum spurcitas, & sanguinis fluxum in Maria. Col. 178. Mariam ait non esse ortam sicut alia femina, sed mundo corde, & corpore.

Cellensis de panibus, cap. 21. *Oportuit Mariam non visissemate, nec more consuetudinario fabricari.* In alijs Patribus occurrunt passim testimonia similia prædictis.

Ex antiquis Scholasticis omnium cœtum, & ordinum, plures similiter scripserunt.

Albertus in 3. distinct. 16. docet complexionem Christi nobiliorem, quam Adæ ante peccatum, & viuaciores etiam eiusdem Domini sensus: dixerat autem in 2. dist. 20. & tract. 13. summæ Theolog. q. 78. deneganda esse incolis Paradysi menstrua, sudores, & fœtida excrementa ex potu, & cibo. Idem in parua Physica ait Christum habuisse corpus quintæ mixtionis, quale non habuit alius homo.

Alexander Alensis 3. p. summæ Theologicæ, q. 23. mēb. 2. dat quintam essentiam corporis, pro constitutione viuentium, ut concilientur contrariæ qualitates: & quia anima rationalis est perfectior, ait, pro dispositione corporis, in quod est inducenda, necesse esse, ut lux cœli empyrei per influentiam infusam subintraret corpus humanum, ad susceptionem prædictæ animæ. Addit, non aliter appellari potuisse minorem mundum, nisi aliquid de cœlo empyreo influeret. Huius opinionis meminit S. Bon. in 2. dist. 17. nec eam nota aliqua afficit: & S. Thomas in opusculo ad Ioannem de Verbo, cellis, <sup>1</sup>super

super quadraginta duos articulos, in responsione ad artic. 35. ait esse falsum, non tamen censura dignum asserere, aliquid de substantia cœli intrare compositionem corporis viui; cum ij Doctores, adhuc in hoc genere, singulare aliquid de Christi, & Mariæ corpore profiteantur, singulares aliquas prerogatiuas illis deferunt. S. Bon. in 3. dist. 12. Ita, inquit, pura fuit caro Christi, sicut si de cœlesti substantia sumpta fuisset.

Nonnulli Theologi, quos refert Vasq. 3. p. disp. 57. c. 2. arbitrantur humanitatem existentem in Verbo non eodem pacto operari, ac si in proprio supposito permaneret, sed habere modos quosdam physicos, ratione quorum omnes operationes Christi, etiam nutritiæ, & sensitiuæ, supernaturales sunt. Sic ex antiquis Ricard. in 3. dist. 14. art. 1. & alij.

Ex Ieiuitis plurimi similiter scripserunt. Salmeron tomo 5. de mirac. tract. 11. ait eos tantum corporeos defectus assumpsisse Iesum, qui speciem humanam conlequerentur, etiam antequam laboretur homo: ex quibus manifestè inferitur ipsum sentire, saltem esse probabilissimū pro Iesu, quod Scholastici docent de statu innocentie, non in eo futura fœtida excrementa, rheumata, aut immunditiam aliquam ex ijs, quæ naturæ lapæ ratione peccati obueniunt. Idcirco tomo 7. tract. 6. ait nihil fuisse in conceptione Iesu vitiosum, sed totum purum, & illibatum, & sacrosanctum, ut merito cœlestis dici possit Tomo 9. disp. 21. ex Cyrillo ait, singulare aliquid habuisse carnem Christi, ut esset viuifica, & cooperatrix miraculorū Dei. Tomo 11. tract. 37. probat Mariam non habuisse pœnas peccati originarij consequentes intrinsecam constitutionem corporum, ut incinerationem, quod etiam de alijs similibus pœnis morborum menstruorum, & similitū ex vi principij vniuersalis tenetur fateri. Tomo 13. id est, primo in epistolas, disp. 50. suffragatur eidem opinioni, dicens Mariam fuisse exemptam ab omnibus pœnis peccati originarij: at ex communiori Scholasticorum, Patrumque sententia, pœnæ sunt prædictæ culpæ excrementa fœtida, menstrua, & alia seruitutes.

Canisius lib. 1. c. 8. ait ex Cusano, Mariam multò magis quam Euam in iustitia originaria fuisse conditā, sicut Christus magis quam Adam: vnde tenetur asserere, saltē esse probabilissimum, Mariæ, & Christi corporibus ea tribuere, quæ in-

intrinsicâ constitutione Paradysi incolis concederentur. Lib. 4. cap. 6. Plenitudo gratiæ Virginis ex anima in corpus, sicut in nullo alio redundauit, & in ipsius carne mirabilia fecit. Lib. 4. cap. 19. Maria habuit imbecillitates naturæ, quas Christus, non alias, quæ aut peccatum sunt, aut pœna peccati. L. b. 5. cap. 27. ex S. Antonino multas, & excellentes prærogatiuas nulli mortalium communicatas habuit Maria Virgo.

Toletus in 1. Luc. annotat. 74. aufert à Deipara omnem turbationem, omnem passionem, omnem affectum consequentem peccatum originarium. Cap. 2. annotatione 35. Maria non habuit fluxum sanguinis menstrui; & quod hoc genus sanguinis sit effectus peccati originarij. Cap. 8. annotatione 96. Quod Christi caro habuit virtutem sanandi, quam multæ herbæ, & lapides, cæteræque res naturales, non tamen ad modum rerum naturalium necessario, sed pro voluntate ipsius: & hanc virtutem cognouisse Augustinum, & Hilarium. Annotatione 43. Fames, sitis, somnus, lassitudo non eodem modo erant in Christo, quosunt in nobis; erant enim in eo voluntariæ, & quantum, quando, quomodo volebat, sic eas assumebat.

Suarus tom. 1. de Incarnat. disput. 15. Definiunt Concilia, & Patres, Verbum assumpsisse nostrum corpus perfectum, quale creauit in Adam: ex quo tenetur asserere, saltem esse probabilissimum Christo deferre, quæ Scholastici asserunt circa munditiam, & prærogatiuas corporum naturæ integræ. Disputat. 32. sect. 2. Assumpsit Christus corpus humanum perfectum, & bene dispositum, iuxta conditionem, & statum ex natura rei debitum tali corpori, & non assumpsit defectus huic dispositioni, & perfectioni repugnantes. Disputat. 34. sect. 1. Christus vtriusque status innocentæ, & gloriæ perfectionem assumpsit, excepta corporis impassibilitate. Tomo 2. disputat. 2. sect. 2. Corpus sanctissimæ Virginis in sua specie, & sexu est maximè perfectum: ita docent omnes Patres, & non potest sine temeritate negari. Ex hoc principio Suarij nonnulli inferunt temerarium esse mala nota afficere eos, qui tribuunt corporibus Christi, & matri, quæ in statu innocentæ, ratione cõstitutionis intrinsicæ habere tur. Ibidè ait decessisse Christum, & Virginem esse corporis perfectione simillimos. Disput. 3. sect. 5. Christus dispen-

dispensauit cum matre in varijs legibus vniuersalibus; & in ea non fuerunt effectus peccati originarij, qui indecentiam aliquam ex eo contractam sortiuntur, vt incineratio. Alij addunt, maiorem indecentiam continere fœtida excrementa, menstrua, & similes alias seruitutes à primæuo peccato dimanantes. Disp. 4. sect. 6. Maria habuit donum originariæ iustitiæ, quoad præcipuos, & quasi formales eius effectus: refert Carthusianum, Canisium, Cosanum, & alios sic opinantes. Disp. 9. sect. 3. Maria non fuit inuoluntaria aliqua affectione commota. Disp. 13. sect. 2. refert opinionem dicentium Christi conceptionem absque vllis secundinis factam; id, ait, sine miraculo non foret. Verùm alij sine miraculo, supposita perfectione corporis Christi id concedunt. Disp. 18. sect. 2. Quidquid perfectionis gratiæ in statu innocentæ communicatum est Adamo, non est denegandû Virgini. Sect. 6. Mariam eximit ab omnibus defectibus corporis peccatum originale consequentibus. Tomo de opere sex dierû, lib. 3. c. 3: aut equalitas, aut excessus perfectionis corporis Christi supra corpus Adami in statu innocentæ debet concedi. Cap. 20. refert Valentiam dicentem, gratiam in statu innocentæ altiori modo datam, & eleuatam fuisse, vt omnes effectus extraordinarios etiam corporeos per eam Deus tribueret, atque in insinuare de Iesu. Cùm plenitudo virginæ gratiæ multò fuerit superior, ex illa varij, & extraordinarij effectus Mariæ corpori à nonnullis tribuuntur.

Vasquez tomo 2. in 3. p. disp. 117. cap. 7. Quidquid dignitatis, & honoris tribuere possumus B. Virgini, minimè pugnans cum sacra Scriptura, cum dignitate Filij, aut cum Ecclesiæ traditione, absque dubio ei tribuere debemus. Ibidem, ex sententia omnium, præseruata fuit ab effectibus peccati originalis, quales sunt fomes, dolor partus, incineratio, &c. Disp. 119. cap. 2. refert Theologos dicentes beatam Virginem in prima iustificatione originalem iustitiam accepisse. Disp. 121. cap. 4. & 5. sequitur doctrinam Hedefonsi allegatam, de munditie partus virginæ, & quod nullis fuerit coinquinata fordibus, & nullis vexata Eux cruciatibus. Inde inferunt alij, si indecens esset Iosepho tantùm videre esse immunditiam in partu, similiter dicendum esset nullam fuisse internam immunditiam integris nouem mensibus gestationis.

Azor 1. p. inst. lib. 3. c. 34 ait ex vi originariæ iustitiæ non sentiretur malus odor. Lib. 4. c. 32. effectus peccati originarij sunt animales passiones, quæ rationem præcurrunt.

Ioannes Maldonat. in 2. Luc. Fascijs obuoluit Iesum mater, vt inuolui solent teneri adhuc infantes, vt membra constringantur, atque firmentur, aliquando enormiter fluxura, si dissoluta essent; non erat ea diligentia in corpore Christi necessaria, sed erat debita.

Iacobus Granados disp. 2. de Concept. cap. 4. ait Christum in vita mortali quoad præcipuos effectus habuisse iustitiam originariam. Disp. 3. cap. 26. idem adstruit de B. Virgine. Comment. in 3. p. tract. 10. disp. 1. Vnus, ait, est supremus gradus perfectionis in temperamentis, supra quem nulum aliud temperamentum est homini accommodatum, & id habuit Christus: Controuersia 2. tract. 1. disp. 3. Naturalis fuit ortus Deiparæ octaua Septembris die, licet octaua Decembris die habuerit animam rationalem. Comm. 10. §. 2. Quod Iesus in infantia miracula faceret occultè, quæ paucis, & ex speciali reuelatione, constarent, & allegat Suarium pro se.

Ferdinandus Salazar, tomo de Conceptione, cap. 25. num. 9. eximit Deiparam ab hereditaria labe, quod non habuerit illius effectus, scilicet sordes, fæces, menstrua, secundinas: idem latissimè persequitur cap. 27. & singulariter c. 28. vbi iterum sordes, menstrua, secundinas, & alias feruitutes peccati primitiui remouet à Maria, pluribus testimonijs hunc sensum firmans.

Has opiniones plurimi alij Iesuitæ Doctores probant, tuentur, & illustrant.

Iuxta præmissa maximè volunt ij Doctores expendi, quoties Concilia, Patres, & Scholastici docent Christum assumpsisse defectus humanæ naturæ, excepta ignorantia, & peccato, semper intelligi debere, etiam de effectibus ignorantia, & peccati, quales sunt vulnerata complexio, morbi, immunditiæ, prauæ dispositiones, & cætera additamenta, quæ post lapsum sectantur intrinsecam constitutionem nostræ naturæ vitiatæ; quæ autem in Paradyso non consequerentur statum illum, quoad intrinseca, & formalia, ea deneganda Christo, & Deiparæ: extrinseca verò, vt aeris inclemen-

mentiam, famem, dolorem ex illatis vulneribus, eadem ratione sustinuerunt Christus, & Deipara, qua Adamus, & Eua sustinerent; si cum solis prærogatiuis intrinsecis in hanc nostram regionem deuenirent; instructi originaria iustitia. Sic exponendus D. Thomas 3. p. q. 14. art. 4. in corp. dicens in Christo non fuisse defectus illos, qui consequuntur vitiatam virtutem formatiuam, quæ ex communi sententia inferiùs adducenda pro formatione omnium, & singulorum hominum, præter Christum, & Mariam, multa vitia continet.

Quod verò Scholastici non pauci docent, naturam humanam quoad naturalia vulneratam non fuisse; verum est, de essentialibus loquendò: in accidentalibus ferè omnibus fuisse vulneratam, quoad corpus, & animam, & singulas vtriusque facultates, & potentias, non est dubium. Pro ijs vulneribus à Christo amouendis, hæc Suarius tomo 1. in 3. p. disp. 32. sect. 2. *Regula, seu mensura harum passionum fuit æterna Dei sapientia, qua definitum est, quid in hoc genere expediret suscipere; non autem accepit defectus, qui vel indecentiam aliquam continent; vel communes non sunt toti naturæ.* Et disp. 34. sect. 1. *Christus vtriusque status, innocentia, & gloriæ perfectionem assumpsit, excepta corporis impassibilitate.*

2. *Præuuum peccatum non solum hominum, sed aliorum etiam mixtorum excellentias vulnerauit: corpus dumtaxat Christi, & Matris, quoad intrinseca, vulnus nullum accipiunt, ex quorundam sensu.*

Medicè, & philosophicè tuentur plures, quod plures Patres, & Doctores Theologicè scripserunt cum Basilio, Chrysostomo, & Aymone, apud Vincentium Burgundum, ex illustratissima familia Prædicatorum, lib. 28. speculi naturalis, cap. 80. & 85: ex præuuo delicto originario, non vnum dumtaxat corpus humanum, verum & mixta reliqua multiplicè læsionem, & corruptionem sustinuisse: simul cum hominis lapsu ipsa etiam in deteriorem statum deciderunt. Sic necesse fuit opinari Ricardum de Mediavilla, in 2. distinct. 19. problematicè docens, nullum animal moriturum, si Adam non peccasset, donec omnes electi transferrentur in cælum, omnia itaque inferiora corpora peccatū vulnerauit; vt propterea dicat Auenis p. 3. q. 1. memb. 1. si homo non peccasset, bruta sine dolore dissouerentur. Christi corpus exci-

piunt, quòd in sua constitutione intrinseca nihil pœnale cõ-  
traxit, sed ea solùm pertulit, quæ sunt de necessitate naturæ  
præstantissimæ conditæ in originali iustitia; at sine duobus  
extrinsecis adherentibus de alimento arboris vitæ, & conse-  
quentibus ipsam alimentum, & de gubernatione Angelorũ  
remouentium omnes causas inuehentes dolorem, & mole-  
stiam. Ex reliquis effectibus radicalibus, & intrinsecis iusti-  
tiæ originariæ nullus defuit (inquiunt) mortali corpori Iesu.  
Quòd si transferretur in Paradysum, verè sine vlla additione  
intrinsicca plenissimè fortiretur corpus Christi naturale om-  
nes, & singulos effectus eiusdem iustitiæ originariæ, nullo  
dempto. Quam mentem apud Ecclesiæ Patres peruagatam,  
& in Concilijs, & alijs Doctõribus numero præcedenti ex-  
pressam, medicè etiam sustinuit. Ambrosius in cap. 8. epist.  
ad Rom. *Expiata, ait, est Spiritu sancto caro Domini, ut in  
tali corpore nasceretur, quale fuit Adæ ante peccatum.* Et si-  
mul defendunt assertionem Magni Alberti in parua Physi-  
ca, aientis corpus Christi fuisse quintæ mixtionis, in eo sen-  
su, quem Abulensis in paradoxo seclatus est, dicens nulli a-  
lij homini conuenisse. Hanc communem Scholasticorum, &  
Patrum vocem ijs verbis scripsit Gerson, sermone de An-  
nuntiatione: *Corpus Christi conditum fuit cum perfectione  
status innocentie.* Albertus Magnus in 3. dist. 16. *Comple-  
xio Christi nobilior, quàm Adæ ante peccatum: & ibidem,  
Adami viuacior sensus fuit ante peccatum, quàm post, quàm  
vel nos habeamus, sed non quàm Christus.* Palacios in 2. di-  
stinct. 20. disp. 1. ait tactum, & alios sensus putiores in Para-  
dyso, quàm modò. In Christo, & Maria danda est constitutio  
corporum cum perfectionibus, & dotibus intrinsicis dig-  
nioribus, & robustioribus, quàm quæ fuere in prima planta-  
tione generis humani, vt docent Concilia, & Patres de Iesu,  
cum B. Thoma Patriarcha Hierosolymit. ad hæreticos Ar-  
menos, apud Theodorum Abucaram, tom. 1. Bibliot. Paris.  
anni 1624. col. 397. Eandem doctrinam Doctõres prædicti  
pro corpore Mariæ tuentur, dicentes illud in iustitia origi-  
naria fuisse conditum, cum omnibus, & singulis dotibus, &  
effectibus radicalibus intrinsicis, illis dumtaxat exceptis  
duobus extrinsecis, de alimento arboris vitæ, & protectione  
speciali Angelorum auertente omnia obiecta extrinseca mo-  
lesta, & dolorifera: quam veritatè pro Maria, ex grauissimis

Scrip-

Scriptoribus illustrissimæ familiæ Dominicæ, Francisca-  
næ, Carthusiensis, & Iesuiticæ relatis, & laudatis à Suario  
tom. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 9. Canis. lib. 1. de Deipara, c. 9. Cor-  
duba lib. 1. q. 46. Salazar tomo de Concept. cap. 25. 27. 28.  
& alijs supponentes, defendunt medicè pro eius virgineo  
corpore, quæcumque meliores Scholastici statuunt de omni-  
bus, & singulis priuilegijs corporeis futuris in statu innocen-  
tiæ, exceptis duobus illis extrinsecis nuper memoratis, &  
ijs, quæ ad illa sequuntur. Quæ ad hanc rem scribit Petrus  
Hispanus Dominicanus tract. de Concept. pro Maria sua esse  
volunt. *Honestior disputatio est, excellentiam aliquam sa-  
crate Virginis conceptioni supra primorum parentum crea-  
tionem concedere, quàm ipsam illis inferiorem appellare præ-  
sumere.* Doctrinam huius numeri plurimis testimonijs, & do-  
cumentis supra allegatis, & inferiùs allegandis confirmant;  
licet enim naturalia quoad essentiam integra permanerint  
in vniuersa natura humana, quoad omnia accidentia validè  
sunt vulnerata. Corpora dumtaxat Christi, & Matris in acci-  
dentalibus intrinsicis nullum vulnus, læsionève acceperunt.  
Pro vindicta originarij peccati multò nunc esse debiliora  
humana temperamenta, sensus, facultates, & virtutes, docet  
Alb. in 1. dist. 9. & in 3. dist. 6. Vinc. lib. 2. spec. natur. c. 97  
& lib. 3. r. c. 78. & lib. 3. spec. moral. p. 3. dist. 11. Alvarez 6.  
de auxilijs, disp. 45. & 47. Palacios in 2. dist. 20. disp. 1. Frã-  
ciscus Pitigian. in 3. dist. 16. Dionysius Carthus. in 2. distin-  
20. q. 7. Suar. 3. de opere sex dierum, cap. 20. Salazar lib. de  
Conceptione, cap. 22. & innumeri alij: idcirco cùm Mariæ,  
& Iesu corpora supra perfectionem status innocentie pro-  
ducta sint, altius, & sublimius de illis est opinandum.

Illud sane dubitari nequit, perfectionem corporalem  
Deiparæ ita esse sublimem, vt ex omnium Patrum senten-  
tia, in sua specie, & sexu maximè sit perfecta: quam verita-  
tem sine temeritate negari non posse docet Suarez tomo 2.  
in 3. p. disput. 2. sect. 2. Id ceteri supponent, cum Ricardus  
de sancto Victore, cap. 26. in Cant. Antonino 4. part. tit.  
cap. 10. §. 2. Alberto Magno, super Missus est, cap. 14.  
Alienum verò est à Philo sophia, perfectissimum corpus  
accidentibus imperfectiorum dimetiri; præsertim cùm  
communis illa opinio sancti Antonini, quatta parte, ti-  
lo 15. capite decimotertio, eximentis Mariam à pluril-

præ

pœnis corporeis, primæuum peccatum consequentibus. Deinde, vt patet ex Sixti III. extrauag. conceptio, & formatio Deiparæ fuit mira, & miraculosa: quæ autem miraculosè producuntur, communem perfectionem superant, vt notat Chrysoſt hom 21. in caput 2. Ioannis. Iuſtitia originaria, quoad corpus, & animam, in effectibus formalibus intrinſecis ſupponi videtur ab Olierio, Ioanne, Georgio, & Gabriele, decernentibus autoritate Sixti III. hæreticam eſſe proſiſtentionem illam: *Iuſtitia originalis in Beata Virgine Maria eſt ex natura, non ex gratia*. Supponunt igitur eſſe probabiliffimum, Deiparæ collatam eſſe ab initio ex gratia Dei iuſtitiam originariam, quoad omnes effectus intrinſecos animæ, & corporis. Verba Cardinalium hanc cenſurâ inferentium integrè allegat Diagus, inſtituti Prædicatorij, lib. 1. cap. 33.

Omiſſis aliorum plurium teſtimonijs, referam verba nonnulla Ioannis Silicei Archiepiſcopi Toletani, ſuper Magnificat. *Animas, inquit, vegetatiuam, ſenſitiuam, & intellectuam, ob peccatum noſtri parentis Adami, in eius poſteris læſas inueniri, ſacra eloquia teſtantur*. Et paulo poſt: *Generatur humanis corporibus agritudo, & mors propter lapſum anime vegetatiue*. Mox loquens de Virgine, ipſius nomine ait: *Sic in me plantauit Deus potentem animam vegetatiuâ, vt nullos corporis admittat morbos, quod in reliquis vniuerſarum plantarum, brutorum, & hominum animabus vegetatiuis, minimè reperitur*. Et cùm paulo poſt loquitur de myſterio maternitatis Deiparæ, addit: *Nec eſt vnde Philoſophi mirentur, ſi dato vno miraculo multa ſequantur. Equi rationi videtur concedere exigua miracula, velut acceſſoria, ſi maximum miraculum admittamus*. Et poſt pauca addit, Mariam in incarnatione Dominica vidiffe diuinam eſſentiam, ex quibus omnibus neceſſe eſt arbitrari plura extraordinaria in corpus Deiparæ fuiſſe deriuata. Tandem adde communem illam Scholaſticorum vocem, quam ijs verbis expreſſit Maior in 2. diſt. in. 19. *Paruuli in ſtatu innocentie fuiſſent perfectiores multò, quàm nunc*. Ergo de B. Virgine, quæ adhuc cum maioribus perfectionibus fuit cõdita, aliter eſt philoſophandum, quàm de hominibus in ſtatu naturæ lapſæ. Innumeræ huius coloris probationes ab autoritate, & ratione tam in præced. numero, quàm in ſeqq. proponuntur.

3. *De qualitatibus, & virtutibus occultis, impreſſis corporibus Chriſti, & Matris, ad extraordinarios effectus, graues Doctores multò ſublimiùs, quàm de alijs, corporibus philoſophantur.*

Plures Thomiſte aſſerunt, & ex Angelici Doctores theſauris probare fatagunt, in parte materiali, & corporali Ieſu olim nobiſcum viuentis ſub mortis vexillo, plures fuiſſe qualitates corporeas ſupernaturales, ad mirandos effectus deſtinatas: clauſulas Vincetij reſect de Chriſti gratia, Capr. in 1. diſt. 1. q. 1. Palud. ibid. diſt. 36. & 50. Ferrarienſis 4. contra gentes, cap. 56. circa hanc theſim, pro ſuis numerat: & quod tam ij, quàm alij ex illuſtriſſima familia Prædicatorum, cum Alberto Magno in parua Phyſica, & ſuper Miſſus eſt in cap. 148. plura philoſophentur de corpore Ieſu, quæ Philoſophiam, & Medicinâ excedant, bene eſſe aiunt; & idè pro Mariæ corpore dictum volunt, cum ipſo Alberto ſepiùs hanc doctrinam ingeminante. Sunt præterea ſupra captum Philoſophorum, & Medicorum, plures naturales virtutes inanimatorum, vegetabilium, & ſenſibilium, quæ omnem mentem ſuperant. Sic lignum illud, quod Exodi 15. miſſum in aquas dulcedinè illis attulit, id fecit ex vi naturali; quod defendunt cum Lyrano, Exodi 15. & Caiet. ibid. Neque aliter, aiunt, commodè argumentaretur Eccleſ. cap. 38. in illis verbis: *Aliiſſimus creauit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. Nonne à ligno iudulcata eſt aqua amara?* Similiter plures qualitates occultæ, quas latè enumerat S. Auguſt. nus lib. 21. de Ciuitate Dei, ſupra omnes leges Medicorum, & Philoſophorum verſantur; cui ſimilia ſunt alia in Baſilio epiſt. 168. & Nazianzen. orat. 34. Quæ omnia ſingulariter, vt ipſi docent, habent vim in aliquibus corporibus humanis, quibus ex ſingulari beneficio, aut cœliorum influxu, aut peculiari qualitarum commixtione, & indiuiduali proprietate ſpecialiſſimæ qualitates occultæ; cum potentiſſima efficacia attributæ ſunt. Admittunt pro hæc concluſione illud Gerſonis, ſermone de Natiuitate Virginis: *Mariæ corpus miraculoſè conceptum: huiusmodi formatio non ſubiiciebatur cœlorum influxibus, quia quidquid agebatur, hoc totum gratiæ magis erat, quàm nature*. Quod Carthagena lib. 15. homil. 12. ex quorundam Medicorum ſententia, ita bene complexionata fuiſſe quædam corpora

corpora humana defendat, vt etiam humata longo tempore incorrupta seruariantur; atque id pro Mariæ cadauere tucatur, in arcanas qualitates ordinis naturalis conferunt; non in id, quod scripsit Henricus Gandensis apud Gersonem, sermone in die Raschæ, loquens de cadauere Christi, quod non esset iam miseræ, vel pœnalitati subiectum; omnibus enim violentijs erat obnoxium exanime ipsius corpus. Extra leges Medicorum esse dicunt, quod nonnulli cum Gersone tractatu 4. in Magnificat, & cum Alberto Magno super Misus est, cap. 148. opinantur: illius verba sunt; *Maria viatrix iam dotes corporis gloriosi inchoabat, necnon donum spiritus super corpus. & animam, vt esset inde corpus agile, & secundum omnes vires motiuas subtile, præterea neque ica passibile vt nostrum.* Hæc si ita essent, plura tribuenda forent sacro illius corpori, quæ communis Philosophia, & Medicina comprehendere nequeat. Claritas illa, quam Maria in facie habebat, ex D. Thom. 3. p. q. 28. art. 3. in aliquid extra communem ordinem conferenda est.

Occultas esse qualitates, & virtutes supra omnem humanum captum, quæ fluant à tota substantia, aut illam comitentur, docet Galenus lib. 11. de simpl. medicam. facult. vbi de fluniatilium cancerorum cinerum xi, contra canum rabidorum morsum differit: & 6. epid. comm. 6. & Julius Cæsar Scaliger, exercit. 218. & 307. Vlmus libris quatuor de occultis in re medica proprietatibus, Thomas Erastus de occultis medicis proprietatibus, cap. 4. Fernel. libris duobus de abditatum rerum causis, & alijs innumeri: quod plurimis exemplis, documentis, & argumentis adstruunt; atque id singulariter verum est de actionibus toto genere diuersis ab elementarium qualitatuum actionibus, quales sunt illæ, quæ venenis adsunt, quando in minima quantitate hominem eneant, vel grauissima symptomata excitant, idque citissimè præstant, vt suadet Galenus lib. 1. de semine, cap. 16. & 3. de locis affectis, cap. 7. adductis experimentis, & Alianus libro 9. de animalibus, cap. 57. & Scaliger exercit. 153. & Mercurialis lib. 1. de venenis, cap. 6. & plerique. Certè elementa vt vires suas exerant, determinatam corporis sui molem exigunt, & efficaciam suam in exigua quantitate manifestare non valent. Quod argumentum potentissimè conuincere aiunt nonnulli Theologi, ad statutuendum fieri potuisse, vt

in

in minima mole corporibus Mariæ, & Iesu validissimæ qualitates, & virtutes occultæ tribuerentur, quibus a plurimis eximerentur, quæ in pœnâ originarij peccati cætera humana corpora premunt, & opprimunt. Hoc genus qualitatuum pro uenire non potest ex elementis quocumque modo mixtis, nec ex eorum qualitatibus quocumque modo temperatis, nec ex occulto mixtionis modo, nam qualitercumque elementorum, & qualitatuum ipsorum mixtio, & remissio fiat, nihil ex ea fieri potest, quod elementare non sit: neque agere valet vtra vires suæ speciei. Nam sicut facultas animæ materialis ad motum dextrorsum, sinistrorsum, antorsum, retrorsum a temperamento qualitatuum primarum nequit oriri: ita nec potestas magnetis, & medicamentorum purgantium, & echeneidis, seu remoræ ad detinendum nauigium, & torpedinis per ipsum rete inducentis torpedinem manuum piscatorum continetur in primis qualitatibus refractis temperatis, cum sint vltra virtutem speciei. & supra actum adæquatuum primarum qualitatuum, quantumuis earum fiat mixtio, & remixtio. Quemadmodum ex mixtionibus plurium colorum diuersus alius oritur, sed qui nihil sit aliud, quam color: sic ex commixtione primarum aliarum quidem nascuntur qualitates verum nulla quæ elementaris non sit, etiam si a forma specifica & nobiliori diuigantur. Albertus magnus latissime describit plures virtutes similes occultas mixtorum in libris de mineralibus. Verum si abditæ, seu latentes virtutes admittantur, siue à temperamentis deriuentur, siue a tota substantia, vel à forma substantiali, parum refert ad ea, quæ de prærogatiuis corporum Mariæ, & Iesu disputantur.

Primo sunt proprietates quædam indiuiduales non à forma specifica ortum habentes, sed intra eandem speciem quorundam indiuiduorum propriæ, vel quia hæreditariè acceptæ, vel quia ab alimentis desumptæ, vel quia ex alijs adherentibus, aut antecedentibus ortæ. Huius generis plurimas occultas virtutes haurire potuerunt corpora Christi, & Matris, vel à miraculoso conceptu, vel ab extraordinaria lactatione, vel ex impressiõibus relictis ex ambrosia, seu nõ communi cibo, quo Maria in templo ab Angelis nutrebat. S. Hieronymus in 9. Matth. vtitur exemplo magnetis & succinorũ habentiũ occultas virtutes ad probandũ efficaciam

oculorum Christi, qua ad se traheret Matthæum Apostolum. Cyrillus in exegefi de incarnatione ad Valerianum, tom. 6. Concilij Ephesini, c. 17. *Sedulo animo veneremur carnem, qua Dei omnia viuificantis peculiaris effecta est, viuificant ipsius Verbi virtutem, & operationem obtinere, gloriamque ineffabilem.* Et lib. 4. in Ioannem, cap. 14. *Non verbo solum, verumetiam tactu mortuos excitabat, vt ostenderet corpus suum quoque viuificare posse.* Quibus verbis satis declarat impressiones occultas iuditas Christi corpori, vt secundum aliquam rationem viuificaret. Idcirco in appendice ad tom. 2. Cōcilij Ephesini, cap. 6. vitale nominatur corpus Iesu. Sic Palud. in 4. dist. 1. corpori Christi attribuit omnes virtutes viuentium, lapidum, & aliorum mixtorum: & hac ratione plures occultas qualitates habere potuerunt corpora Mariæ, & Iesu, quibus à nonnullis effectibus corporalibus indecentiam habentibus in vindictam originarij peccati liberarentur. In speciebus, quæ non viuunt, quales sunt gemmæ, metalla, mineralia, & magnetes, dantur abditæ virtutes ab elementarijs distinctæ. Possent nonnullæ ex ijs inesse rebus illis, quæ in ipsis non viuerent, vt de sanguine, humoribus, & alijs non pauci philosophantur. Ad hoc caput deducendum est, quod de pede dextro Pyrrhi Epirotarum Regis scribitur, spleniticos sanasse; & quod combusto ipsius corpore illæsus, & integer pes manserit, ex Plinio lib. 7. cap. 2. Pereira lib. 3. in Daniele.

Secundò sunt nonnullæ virtutes, quæ ab animalibus, & plantis intra se generantur in rebus sibi adhærentibus, & vita carentibus, vt lapis Bezoar, Moschus, Zibethum, Castoreum, plantarum succi, lacrymæ, & gummi, Aloe, Opium, & huius generis plurima; cum possibilitas naturalis sit res ampla in corporibus singulari fabrica perfectis, qualia fuerit corpora Mariæ, & Iesu, potuere intra se ea producere, quæ virtutem haberent, & efficaciam ad repellendas plures indecentias, & vindictas ex peccato originario in humanam naturam dimanantes.

Tertiò res nonnullæ, quæ ante vixerunt, & iam nulla in formantur anima, latentes quasdam virtutes habent, vt cornu cerui contra venena, cranium humanum contra epilepsiam, cinis canerorum fluuiatium contra morsus canis rabidi, & exuiæ aliorum animalium, & platarum post mortem.

Has.

Has quidem efficacissimas virtutes linguunt formæ quædam substantiales vegetatiuæ, & sensitiuæ iam mortuæ, cum igitur animæ Christi, & Matris perfectissime contineant virtutes formarum vegetantium, & sentientium, potuere quidem accipere ipsæ præsentem facultatem ad remouendos effectus nonnullos indecentiam prouindicta peccati secum importantes: Huic existimationi ex parte succurrit Ricardus in 3. dist. 14. art. 1. docens humanitatem Christi ex vnione ad verbum factam potentiorē, quàm esset in proprio supposito: fortassis ad continendum, & imprimendum potentes, & abditas virtutes.

Quartò sunt plures qualitates occultam sympathiam, vel antipathiam excitantes, quarum exempla collegerunt Marcellus Donatus de hist. med. mirabili, Franciscus Vimus de occult. in arte medica propriet. Ioannes Schenkius lib. 7. obseruat. in fine, And. Liuauius p. 2. singul. tract. 4. Fracastorius lib. de sympathia, & antipathia: igitur ex singulari Dei beneficio, & præstantissima natura Christo, & Mariæ donata potuit illis inesse multiplex huius generis qualitas, vnde ab indecentijs peccato originario inuectis eximerentur; cum Patres, & Concilia absolutè statuunt Iesum nostrum defectus accepisse, excepto peccato, id est, ijs quæ cōsequuntur peccatum. Propterea ait sexta synodus a. 1. 1. *Corpus Iesu irreprehensibilibus subiectum agrimonijs, & iuic, quæ natura suæ decenter conueniebant pati, atque patrare indulget: & iterum ibidem. vcrè nostra agens opera, & passiones naturales, atque irreprehensibiles quæ procul à macula, atque pollutione sunt, & in quibus cuiuspiam peccati vestigium non reperitur.* Facile hic modus opinandi à pluribus Theologis admitteretur ex cap. in 3. dist. 6. Ferrar. 4. contra gentes cap. 35. & 41. Henric. quod lib. 3. q. 2. Caiet. 3. p. q. 17. qui cum in humanitate Christi existentiam creatam denegent ab existentia increata Verbi operationes corporeas Christi emanare credunt, vnde aliquid extraordinarium accipere fatebuntur.

Quintò, sunt, qui admittant cum Scaligero exercit. 59. sect. 2. & exercitatione 190. & lib. 2. de plantis, & cum Zabarella lib. de generat. & interitu cap. 4. & cū Schegkio de occultis med. facult. lib. 2. cap. 1. à quibusdam Germaniæ Aristotele nominato, & cum alijs pluribus, esse simul in corporibus

ribus uiuentibus plures formas substantiales subordinatas, & succenturiatas, ita tamen, ut una sit à qua uinēs habeat appellationem, & reliquæ sint quasi ministræ quādiu forma uiuens superior præsens est. Hæc opinio, quæ ualide impugnari non ualeat, sicut nec illa de forma corporeitatis, quam Henricus, & Scotus sustinuerunt, faciendū concedet ob eximiā præstantiam animarum, & temperamentorum Christi, & Matris, fuisse in ipsis singulares quasdam formas substantiales subordinatas, & succenturiatas, ex quarum proprietatibus, & latentibus uirtutibus singulares prærogatiuas haberent Maria, & Iesus. Neque ideo essent diuersæ speciei à cæteris hominibus, quod licet formæ substantiales subordinatæ materiam utriusque informarent, tenebant se ex parte dispositionum, quæ non mutant speciem, sicut nec temperamenta specie diuersa in varijs indiuiduis humanis, imò & in eodem indiuiduo secundum diuersas ætates, nullam arguit differentiam specificam, nec numericam: & fortassis iuxta hos Doctores ualde dissimiles homines habent formas substantiales subordinatas diuersæ speciei, quæ tamen nec appellationem, nec naturam hominis faciunt esse alterius speciei.

Sexto in speciebus singulis inueniuntur arcana, & mirabiles proprietates actiue. Homines uniuersos uirtute magnetica præditos esse constat: nam si in nauicula aquæ quiescenti imposta extensus quiescat, aut cubet homo naturaliter caput ad septentrionem, & pedes ad austrum conuertuntur, sicut acus magnetica. Pulsus arteriæ humanæ ex secretis qualitatibus horis indicat globulo è filo suspensio: Has quidem, & alias uirtutes uniuersæ speciei humanæ communes, multo validiores, & perfectiores impressit Deus corporibus Christi, & Matris, ut per magis extraordinarios effectus, & immunitates à pœnis peccati originarij innotescerent: idcirco sancta Metildis lib. i. suarum reuelationum, cap. de quatuor pulsibus cordis Christi, eum sic loquentem inducit: *Pulsus cordis mei non erat sicut aliorum hominum:*

*nam licet esset eiusdem speciei ratione perfectioris, multas prærogatiuas continebat.*

§

4. Ma-

4. *Maria, ut in statu innocentie eodem die, quo à parentibus concipitur, & generatur, proxime post illorum coniunctionem instruitur anima rationali, ex quorundam sensu, & an ex miraculo sit femina, & an superet communem perfectionem uirilem, & an fuerit maior in prima formatione quam alij infantes, & an conceptio in dextra, uel sinistra, aliquid faciat ad diuersitatem sexus.*

Hæ quinque theses connexæ sunt, ita ut una ab altera pendeat: in statu innocentie, eundem fore diem coniunctionis parentum, & animationem per spiritum rationalem infantium, sentiunt plures: pro cuius opinionis expositione supponitur primo conceptionem in presenti non sumi cum Valeriola, Peramato, Lalamento pro retentione, & comprehensione seminis; neque cum alijs pro susceptione, & tractione eiusdem: neque cum alijs pro permixtione seminis cum parte puriori sanguinis; sed sumitur conceptio propriissimè, quæ ita est pro *prima fetus animatione*, & actio qua fit dicitur conceptio, ut probat Garcia Carrera super lib. Galeni de locis affect. disput. 69. de conceptione capit. 1. Nolo immorari circa innumeras questiones de animatione seminis. & ut illius ad formandum fetum, quæ Poncius de sancta Cruce, & Daniel Sennerus Hypomnem. 4. & Ficun. lib. de formatione fetus, ex pluribus Doctoribus compilarunt: nam quæ hic producenda, & referenda sunt pro die animationis fetus in statu innocentie suam vim habent in singulis varijs & contrarijs opinionibus, quæ pro statu nature lapsæ ventilantur.

Sic autem intellecta, conceptionis ratione insurgit dubium, an fetus animatio eadem sit die, atque recipitur semen. Circa quod quæsitum uide P. Garciam Carreram super Fen. 1. lib. 1. Auicen. disp. 38. de ordine productionis partium, q. 2. ubi in natura lapsa defendit primam animam informantem in nobis esse rationalem, illamque introduci septimo die. Sequitur Mena lib. de septimeltri partu text. 14. Toletus, 2. anime cap. 4. quæst. 7. A simili cuius sit desumpta pri-



prima ratio, quæ probetur prima die receptionis seminis in paradyso veram fieri conceptionem, id est, veram fetus animationem per animam rationalem. In natura lapsa animatur fetus septima die: ergo in natura integra animabitur eadem die, qua recipitur. Probatur consequentia: maior est distantia in perfectione facultatum, puritatis sanguinis, & roboris in semine in natura integra ab his omnibus in natura lapsa, quam illa, quæ potest septem dierum argue. e ob cruditatem materiæ, & facultatum seminis, & sanguinis iacturam in natura post vulnus peccati; sed hæc impedimenta non obstant, quominus in lapsa natura non introducat anima rationalis septimo die, ergo melius multo introducetur eadem die à receptione seminis in natura integra. Pater, quia plus multo sunt potentes causæ materialis & efficiens naturæ integræ ad agendum in vna die, quam causæ materialis, & efficiens naturæ lapsæ ad agendum intra septimam. Secundum sit fundamentum, quod probat conclusionem positam, quia tota ratio dilationis introductionis formæ se tenet ex parte principij efficientis, & materialis: sed non est cur dicamus, aut vnde constat illa principia in dicto statu non esse cum vigore ad effectum in breuissimo, & adhuc minori tempore producendum: ergo proposita doctrina sustineri debet: Minor impugnari non potest per experientiam, quæ hætenus non est visa: Maior patet, quia non est, ad quid deseruiat semel recepto semine seruari materiam sine forma nullo tempore: ergo totum reducitur ad principia materialia, & efficientia, quorum perfectissimo statui in natura integra ea operandi celeritas, imò maior datur. Probatur ex S. Thom. 1. p. q. 91. art. 4. Vbi reprehendit dicentes prius tempore formatum fuisse primum hominem, & postea animam ei fuisse infusam: docet ergo infundi animam statim, si non obstant causæ, qualiter in nostro casu non obstant: ergo in natura integra eadem die, qua semen reciperetur, eadem propriissime conciperetur, hoc est animaretur per veram animam rationalem.

Cum igitur Deipara ex reuelatione sanctæ Brigittæ in sermone angelico cap. 1. *De claris, & puris elementis materiæ benedicti corporis habuit*, id est, ex sanguinibus Ioachimi, & Annæ singulari Dei beneficio nullâ habentibus cruditate

sparsitatem, & rebellionem, dicendum erit idem, quod de Paradyso hætenus est probatum: præcipue cum virtus generatiua parentum Deiparæ ex miraculo speciali Dei fuerit confortata, vt non minor esset, quam quæ in Paradyso inueniretur: iuxta vulgatum principium, quod quæ miraculosè dantur, sunt perfectiora, quam quæ ex communi cursu naturalium causarum prouenire solent, vt probat ex communi sententia Suarez, tom. 1. de Incarn. disp. 32. sect. 2. Nulla igitur dilatio fuit animationis in Deipara, quæ inde solum oriri potuit, quia principium efficiens non haberet vigorem ad celeriore productionem circa materiam sanguinis crudam, impuram, rebellem, & immaturam. Cum igitur pro formatione Virginis fuerit semen, & sanguis cum puritate in summo, & facultas formatiua robusta, & efficax in summo, breuiori multo spatio contigit animatio. Secundò probatur, quia ex doctrina sancti Eligij sermone de Purificatione, Iacobi de Voragine, & Gabrielis Bareletæ in sermonibus de Purificatione, & Hieronimi de Oleastro in 3. Genesis, & plurium aliorum eiusdem instituti Prædicatorij, quos sequitur Salmeron tom. 3. tract. 45. est pœna peccati originarij, quod corpus humanum sub embryonibus diutius sit sine anima rationali, vt nunc contingit: ergo Maria, quæ pro intrinseca constitutione, & formatione nullam habuit pœnam originarij peccati, sicut nec ipsum peccatum, eodẽ die, quo parentes conuenerunt ad generationem instructa fuit anima rationali. Tertio suadetur ex auctoritate Ecclesiæ, quæ cum existimet Mariam in iustitia originaria conditam celebrat ipsius animationem, & conceptionem octaua Decembris die, vt patet ex reuelationibus, & testimonijs Sæctorum Nicolai, & Isidori, & Anselmi, & aliorum quæ retulere Baron. in Martyrologio. Arnouldus Vniõ lib. 5. ligni vitæ cap. 103. Granados disp. 3. de Conceptione sect. 2. Claudius de Rota cap. 186. Iam anno 1097. Anselm. Episc. ad Episc. Angl. dixit Mariæ corpus rationali anima instructum fuisse octaua Decembris die, vt communiter exponitur a Doctoribus cum Vincetio de Castronouo, ratione 10. charta 83. impressio- nis anni 1502. Cantuariense Concilium, Bacon, Argenti- na, Capreolus, Palud. & Breuiarium Hispal. Cordub. Segou. Cartagin. Placentin. Vicense apud Salazar cap. 36. num. 30. Anselmum nominant legitimum huius epistolæ scriptorem.

In statu originaria iustitiæ sic humani foetus ex defectu re-  
sistentis materiæ, & præstantia facultatum velocius anima-  
rentur. Atque hanc opinionem iustificatur Granados dispu-  
tatione 3. de Conceptione sect. 2. & probat ex Vidarico  
apud Carthusianum. in 3. dist. quæst. 1. Hic expendendum,  
quod ait Amadeus Minorita in revelationibus, Deiparam  
horis paucis post coniunctionem Ioachimi, & Annæ fuisse  
instructam anima rationali quadrare opinioni Tertuliani  
lib. de Anima, & plurium Doctorum Latinorum, & S. Gre-  
gorij Nissenii lib. de Anima, & resurrectione dicentium: *vi-  
uum esse a primordio semen*, quod de semine a primordio cõ-  
iunctionis parentum est intelligendum. In eorum opinione  
Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 11. sect. 2. probat Christi corpus die  
25. Martij animatum spiritu rationali, quia ea die celebratur  
festum Incarnationis: ergo idem argumentum fieri potest  
pro animatione Virginis die octava Decembris. Potuit au-  
tem fieri, ut corpus Deiparæ unico contextu in mentaneo  
organizaretur, nec est vlla ratio ad negandum defecto ita fuisse  
se, nam licet ex naturali commixtione seminum fuerit geni-  
ta, non impedit totum eius corpus miraculosè in initium for-  
matum. Hoc minus certum est quàm Mariam in hora aliqua  
octavæ diei Decembris præditam fuisse anima rationali:  
sic mirabilior, aut miraculosior est conceptio Christi, quam  
conceptio Virginis; quia ante illam non fuit localis motus  
partium successivè præcedens, ut in Virginea conceptione  
de quo in tabulis de maternitate dicitur. Ex constabit etiã  
dato hoc privilegio Deiparæ, esse mirabiliorè conceptio. e  
Iesu. Principiũ illud apud nonnullos Philosophos vulgatum  
quo dicitur hominem prius vivere vjta plantæ; deinde vita  
embryonis, tandem vita rationali, valide impugnatur a plu-  
ribus Philosophis, & Medicis huius ætatis, & illud refutavit  
Alensis 2. p. q. 92. memb. 3. docens vitam plantæ, & embri-  
onis non præcedere rationalem, quod idem docuit Vincen-  
tius Velbacensis lib. 24. speculi naturalis 48. 49. 50. & Hen-  
ricus de Gandavo quodlib. 14. q. 14. atque adeo non debuit  
dicere quodlib. 15. q. 13. corpus Deiparæ animatum vnde-  
cima die Ianuarij hã ad præmissa principia respexisset. Imo  
sunt plures qui in vniuersum negent vitam vegetatiuam ab  
alijs separatam, ut iam olim omnes Stoici existimabant, ut  
refert Theodoretus 5. de curãdis Græcorum affectibus,  
quibus subscripsit S. Augustinus lib. de Spiritu, & Anima,

cap. 9. & 14. & 7. de Genes. ad litteram cap. 16. primum vi-  
te gradum in sensatione constituens, & Arist. indicat. 2. de  
anima textu 14. illis verbis. *Quamobrem planta omnes viue-  
re videntur*, ut notat ibidem Zamara, & altè dubium osten-  
dit animum Aristoteles: apertius idem sentit Valles lib. de  
sacra Philosophia cap. 1. & 4. atque eandem mentem colligunt  
nonnulli sacri textus intérpretes cum Mariana ex 1.  
capite Genes.

Ex ijs inferunt iidem Doctores miraculum esse Mariã esse  
feminam: primo ratione celerrimæ formationis, quæ magis  
debetur masculis, quam fœmellis. Secundò ratione perfe-  
ctissimi temperamenti quod ab initio habuit Deipara longe  
sublimius, & illustrius, quam ceterorum virorũ præter Chri-  
stum. Tanta nobilitas corporis, formæ & efficientis si nihil  
violentũ, aut contra naturã ex alijs adhærentibus emergere  
nobilissimũ sexũ postulabant, id est, ut à diuina providentiã  
sic cuncta disponderentur, ut corpus illud esset virile. Tertiò  
miraculũ est, illud quod fit vltra ordinariã, & communẽ legẽ  
Dei, in quo sensu Christi-transfiguratio miraculũ nuncupa-  
ri solet, quia licet illa corporis gloria esset debita animæ Chri-  
sti beatæ, atque adeo miraculũ potius dicendum esset, quod  
illa aliquando caruisset, verũ quia ille splendor, & gloria fuit  
contra legem ordinariã Dei volentis corpus Christi esse pas-  
sibile, ideò transfiguratio miraculum appellatur. Sic confi-  
derare debemus legem ordinariã Dei fuisse, ut quoties Deus  
miraculose eleuauit steriles, & senes parentes ad habendum  
liberos, dedit illis prole masculã primogenitã, ut constat in  
Isaac, Esau, Iacob, Ioseph, Sansone, Samuele Baptista, & a-  
lijs; decet enim maiestatem Dei, ut quando parentum sterilitate,  
senectutẽ, vel infirmitatẽ emendar, aut perficit id faciat  
cumulatissime iuxta celebẽ doctrinã Chrysostomi, Ambro-  
sij, & aliorũ Patrũ dicentium esse multo perfectiora quæ mi-  
raculose, quàm quæ naturaliter producuntur. In hoc sensu ali-  
quomodo est miraculũ quod Virginis parentes steriles, &  
inapti ad generationẽ, habuerint primogenitam feminam, &  
non masculum. Tandẽ supposito principio philosophico sta-  
tuente feminam ex vitio seminalis materiæ, & defectu na-  
turæ procedere, & supposita aliã doctrina, quàm numero  
primo, & secundo latè confirmauimus, habuisse Deiparam  
perfectissimam complexionem; & indolem, consequenter

dicendum est illud corpus non exegisse sexum imperfectiorem, sed perfectissimum. Spin3, in Thron. Virg. c. 20. idem ait miraculum esse, quod Maria sit fœmina.

Quæ ut magis explanentur oportet scire quid iuxta sensum Doctorum dicere oporteat de perfectione Dei paræ etiam si esset fœmina iuxta ea quæ tractari solent de fœminis quæ in statu innocentie futuræ erant. Albertus magnus in summa q. 82. Corpus, inquit, mulieris potest esse eiusdem vel æqualis dignitatis cum corpore viri, quod iam olim Magnus Basilius pro statu innocentie decreverat. Consequenter maioris etiam dignitatis, & perfectionis esse potest, quamvis enim sexus fœmineus ex se sit imperfectior, quam virilis, aliunde tamen tot perfectiones, & excellentiæ ad hæere valent vni fœminæ, v. g. Mariæ ut superaret omnia corpora virorum, quæ de facto dantur præter corpus vnius Christi. Urget probatio a maiori, nam contingit indiuiduum inferioris speciei propter ad hærentia, & circumstantias esse grauioris perfectionis, quam indiuidua plura superioris speciei, ergo intra eandem speciem sexus inferior potest esse perfectior sexu superiori. Probatur antecedens, quia ex sententia purissimi Theologorum actus iustitiæ propter peculiare circumstantia adeo excellere possent, ut superaret omnes actus Religionis, qui de facto dantur, etiam si Religio secundum se perfectior sit quam iustitia: similiter in vitijs, furtum propter aliquas peculiare circumstantias potest esse grauius in indiuiduo omnibus perjuryjs, quæ de facto dantur, licet perjuryum grauius sit peccatum quam furtum, S. Thom. 1. part. q. 99. & iterum in 2. dist. 20. cum Bon. Dur. Agidio, Gabriele, Ricardo, Brulefo, & alijs ibidem, & cum Vigerio c. 18. §. 4. tractant an ex miraculo, vel ex prouidentia extraordinaria Dei, vel ex aliqua violentia, vel ex apprehensione generantis fieret, ut in Paradiso fœminæ producerentur, cum nihil ibi esset in materia generationis rebelle, aut crudum, aut morbosum, aut infirmum, de quibus late Suarius 5. de opere sex dierum cap. 3. vnde cum Maria iuxta Damascenum ex immaculato femine formata sit & iuxta S. Brigittam ex purissimis & clarissimis elementis sine rebellionem, cruditate, aut languore, non solum est eadem ratio tractandi, sed superior debet esse modus definiendi, quo credatur corpus Dei paræ supremam habuisse excellentiã supra corpora omnium virorum, excepto corpore Iesu.

Con-

Consequenter ad dicta affirmant iidem Doctores corpora status innocentie, & Mariæ, & Iesu in prima formatione fuisse maiora, quam aliorum infantium, sic plures cum Alex. Arentio. in q. membr. 3. ijs verbis: *Si autem obijciatur quod ab eadem imperfectione incepit statuta tunc.* id est in Paradiso, & nunc posset responderi per interemptionem, quia perfectioris statuta fuissent tunc quam nunc; & consequenter philosophantur, nam cum asserant corpora prædicta fuisse organizata, & formata, vel in primo instanti, vel in prima die conceptionis, necessarium est, ut adstruant fuisse maiora: nominatim de Christo differens Hieronymus Natalis lib. de laudibus Virginis a Cardinali Tolero approbatus, ut patet ex fine operis, docuit ipso Incarnationis Dominicæ die sic intumuisse Mariæ ventrem, ut eodem omnino die cœperit Iosephus addubitare; & Salmeron tom. 3. de infantia Salvatoris affert illa verba Lactantij, *sine ullo attactu viri repente virginalis uterus intumuit.* Prædicti Doctores credunt multo minus fuisse corpus Christi in prima formatione, quàm docet Natalis, & insinuat Lactantius, verum maius fuisse, quàm aliorum infantium: atque eorum sententia solidiorem probabilitatē habebit, si membranz, aut secundinæ omnes, aut duæ Christo, & Matri denegentur propter defectum impuri sanguinis, ex quo in alijs solent formari; nam totus sanguis, qui in alijs distribuitur pro corpore animando, & membranis in fœtibus Paradysi, & in Christo, & matre insumeretur pro corporibus formandis. Sic impugnat Abul. parad. i. c. 25.

Ex ijs concluditur, quid ad postremum quæsitum respondendum sit. Dion. Carthus. in 2. dist. 20. ait conceptionē in sinistra parte matris factam, causam esse ut fœtus habeat fœmineum sexum. Idem iam olim retulerat Vincent. Velb. lib. 22. spec. nat. c. 37. ex Lucan. Iuxta hæc principia, nullū foret inconueniens asserere puellas status innocentiæ, & Dei paræ in sinistra parte conceptas non fuisse. Ratio est: nam quod masculus citius debeat formari, requirit situm in parte calidiori, quæ est dextera: cum ergo Maria citissime formata sit, & puellæ Paradysi velocissime animarentur, non erat cur in sinistra parte conciperentur. Dubium tamen est apud Medicos, an verum sit fœminas in sinistro latere concipi; Vincent. ubi sup. probat sine fundamento excogitatam distinctionē partis dextræ, & sinistra, pro diuersitate sexu.

5. *Corpora Mariæ & Iesu, quatenus miraculose formata, in prima conditione nihil à cœlorum influxu acceperunt, ex quorundam sensu.*

Prima productio humanitatis Christi unico contextu absoluta nihil à cœlorum influxu recepit, si admittatur communis illa philosophia D. Tho. 1. p. q. 70. art. 3. & in 2. dist. 2. q. 2. art. 3. dicentis cœlum nihil influere, nisi per motum, id est, successiuè. De Mariæ corpore in prima conceptione supra vni cœlestium influxuum productio sic scribit Balthasar Sorio Ordinis Prædicatorum, sem. 5. de Concept. *Supra influxum cœlestium corporum perfectionem suam creditur ob inuisse, non enim natura potuit suis viribus tam perfectum opus producere, quale Virgo habuit.* Et iterum: *Perfectio virginis corporis influentiam cœlestis corporis, diuina operante virtute transcendit.* Huius asserti rationem tradit nonnulli Doctores, quia vtraque formatio Christi, & Deiparæ miraculosa fuit: sed miracula non causantur a cœlorum influxibus, sed ab omnipotentia Creatoris: ergo nec formatio miraculosa corporum Mariæ, & Iesu in seipsa aliquid hausit ab influentijs rationum superiorum. Dices omnes effectus in instanti productos, vt vnionem animæ cum materia, ex eo quod peragantur in instanti, nullam habere dependentiã à cœlestibus influxibus, ac proinde nihil esse singulare, quod formatio instantanea Christi, & Matris non accipiatur a cœlorum influxibus. Respondent illi Doctores, cæteros effectus iam momento productos pendere ab influentia corporum cœlestium, ratione dispositionum præcedentium naturalium, quæ successiuè introducuntur: at corpus Christi vnicoinstanti & momento, sine præuijs dispositionibus successiuè formatum est, vt Catholica tenet Ecclesia; corpus verò Mariæ, etiamsi præuias habuerit successiuas dispositiones ante inductionem animæ, illæ quoque ex miraculo à senioribus parentibus producebatur. In tabis, saltem operationes dispositiue feminis & sanguinis Ioachimi, & Annæ breui illo tempore, quo creationem animæ rationalis Deiparæ præcesserunt, vt pote successiuè peractæ, ab influentijs cœlestibus dependebant. Respondent prædicti Doctores, primò motum localem non pendere ab influxibus corporum superlunarium, quidquid autè post localem constitutionem feminis & sanguinis Ioachimi, & Annæ factum est, id quidem peractum in instanti, quod in materia

materia apta, & sine contrarijs ex efficacia seminis apparatus dispositionum produceret in momento sine temporis successione. Deinde respondent, supponendo quod semen immaculatum Ioachimi paulatim dispositiones efficeret præcedentes inductionem animæ rationalis Deiparæ, & docent fuisse miraculosas quoad modum: & qua ratione non pendent à cœlorum influxu miracula successiuè patrata, vt illud de cæco, à Christo Dño paulatim visum accipiente, & homines sicut a bores ambulantes primùm conspicante; ita miraculose quoad modum operationes successiuæ sanguinis, & feminis prodibant extra cœlorum influentias. Quoniã verò quoad substantiã eadem operationes dimanabant à virtute insita naturalibus instrumentis Ioachimi, & Annæ, ipsi veri, & legitimi, & naturales fuere parentes Deiparæ. Hinc nonnulli inferunt formationem Mariæ multò mirabiliorè esse, quam primorum parentum; quia eorum creatio fuit vnde quaque naturalis, est enim iuxta conditionem humanæ naturæ, quod primi homines à solo Deo producatur, cùm non potuerint ab alijs hominibus generari. Nullumque fuit miraculū in illa productione, cùm tot interuenerint in generatione Mariæ.

6. *Opinio dicentium in statu innocentie eundem fore diem conceptus, & ortus infantium proponitur, & eam in ortu Christi, & Matris locum non habere defenditur.*

Eadem die in Paradyto natiuitum foetum, in qua animaretur rationali spiritu existimauit Olearter in 3. Gen. id est, eundem fore diem conceptus, & partus; alios pro eadem opinione suppresso nomine refert Beilarm. tom. 3. controu. lib. 3. de anisitione gratiæ, c. 11. quãquam sub formidine dicat id non videri probabile. Certè censuram Theologicam non mereri præmissam doctriam tuadent nonnulli: primò, quia S. Aug. 12. de Genesi, ad literam illi succurrit, licet dubitanter: secundo, quia Inquisitio Hispana cùm accuratè expurgaret Oleartri opera, hanc propositionem censuit permitendam. Ad probationem supponunt receptissimã doctrinã, natiuitatem scilicet duplicem esse, aliam substantialem foetus generationem, aliam exitum prolis à matre extra uterum: & illa, & partus conuertuntur. Terminatur verò ad prædicamentum vbi, quoniam reuera est localis motus, qui heret toti composito, quod supponitur totaliter constitutum, & de hoc procedit opinio. Secundo, supponunt quatuor esse

esse causas partus. Conciliator differentia 49. adducit vteri angustiam, defectum alimenti, & euentationis, seu ventilationis, & Aristot. 4. de generat. animal. cap. 8. adducit quartam, nempe foetus maturationem.

Quibus sic iactis, & omisis alijs, de figura foetus in partu, & expellendi modo, quæ ad commodiorem partum conducunt, prædicti Auctores docent, quod semel animatus foetus nasceretur eodem die primæ conceptionis, id est commixtionis seminis paterni cum sanguine materno. Probant primo, quia eadem die foetus cresceret ad magnitudinē sufficientem ad natiuitatem, quod verisimile esse aiunt, nam spumæ copia ingens ictu oculi accrescit: non aliter, nisi quia non est repugnantia in maxima flatum quantitate permiscenda cum aqua: rursus prægrandis nubis corpus apparet instantaneè (vt ita dicam) etiam, quia plurima vaporū & exhalationum (aut si maui vtrorumque) multitudo in vnum confluit: ergo breuissimè constabit magnitudo foetus, vt ipsius ratione sequatur vteri angustia, alimenti defectus, & euentationis, seu ventilationis. Antecedens constat, consequentia probatur, quia licet verum sit nubem, & spumam fieri magnas per solam partium iuxta positionem, corpus verò viuens per intus sumptionem: hoc non obstat in natura integra, vt citissimè augetur viuens ad molem, vsque requisitam pro partu, quia sicut est vera hæc propositio: *Nubes & spuma magnitudine notatu digna apparent celerrimè, quia celerrimè iuxta ponitur noua materia*; ita est vera hæc: *Foetus partes organice quantitate sufficienti ad partum citissimè vniuntur, quia est materia abundantia, & nulla eius, vel ferè nulla resistens. & potentissima facultatis formatiue virtus*: ergo congregabitur, spumificabitur, alterabitur, informabitur materia breuissimo tempore vnus diei. Succurrit Alexander Alensis 2. p. q. 95. membro 3. ijs. verbis. *Si autem obijcitur quod ab eadem imperfectione. incepta statura tunc*, id est in statu innocentie, & nunc potest responderi per interemptionem, quia perfectioris stature fuissent tunc quam nunc.

Attrahetur verò copia sanguinis sufficiens pro corpore illo grandiusculo, quia ex Gal 1. de semine cap. 1. semen habet virtutem attrahendi: vnde cum femine in illo mirado statu originalis iusticie sanguine vberissimo, sicut, & purissimo

mo potirentur, nil obstaret, quo minus à virtute seminis attractiua attraheretur sanguinis portio sufficiens ad molem foetus requisitam, quam matri detraheret, quin ipsam elongaret ab statu simpliciter sano, qui prædicto statui debebatur, est enim latitudo perfectissimæ sanitatis. Rogabis quomodo attraheretur dictus sanguis R. vel seminis sphaeram adeò esse magnam, vt ad omnes partes diffunderetur; vel etiam si in omnes transcenderet, posset à vicinioribus attrahere, & hæ partes à longinquis, successiue id, quod euacuetur extraherent.

Ex dictis inferunt, quod si vteri capacitas esset latissimè, & sanguis maternus posset vberior ministrari, quin ipsam ad imperfectam sanitatem deduceret, posset foetus eadem die staturam vltimam, quam erat habiturus, consequi, quia ex parte materie non erat repugnantia, & formam potius decebat.

Patet vterius ex dictis semel natos non accrescere ad perfectam staturam, quousque alimenti quotidiani aduentu, & conuersione in aliam substantiam fieret, quia id ab extrinseco pender, scilicet ab alimento: nam quidquid intrinsecum debetur ferui, id totum comparabat in statu nature integræ eodem die à paterni seminis conceptione in matris vulua.

Hæc dicunt pro ampliori ponendæ conclusionis probatione: nam neque vteri angustia, nec defectus alimenti, aut ventilationis sunt simpliciter necessaria ad partum, vt tenet Garcia super lib. de loc. affect. disp. 75 de partu naturali cap. 2. sed sola foetus maturitas, vt late probat ibi prædictus Auctor, & tenet Hippocrat. in pluribus locis, præcipuè verò lib. de natura pueri, & lib. de octomestri partu, & Aristot. 4. de generat. animalium, cap. 7. Quæ doctrina supposita, & ijs iactis fundamentis asserunt eadem die in paradiso, & formandum, & nasciturum puerum; id vt suadeant, probant prius natos prædicti status non habituros etates infantie, pueritie, aut adolescentie iuxta phrasim medicam, licet in aia acceptione eas haberent; quia etates omnes medicæ sunt perfectiue, id est, in quibus perficitur viuens: supponunt verò, & probant omnem intrinsecam perfectionem adipisci foetum paradysi in die formationis, & natiuitatis, quod rursus probant ex doctrina Michaelis Barredæ Compluti primarij Professoris Medicinæ in manuscriptis publi-

cē traditis & hodie in dicta academia communiter recep-  
tis et ea essentiam ætatum : dicit enim ipsas esse naturalia  
temperamenta, & mutationes ipsarum solum esse manife-  
stationem naturalis temperamenti, quod quasi later in pri-  
mordijs generationis propter prohibens, & impediens, nē-  
pē propter partes crassas, aqueas, & terreas, quæ in utero  
Matris simul cum partibus viuentibus remanserunt com-  
mixtæ ex primis elementis (ad quæ tandem reducitur, &  
deducitur viuens) propter resistentiam materiæ, vel debili-  
tatem facultatum pueri, attrahentis, nempe retinentis, co-  
quētis, &c. Sed hæc ratio deficit in foetibus naturæ integræ,  
quia ibi omni possibilitate naturæ erat purus sanguis, omni-  
præstantia erant robustæ, & efficaces facultates ministratæ,  
ministrantes, & formatiua, ergo fuit introducta forma absen-  
te cruditate, quæ poterat obstare productioni temperamen-  
ti naturalis perfectissimi, seu quod idem est productioni per-  
fectissimæ ætatis. Ergo ubi in natura integra in formata ef-  
fuit materia, statim erat ætas iuuentutis (si uelis eam esse per-  
fectissimam) aut adolescentiæ: ergo consequenter statim nas-  
ceretur proles, atque ita verum est, quod eadem die fieret  
conceptio, formatio, & natiuitas, nisi uelis breuius, quàm per  
diem integram posita omnia contingere.

Hæc fortassis argumenta impulerunt, Aug. 12. de Gene-  
si ad litteram, ut dubie, & opinatiue existimaret eundem fo-  
rē diem conceptus, & partus in statu innocentie, cui adhæ-  
sisse uidetur S. Anselmus in Elucidario prædictam supponēs  
opinione, & addens *infans in paradyso. mox, ut nasce-  
retur, ambularet & absolute loqueretur*, in rebus naturali-  
bus huius generis, ubi non est autoritas scripturæ, nec v-  
nanimis Doctorum sensus sequi debemus rationum effica-  
ciorum argumenta, ut probat Marf. in 2. q. 13. art. 2. concl.  
3. ex D. Tho. Dar. Tarantasia, & alijs, & quod nobilius, &  
sublimus est, id Mariæ tribuere oportet. Nihilominus hæc  
omnia non decernendo, aut lectando, sed proponendo dum-  
taxat, & examinando declarauimus; hanc enim doctrinam,  
nullatenus pro Mariæ conceptu, & ortu iudicamus necessa-  
riā: verum dando ex abūlanti, quod vera esset, atque cōmu-  
nis, nullatenus vim haberet pro corporibus Mariæ, & Iesu,  
nam licet ritu status naturæ integræ, idem fuerit dies con-  
ceptionis, & animationis utriusque cum nonnullis alijs ex-  
traor-

traordinarijs prærogatiuis, nihilominus considerato aggre-  
gato omnium circumstantiarum cum decreto Dei, naturalē  
fuit, & debitum, ut nouem mensibus gestarentur in maternis  
visceribus. Ex decreto inquam Dei; quo statuit retardari ho-  
rum sanctissimorum corporum incrementum, & natiuitatem  
propter peculiarem naturalem legem ipsiis latam, nam & no-  
bis debebant assimilari in ijs, quæ indecentiam non impō-  
rarent. Qui autem docent Mariam debuissē iuxta leges natu-  
ræ ex maturitate, quam habuit, prima die conceptionis suæ  
palsiuræ, sine vlla mora nasci, sequuntur opinionem Augusti-  
ni, Olearii, & aliorum; & ex vi illius, si non esset peculiaris  
lex data circa retardationem, docent conceptum, & ortum  
Virginis, & Christi eadem die concipi, & terminari debuif-  
se; in quo solum est questio de nomine, aut de re inadæquate  
solum explicata sine oppositione, aut contrarietate opinan-  
tium. Fauet quod probematice scribit Ricard. in 3. dist. 16.  
Christum ut hominem, tenuissē medium inter statum innocē-  
tiæ, & naturæ lapsæ.

Quod si semel concedatur Virginis corpus fuisse forma-  
tum primo instanti conceptionis, necesse est etiam fateri, in-  
tercessisse aliquod miraculum, aut saltem extraordinariam  
dispositionem, ut per nouem integros menses in materno u-  
tero detineretur, si vera esset opinio dicentium puellas ani-  
mari octogesimo die à congressu parentum. Hoc supposito  
nullum est inconueniens asserere miraculosam, aut extraor-  
dinariam dispositionem, quoad moram in utero, inchoantem  
esse à primo; quarto; quinto; aut sexto die, vel mense: etiam si  
generaliter sit verum, quod ait Salazar, tomo de conceptio-  
ne cap. 9. ex mente Catharini, Mariam Adami pro statu in-  
nocentiæ filiam esse censendam; & quod ipse addit cap. 22.  
Dei param beneficium creationis per Christi merita singu-  
lariter obtinuisse, ut sæpē repetit imm. 1. 7. 8. 9. 10. Iunge  
quæ docet Suarius de opere sex dierum lib. 5. cap. 3. p̄iurā  
esse inuicta nostris corporibus in pœnam peccati, quoad il-  
leram intrinsicam constitutionem, ut sterilitas terræ, & mu-  
lierum, & cap. 6. ex grauissimis Patribus refert, nulla brutā  
in statu innocentie carnibus cibanda: & alia huius generis  
extraordinaria, quæ docent aliqua etiam insolita Virgineo  
corpori esse attribuendā intrā perfectionem specificam eius-  
dem naturæ humanæ.

7. *Ex senilibus corporibus Ioachimi, & Anna, qua ratione valida complexio Deipara potuit haberi.*

In ea questione, an quidquid fœtus in primo sui esse habet, accipiat à parentibus, fuere nonnulli, qui negarent. Primo, quia potest effectus fieri diuerse naturæ à generante; ergo aliquid accipit, quod parentes non præbent. Antecedens probatur ex Gal. lib. 1. de natura humana comm. 1. & Arist. 2. de generat. animal. Confirmatur, quia ex fœminæ congressu cum viro potest generari brutum, vt tenet Garcia super lib. Gal. de locis affe. disp. 73. de generat. monstror. cap. 3. ergo fœtus non accipit esse bruti à parentibus, quia illud in eorum virtute, non continebatur.

Secundo, quia ex parentibus debilibus, ægrotantibus, vitiosis succis scatentibus, generatur sæpè (licet vt in plurimum sit euentus contrarius) fœtus validus, sanusque. ergo accipit, quod in parentibus non erat. Confirmatur, quia virtutes ministrantes, & ministratæ, attractrix, retentrix, coctrix, exultrix, nutritiua, augmentatiua sunt fortes. multum in fœtu crescit enim, augmentatur, & semel editus in lucem, maximè post quintum annum plurimum digerit, quæ omnia non potuerunt à patre & matre accipi, quia dum generabãt, vā dè erant debiles.

Tertio, probatur ex S. Thom. opusc. 34. de occultis operibus naturæ pura reducete, mediatè ad cœlorum influentias; est enim verum ad rixas esse pronum quemlibet, quia biliosus, aut sanguineus; est verò talis humoris, quia in tali tempore, & ceteri constitutione fuit conditus; hæc autem dispositio non est sola intrinseca dependentia creaturæ à creatore, quia præter hanc est causa cuiuslibet effectus (dummodo non procedat à Dei absoluta potentia) cœli ergo medijs suis influxibus, aliquid producent in fœtu, quod non accipit à parentibus.

Prima conclusio aliquorum Doctorum est. Quidquid substantiæ comitatur primam animæ introductionem totum accipitur à parentibus. Primo, quia cuiuslibet animalis proprium semen habet virtutem instrumentalem determinatam ad producendum simile generanti; ergo generatum totum esse substantiale accipit. Secundo, quia cum generatio sit in simili-

militudinem naturæ, sequeretur contra naturam generatio nis, aliquid de substantiali à parentibus, à quibus generatur, non accepisse.

Secunda conclusio. Aliquid de accidentali non continetur formaliter, nec virtute in parentibus, & istud potest residere in fœtu. Hanc conclusionem probat quartum argumentum contrariæ sententiæ.

Ad primum ergo responderetur verbis D. Thomæ qui ex Philosoph. sic habet: *Non enim quodlibet, & vt cumque fors tulit, ex quolibet semine oritur, sed hoc ex hoc neque ex quolibet corpore semen quodlibet prodit.* Verba Angelici Doctoris sunt: *Virtus enim formatiua, quæ est in spermate matris, naturaliter est ordinata, vt producat omnino simile ei, à quo semen decisum est, sed de secundaria intentione est, quod quando perfecta similitudo induci non potest, inducatur qualiscumque potest similis, & quia in generatione muli sperma, quod nõ potest inducere speciem equi in materia propter hoc quod non est proportionata ad suscipiendam speciem equi, producit speciem propinquam. Vnde in generatione muli est aliquo modo generans simile generato, est enim aliquid proximum genus, quod non est nominatum commune equo, & asino, & sub illo genere continetur etiam mulus.* Itaque licet semen habeat determinatam facultatem: tamen hæc determinatio non est ad producendum ita simile, quod ad aliquid alienum non extendatur; contentum tamen sub communi genere, & secundariâ intentione productum. Ita respondet P. Garcia loco citato.

Ad confirmationem in secundo respondet idem affirmatiuè, quia facultas generatiuæ virtutis potest deficere, & materia ita esse disposita, vt monstrum nascatur. Sed dices, ergo iste effectus continet aliud, quod non continebatur formaliter, nec virtualiter in semine, quod est contra conclusionem: Propter hoc respondendum verè contineri formam bruti in rationali anima: non vtiq; illa forma bruti, quæ differt specie à sensitiua hominis, sed hæc cum tali figura, itaut monstrum repræsentet, & sic hic effectus est particeps animæ sensitiuæ contentæ in anima rationali; vt quò, quam semen continere virtualiter dicitur, quia continet dispositionem ultimam in materia pro vnione animæ rationalis: sicut, si verbi gratia seminis facultas disponeret in communi opinione ad

ultimam formam, tamen embrione semel producto vitari-  
tur dispositio ad ulteriorem formā, & verè maneret materia  
cum forma vegetatiua, quæ conuenit cum plantis in esse sui,  
licet prout in rationali contenta, & prout est in planta, secun-  
dum aliquos sit diuersæ speciei.

Ad tertium respondetur, probare accidentalem perfe-  
ctionem sæpè à parentibus non accipi, quam ab astris, & stel-  
lis concedimus in secunda conclusione: mirum est in puero  
inspicere facultates ita robustas, augmentum, & nutritionē  
tantæ magnitudinis intra nouem menses, selectionem adeò  
exquisite attractentis purissimi sanguinis ex matre, & gro-  
tante, & cacochyma.

Quartum stat pro secunda conclusione. Quæ sicut &  
responsio ad tertium roboratur, quia videtur consonum, vt  
effectus nobilissimus, qui in huius vitæ peregrinationē mit-  
titur à natura, dotatus descendat sanguinis, & seminis puri-  
tate propter influentiarum cœli benignitatem: oportuit e-  
nim mundum hunc rationibus superioribus esse contiguum,  
vt inde eius virtus regatur, & gubernetur, maximè verò in  
effectus principaliores naturæ; neque verò in aliam causam  
conferri valet, quòd diuersi planetæ in diuersas partes nostri  
corporis potestatem habeant, vt omnes profitentur. Totum  
opusculum 34. D. Thomæ de occultis operibus naturæ, ar-  
canas, & vandas specierum, & indiuiduorum proprietates,  
sicut in altiora principia refert in corpora cœlestia, & vlti-  
rius in subtilitatis separatas intellectuales, vt quod sapphirus  
sanguinem constringat, &c.

Hæc sunt, quæ sæpissimè naturaliter contingunt, at in  
formatione Mariæ, quàm miram, id est miraculosam appellat  
Sixtus 4. extrauag. de cōceptione, plurimas extraordinarias  
virtutes, qualitatesque aggregauit Deus. ex parua loci, aut  
tēporis circūstātia verè mirandos effectus producit natura,  
quid non faciet in corpore perfectissimo Dei omnipotētia?  
Tēpus & aura mutari solēt, quādo Luna in quadrato aspectu  
est cū Sole, vel oppositione, & cōiunctione, nō verò in trigo-  
no, aut sextili aspectu. Præterea, etsi infinitarū figurarū aspe-  
ctus in celo fiant, nullæ tamen præter trigonū, quadratum, &  
sextilē, peculiare effectū habent. Cum duorū sint genera mor-  
borū chronicorū scilicet, & acutorum quorum vtrumq; suos  
habet dies criticos, scalares, seu decretorios, acutorum dies  
sunt

sunt impares, vt septimus; & alij chronicorum sunt pares, vt  
vigésimus. Obseruatum est per septennarium numerum vi-  
tæ humanæ cursum aliquas grandes perturbaciones, & pericu-  
la subire; item per nouennarium, inter quos periculōsissi-  
mi sunt quadragesimus nonus, qui constat ex septem septen-  
nijs, & sexagesimus tertius ex nouem septennijs, & octoge-  
simus primus, qui ex nouem nouennijs. Qui in locis mariti-  
mis viuunt, vbi mare crescit, & decrescit, ordinariè aqua de-  
crescente moriuntur, si morte non omnino violenta extin-  
guantur. Non solùm aqua maris in illo loco, cui lunare cor-  
pus imminet, intumescit, & reliquis partibus altior est, sed  
etiam hoc contingit sub illo cœli puncto, quod Lunæ è dia-  
metro opponitur, etsi illud cœli punctum perpetuò mutetur.  
Lumen censetur esse qualitas, quæ semper, & immediatè à  
suo principio pendeat, sunt tamen lapilli natura sua obscuri,  
qui luci expositi, si in obscuro loco collocentur, splendent,  
& sensim ad obscuritatem reuertuntur. Partus septem, no-  
uem, vndecim mensiū viuunt in pluribus regionibus, alij nō.  
Hæ occultæ proprietates ex tali circūstantia temporū, &  
locorum, & speciali influxu corporum cœlestium proueniūt.  
Cū Mariæ corpus singulari Dei cura formatum sit, emiser-  
er accepit quidquid cœlestes influxus, quidquid respectus  
tēporum, & locorum donare poterāt de accidentalibus per-  
fectionibus, quæ à Ioachimo, & Anna non poterant deriuari.  
Ideo Gerson serm. de Concept. ait, Mariæ in prima pro-  
ductione collatam omnem delectationē, omnem sanitatem,  
harmoniam, & tēperantiam complexionis; & tract. 4. in Ma-  
gnificat, ait de Maria mortali: *Iam dot es corporis gloriosi in-  
choabat, necnon donum Spiritus super corpus, & animam,  
vt esset inde corpus agile, & secundum omnes vires motiuas  
subtile, præterea non ita passibile, vt nostrum.* Quæ verba cū  
debitis limitationibus admittunt nonnulli; sicut & illa eius-  
dem Autoris sermone 3. de Cōceptione; *Maria particeps  
fuit in via vtriusque beatitudinis, via scilicet, & patriæ.*  
Dixerat paulò ante; *Si Maria beatitudo noscenda esset, tri-  
buendum illi quidquid in creaturis repertum viderimus.*

Plura huius coloris testimonia per hanc quartam  
partem passim referuntur.

§.



8. *In Christo, & Maria omnes reëtrices facultates, seu interni sensus perfecti in summo, ex quorundam*

*sensu.*

In Christo, & Maria potuisse omnes reëtrices facultates, seu internos sensus, quod idem est, esse summè perfectos, probant nonnulli. Pendet huius decisiõ ex illa, quæ traditur circa aliam quæstionem, qua rogari solet, an reëtrices simul lædantur cum memoria, an verò possit vna sine alia lædi.

Communis Medicorum assensus tenet partem affirmatiuam. Ratio est, quia memoria ab æstimatiua & imaginatio ab vtraque diuersum temperamentum pro suis actionibus exigunt: ergo potest vna lædi, si dispositio illi debita deficiat, bene se habentibus requisitis omnibus, vt operentur alię. Ita cum communi docet Petrus Garcia lib. de loc. affect. cap. 4. *Hinc infertur, implicare contradictionem, reperiri in aliquo omnes potentias reëtrices summè perfectas: nam si vna potentia ex istis ad perfectionem sui operis, requirit maiorem calorem, & alia minorem, cum in vna parte non sit calor remissus, & intensus, necessarium est, vt alterius potentia actus declinet à perfectione: nam ex parte organi ad perfectam apprehensionem requiritur humidum cerebrum; ad perfectam retentionem siccum, sed bæ duæ qualitates non possunt in eadem parte cerebri secundum mutuum excessum reperiri.*

Addit inferius. Vnde videtur, quod nec in Christo Redemptore nostro fuerunt omnes æquè perfectæ: neque hoc detrahit aliquid de summa perfectione naturæ humanæ eius, quia secundum eam naturam habuit omnia naturalia magis perfecta, quam alter homo purus. Non est tamen mirum ab aliqua creatura in aliquo excedi Iesum, quia habebat temperamentum magis accommodatum ad illam singularem actionem: verum si loquamur collectiue, omnia perfectis im quantum humana conditio permittebat, habuit Christus Iesus. Verum si quis probabile censeat, reëtrices esse in diuersis cerebri partibus, non repugnat esse summè perfectas in aliquo, quia non repugnabit diuersas partes diuersa illa temperamenta fortiri. Ex ijs probant nonnulli, posse in Christo, imò in quolibet alio homine reperiri summam omnium sensuum internorum perfectionem: primò, quia est probabile reëtrices esse in diuersis cerebri partibus, v.g. memoriam in posteriori, æstimatiuam in media, imaginationem in ante-

riori capitis parte, sed partes illæ diuersæ possunt diuersa temperamenta fortiri, ita vt sit accommodata temperies in parte capitis posteriori ad memoriam, in media ad æstimatiuam, & in anteriori ad imaginationem: igitur in summo perfectæ esse possunt in vnico individuo.

Et adhuc probant doctrinam, etiamsi omnes potentia sint exquisitè in qualibet cerebri parte, quia cum hoc stat, vt in determinata parte quælibet potentia vigeat: ergo si nõ repugnat diuersas partes (si in diuersis locis ponerentur reëtrices) diuersa temperamenta fortiri accommodata ad singularem actionem; etiam non repugnabit esse talia temperamenta in partibus, vbi singulæ magis videntur, ita vt absolutè in summo tam Maria, quam Iesus habuerint singulos internos sensus perfectos in summo: atque hanc doctrinam magis ego approbarem.

9. *Philosophica, & Medica quorundam opinio, de membranis, aut secundinis denegandis foetui in statu innocentie; & quid pro Christo, & Matre ante ortum statuunt*

Quæcumque in hoc numero dicentur, sumunt probationem à dicendis num. 11.

Probatum est à nonnullis, humanam prolem in originariæ iustitiæ statu, eodem die conceptionis animandam fore spiritu rationali, neque habere excrementa fecum, & vrinæ, imò nec sudorem: Quibus iactis fundamentis, quæruunt quorundam membranæ pro foetu credantur fuisse in felici illo statu. Inde contabit, quid dicendū sit pro expositione canonis Trullani ducentorum viginti Patrum, quem editio Vaticana expressit ijs verbis; *Absque vllis secundinis partum Virginis confitentes*: an scilicet duplex sordida secundina solum sit amouenda, an omnes; vel an vna dumtaxat concedenda sit: Nam & sancta Brigitta lib. 7. cap. 22. vnicam tantum secundinam, eamque valde nitentem, & mundam ab omni sordem memorat. In hac thesi pro Maria præ oculis habendum est, quod Salazar tomo de Concept. cap. 22. num. 25. ex Henrico de Hasia, & Dionysio Carthusiano docet, Deum ad Mariæ formationem in vtero supernaturaliter concurrisse: & ne consuetis mysterijs assueti, inferius quid attribuat Deiparæ, addit ibidem num. 11. & 12. ex Idiota, corpoream hominis inferiorem naturam, ex primitiuo peccato factam deteriorem

teriolem, & quod singulariter Maria adfuerit omnis gratia naturalium donorum; & ipsa habuerit perfectissimum, & pulcherrimum corpus, quod possit esse secundum statum viæ. Secundo expendendam est, an fuerit necessaria vena umbilicalis ad nutritionem fœtus.

Ad primum quæsitum respondent aliqui, supponendo primò varios multum processisse Autores: nam Arist. 7. de histor. animal. cap. 7. duas connumerat secundinas: item Vesalius in 2. editione lib. 5. cap. 17. duas membranas esse fatetur: & sequitur Ambrosius Pareus lib. de hominis procreatione, cap. 8. nam eandem reputat alantoidem, & chorion. Rursus Vesalius in hoc eodem loco docet totam inuolucrorum molem veteres Græcos chorion appellasse; veteres Latinos secundam, secundinamve, aut loculos; ut qui arbitrentur non plura; sed vnum inuolucrum fœtam circumdans.

Idem Vesalius 5. suæ primæ editionis cap. etiam 17. tria inuolucra fœtum ambientia cõstituit: primum appellat *chorion*, quod vocat carneam substantiam fungosam, & henis modo nigricantem, excipitque vasa ex utero, quia carnosa substantia est membranæ adnata. Secundum inuolucrum ponit esse membranam *alantoidem*, quia carnosa substantiæ est contexta. Tertium inuolucrum appellat membranam *amnicam*, id est, agniam, propter molliorem, & tenuitatem. Ita Realdus Columbus 12. suæ anathora. cap. 1. & plerique. Tota ratio huius opinionis est, quia est triplex vsus; ergo triplex membrana. Antecessens patet: nam chorion est, ut inferantur vasa, per quæ fœtus alimentum excipit, & spiritus, & ut per vasa ipsius membranæ alligetur fœtus matri ei; & etiam ut liberet uterum ab excrementis fœtus. Secunda tunica est facta ad vrinam recipiendam, & conseruandam, quia vtilius erat fœtum per umbilicum, quàm per consuetas partes lotium reddere. Tertia est ad recipiendum sudorem; nec enim conducebat hunc cum vrina in eadem parte commisceri: nam cum vrina sit acris, non poterat sine noxa tangere fœtum.

Secundo supponunt, omnes has membranas esse vnum corpus continuatum, ita ut non differant numero, sed solo officio. Ita tenet expressè Gal. 1. 5. de vsu part. cap. 5. quem sequitur Petrus Garcia disp. 70. de membranis, quibus fœtus in utero inuoluitur, cap. 1.

Dicunt

Dicunt ergo, in statu innocentie vnum tantum esse inuolucrum, quod recipiat venam, & arterias umbilicales, medijs quibus fœtus alligetur matri, & recipiat alimentum & spiritus à matre. Probant, quia distinctio membranarum solum in ex munere diuerso locatur ab auctoribus, iuxta quod diuersum manus expert fuerit, sæpè inuolucra contemplantes Medici, & Philosophi, secundum diuersas cellulas, quas vocant diuersas membranas: sed in statu innocentie, neque esset vna, neque sudor, ut tenetur communiter: ergo frustra nea esset illa circumscriptio inuolucri, seu distinctio membranarum: nam per vnã quidquid conducebat ad fœtus eom non licetatem accipi poterat. Quia omnia dum referuntur speculari debemus illud principium Suarj, tom. 2. in 3. p. disp. 18. lib. 2. Quod si quid perfectionis gratia in illo statu communicatum est Adam, non est denegandũ Mariæ, quod etiam ad corporalem perfectionem sæpè ipse extendit.

Si obijcias Aristotelem 2. de generat. animal. cap. 6. ita loquentem de membranis: *Omnes etiã fœtus, tũm volucres, tũm aquatiles, & pedestres prius modo membrana tenues ambiunt, separatis ab utero, & humoribus admixtis: ab utero quidem, ne sua duritie lædat, & ab humoribus, quia solent ad uterum confluere: & Gal. 1. 5. de vsu part. cap. 5. c. 1. ita: Quas natura, quæ ad etiam facere potuit, vniere voluit, ut quod roboris unicuique priuatim à se ipsa dærat, omnes à se se mutuo adipiscerentur. Dunc ergo plures membranae necessariae, propter hos fines. Respondent, sufficienter impediri contactum vteri, ut non lædat sua duritie perunicam tunicam; humores autem ad uterum non confluent, nisi in quantitate necessaria pro alimento fœtus in prædicto statu: namerat humorum symmetria, expultricis, & attractricis æqua, & iusta operatio. Et ita propter vsus ab Aristotele positos, non est necessaria in prædicto statu plura, quam vna membrana. Nec propter fines quos exhibet Galenus, quia in casu nostro validissima erat vnus membranae potentia, ut aliarum ope non indigeret.*

Si obijcias secundo, effusio serosi humoris; prodest valdè ad felicem partum: aliàs præcitate difficilis est, & laboriosus; ergo potius in illo statu oportebat esse aquam substantiam detentam, ut felicissimi partus acciderent. Respondent in statu innocentie non futuram dolorosum

n

par-

partum; sed placidè, & sine molestia egressurum infantem è  
valua: est enim primi parentis criminis pœna partus cum  
dolore.

Ex dictis datur ab ijs responsio ad id, quod secundò qua-  
rebatur. Dicunt enim cum distinctione respondendum esse:  
nam vas, quod à vesica puerorum terminatur in secundam  
unicam, scilicet inter *Alantoidem*, & *Gborion*. quod vas vo-  
catur *Vracos*, & cuius munus est deponi per ipsum urinam,  
non esset in dicto statu, quia non esset in illo vrina, sicut nec  
modo in auiibus: ergo neque vas ad eius delationem ieruens:  
esset tamen umbilicalis vena à iecore pueri deducta ad um-  
bilicum vsque, quæ est via ad sanguinem è maternis venis de-  
ducendum. Probant, quia in isto statu esset necessaria sangui-  
nis copia, vt nutriretur: imò, vt accresceret in magnitudinem  
notatu dignam. Dices posse elaborari in iecore pueri: Sed cõ-  
tra primo, quia etiam ad elaborationem sanguinis in iecore  
pueri esset necessarius sanguis maternus, vt materia: secundò  
non esset conueniens, vt in proprio fœtus iecore generare-  
tur sanguis, sicut probant rationes, quæ idem statuunt in na-  
tura lapsa. Essent etiam arteriæ duæ ex iliaticis deductæ, vt re-  
ciperet fœtus spiritus à matre, sunt enim valdè necessarij in  
prædicto statu, vbi sicut in nostro, non pullat fœtus in utero.  
At præter hoc maximum opus elaborationis in quantitate  
exigit spiritus actionem, quia licet in dicto statu omnes fa-  
cultates robustæ possent maximam illam elaborationem cõ-  
parare, hoc esset etiam per spiritus, quia illa esset actio verè  
naturalis, ad quam spiritus in quocumque statu concurrunt.

Fœtum naturæ integræ vnico die formarum, eodem ali-  
tum per umbilicalem venam, vnicâ solùm membrana obdu-  
centulum probant alij Doctores, ex suppositione à primis  
Patribus, & Scolasticis iacta, quod in eo statu, nec sudor, nec  
vrina haberetur (quia ex tribus secundinis duæ sunt pro sudo-  
re, & vrina, quibus expressi è fauet reuelatio sancti Brigitte  
allegata à Salmerone, tom. 3. tract. 33. & aliorum grauium  
Doctorum suffragium) incidit disquirendum in horum sen-  
tentia, numquid sine vlla membrana possit contineri intra  
uterum? Pro quo supponunt alij primò, non solùm varios  
extitisse Auctores in membranarum numero, vt supra ta-  
ctum est, sed etiam in substantia, & entitate ipsarum mem-  
bra-

brarum. Nam Arist. 2. generat. animal. cap. 4. vult mem-  
branas, non esse præter semen, quod intumescit, & inflatur,  
cuius partes extremæ refrigeratæ, seu exsiccatæ manent in  
formam membranarum, vel exsiccatæ calore, vel frigore cõ-  
cretæ, ita ut, sicut crusta panis est eadem substantiæ cum mi-  
ca, illa tamen præ calore tota circumdat panem, sic pellicu-  
la genita ambit semen, cuius pars est. Verba Philosophi  
sunt: *Et genitura ita se habet ad menstruorum naturam: ea-  
dem enim natura lactis, & menstruorum est, itaque coactis  
iam partibus corpusculis humor excernitur, obducunturque  
circum parte excrecente terrena membrana, tum necessa-  
riò: tum etiam aliquid gratia, nam & caliditatis, frigiditatis  
rei extrema succrescere necesse est, & animal non in hu-  
more, sed seorsim contineri oportet.* Aduert verbum, *non ne-  
cessario*. Idem tenuisse videtur Hippocrat. lib. de natura  
pueri dum ait: *Circum tenditur, quod forinsecus circum ipsa  
est, continuumque euadit, utpote viscosum existens, quemad-  
modum in pane, dum torretur, tenue quoddam pellicula spe-  
cie in superficie abscedit, ac extat, & in forma: genituræ au-  
tem calcifacit, aut flatæ ex toto pellicula forinsecus circudã-  
tur.* Dicunt alij fieri à facultate formatiua seminis, quia in  
ipsius virtute continetur quidquid prius producendum est  
antecedenter ad fœtum. Sequitur Andr. Laurent. 8. de re a-  
nathom. cap. 16.

Secundo supponunt fieri iuxta Aristotelem negantem  
semen fœmineum; ex virili semine in genere causæ efficien-  
tis ex sanguine menstruo, vt materia. Ita 2. animal. cap.  
4. & admittit Carrerius iuxta Aristotelem sic esse sentien-  
dum disput. 70. de membranis capit. 3. de principio effi-  
cienti: at iuxta Galenum dicit idem Carrerius fieri ex cras-  
sa parte seminis virilis, vel fœminei: quia cum vtrumque se-  
men sit eiusdem rationis specificæ, quodcumque potest esse  
materia.

Tertiò supponunt, quod membranæ fiunt post ali-  
quod tempus à retentione seminis. Probant, quia partes  
seminis crassiores, & corpusculæ secedunt ad superficiem  
uteri, & veluti concrescunt, & formantur, vt fiunt mem-  
branæ, quæ omnia tempore manifesto indigent. Et ita A-  
ristot. 7. de hist. animal. capit. 7. loquitur de tempore, quo  
fiunt membranæ: *Semen diu contentum in utero, membra-*

na obducitur. Vnde quando Gal. 1. de semine capit. 4. ait: *Membrana siquidem apparet, que foetum ipsam statim ubi primum conceptus est, siue multorum, siue paucorum sit dierum, vndequaque circumdat, ac continet;* tractat de conceptu propriè dicto, id est de secunda conceptione cum animatione coniuncta, non de prima ante animationem, quasi dicat: Cum primum conceptus est foetus, id est animatus, membrana obducitur, non quod foetus, & membrana simul fiant, sed quia tunc conspicitur: ita relatus. Carrerius. citato loco.

Quartò, supponunt non omnes membranas fieri simul, sed vnã post aliã in diuerso tempore: sic Aristot. 7. de histor. anim. l. capit. 7. *Primum intra vltimum inuolucrum animal gignitur; mox altera membrana obuelat.* Hippocrates non solum docet idem, sed etiam dicit primam generatam esse: *Chorion.* Ita lib. de natura pueri habet: *Cum autem tempus accesserit, rursus aliã pellicula intra primam pelliculam tenues, & multã circumtendunt eo modo, quò prima pellicula facta fuit.* Quod deducitur ex communi sententia auctorum, quia in chorion venæ, & arteriæ inferuntur, vt fluat sanguis ad sustentationem foetus, quia tunc temporis non sunt aliæ necessariæ, deficit enim vna, & sudor, pro quorum receptaculo creantur.

Ex ijs suppositionibus inferunt Doctores prædicti esse valde probabile nullam fore membranã pro foetibus in paradyso; & probant, quia in natura lapsa est retentio seminis ante productionem omnium membranarum, ergo in natura integra potuit absque vlla membrana semen retineri, coagulari, & figurari, & solidari cum ex potentissimis facultatibus celerius omnia perficerentur; ad nutritionem verò foetus, & alligationem cum matre sufficeret vena umbilicalis: & dato quod eiusmodi membrana, & falcix ad hoc solum formarentur, vt completentur genitura, ne fluida, & vaga massa disabertur: hi finis cessaret pro Christo, & Deipara, iuxta illa quæ relata sunt de vtriusque formatione. Secundo probant, quia nunc membranae successiue fiunt, pro ijs quibus tractu temporum successiue indiget foetus paruarim formandus, animandus, & figurandus, sed in statu innocen-

tiæ idem esset dies conceptionis, & animationis infantium, & figurationis solidæ ipsorum, nulla igitur tunc membrana desideranda erat.

Tertiò, quia ex doctrina Suarij tom. 2. in 3. p. disp. 13. sect. 2. opinantur nonnulli Christi conceptionem fuisse absque vllis secundinis, ac propterea sine nouo miraculo repertas non fuisse in Christi natali. Addit Suarius, hunc modum formationis exigere duo miracula, vnum circa alimentum foetus, quod ait cessare, si dentur funiculi, aut venæ umbilicales sine membranis; alterum, vt miraculose resoluantur superfluitates Christi nouem illis mensibus: verum nullum ex ijs duobus miraculis necessarium erat, non primum, quia per venam umbilicalem aptè nutriretur; non secundum, quia absque miraculo superflua indolentia, aut crassiora excrementa defuissent, iuxta inferens dicenda. Facile hæc cõcedere potuisset Suarius, ex hypothesi quòd esset miraculosa; nã vt ipse ibidem ait ex Caiet. secreta miracula, quæ aliena sunt ab omni suspitione, maximè decent Christum, etiam tempore infantie, propter Matris obsequium. Has sordes contentas in secundinis, pro Filio, & Matre negat S. Zeno ferm. 3. de Natiuit. illis verbis. *Non Filius, suis, aut Matris est vllis sordibus delibutus, neque enim rauerã aliquid circa se habere potuit immundum.* Similia habet S. Eligius ferm. de Purific. Vincentius Veluacensis lib. 3. spec. moral. p. 3. dist. 11. hæc ait. *Pœna peccati est, vt concipiat mulier cum immunditia, & foetore.* Pro Deipara similiter scripsit S. Ildesonus ferm. de Natiuit. Mariæ, dicens, Annam Deiparã genitricem nullam habuisse in partu immunditiam, quod inter effectus iustitiæ originariæ numerandum est. Dicitur de S. Edmundo in bulla canonizationis ab Innocentio III. & admittitur à Vincentio in spec. hist. lib. 3. c. 67. natum esse absque secundinis, & sordibus; sed hoc inter miracula referendũ est. Propter præmissa Philip. Fab. 1. in 3. dist. 3. disp. 12. c. vlt. post allegationem Conc. Trul. denegantis partui Virginis sordes, & secundinas, ait vel Christum non formatũ in secundinis, vel si fuit in illis formatus, extra illas, non eas rumpendo, exiisse.

Quartò probat, quia hæc membranae fiunt ex impuro sanguine matris, media autem, & reactione cum materia animanda; sed in formatione corporum Christi, & Matris hæc cessarunt omnia; ergo illæ non fuerunt necessariae. Iuuat Salm. tom. 13

qui est primus in epistolas, disp. 50. Mariam eximens ab omnibus sententijs aduersus originale peccatum 3. Gen. promulgatis.

Quinro confirmant ex canone Trullano 79. qui probatur in septima Synodo, act. 7. can. 1. in illis verbis; *Abique illis secundinis ex Virgine partum esse confitentes.* Et inferunt; *Non licere ex communibus & ijs, quæ in nobis sunt, inenarrabilem Virginis partum, quæ supra mentem, & sermonem Verbum peperit, describere metiri ac describere.* Vnde eadem Synodus interdixit fidelibus feruere de sacra, & nitente membrana. Legentius pro hac thesi Epiphanius lib. 3. contra hæreses, Nazianzenus in tragœdia *Christus patiens*, Cypr. serm. de Natiuit. Christi, Augult. 29. contra Faustum cap. 3. & 4. & lib. de quinque hæresibus cap. 5. quam sententiam veluti probabilem proposuit Suarez tomo 2. in 3. par. disp. 13. lect. 2.

Venam umbilicalem ad hoc potissimum dari, vt foetus prioribus mensibus possit per illam attrahere alimentum, quod ore nondum bene formato accipere nequit, docuere plerique Medicinæ Professores. Si Christus, & Maria, vt aliqui existimant, à prima die, ore nuterunt, non esset necessaria vena umbilicalis. Fauet huic existimationi Hippocrates libro de principijs, docens puerum in utero comprimentem labia sugere, & tum aimentum, tum spiritum trahere. Eauen expeditior est Philosophia, & Theologia, vt et à vena umbilicalis Christo, & Matri latentibus in maternis visceribus deferatur. Certe cum illa sola expeditius descendere, quod Salmeron tomo 3. de infantia Christi tract. 13. admittit illis verbis; Vt prius admittendum, Mariam in spiritu vidisse Ioannem semestrem genitum coram Christo, & Christum sedentem eum sanctificasse, & nominasse. Spinelus in throno Deiparæ, cap. 5. ex Carthus. docuit, Virgineam carnem, dulcem fuisse sortitam odorem: quod ex absentia secundinarum, & materiæ in illis, continendæ facilius ex prædicta suppositione pro Christo, & Matre posset intelligi.

10. *In statu innocentia, proximè ab ortu infantes, perfectè cognoscere, & expedite moueri potuisse, ex gratissimorum Doctorum sensu, & quid de infantia Christi, &*

*Matris statuunt.*

Iesum, & Mariam per scientiam ex sua natura adqui  
tamfi-

tam, & pendentem à sensibus, à prima cõceptione perfectissimè intelligere potuisse existimant graues Doctores; ad cuius thesi, intelligentiam, & probationem supponunt facultates, quas Medici vocant ministrantes, attractiuam videlicet, retentiuam, coctricem, & expultricem; necnon etiam ministratas, de quarum numero nutritiua censetur, cum sequantur formam, in Iesu, & Maria; habuisse totam illam perfectionem pro suis numeribus obeundis, quam illis potuit natura tribuere. Quo supposito, sic probant intentum. Quæ torporem, & hebetudinem inuehunt pueris in elicienda intellectione, sunt excrementa, & extraneæ substantiæ, quæ siue in cerebro generentur, siue transportentur aliunde, temperamentum valent euertere, & phantasmata offuscare; sed hæc impedimenta non inueniebantur in Iesu, & Maria tempore primæ formationis, ergo non est cur illis perfecta intellectio pendens à sensibus denegetur. Minorem probat, quia facultates ministrantes cum perfectissimæ fuissent, rectè summunus exercere; nulla enim defuit in munere, & officio, ad quod destinata fuit: vnde facultas concoctrix oblatum alimentum exactè concoxit, & præparauit, vt nutritiua illud conuerteret in substantiam aliti; præsertim cum alimentum fuisset purissimum Mariæ sanguis pro Iesu, & insolitum lac Annæ pro Maria; quæ duo erant valde defecata; & ab omni excremento aliena, ita sub proportionata quantitate, vt nihil superfluum superesset; & dato quod in vltima assimilatione aliqua pars superesset, quæ alimentum redderet dissimile, & quæ in elaboratione vltima deberet tanquam excrementum sequestrari, ea fuit in tam parua quantitate & admodò extenuata, & à calore naturali ita subtiliter disposita, vt facultas expultrix, cum fortis, & robusta esset, per intensiorem halitum eam ocysimè expelleret. Quare nullum potèst assignari impedimentum, ex quo à prima formatione Iesus, & Maria perfectam intellectiõnem non haberent. Præcipuè, quia Iesus in utero Virginis non per os, sed per venam umbilicalem alimentum desumpsit ex visceribus Virginis satis elaboratum, & excrementorum expert; non enim fuit alia nutriendi via, quam in Deipara, & Anna, & quolibet alio fœtu; hanc autem esse, per quam fœtus in utero alimentum sumat, irrefragabilis est fere omnium Medicorum sententia; quam tradit Hippocr. lib. de alimento, cum ait; *Antiquius alimen-*

*d' mentum per abdomen umbilicus, &c.* Et lib. de septimestri partu, & lib. de natura pueri. Aris. lib. de generat. animal. cap. 4. & passim, Gal. lib. 14. & 15. de usu partium, Andreas Laurent. lib. 8. historiz anat. tom. cap. 7. p. 24. Roaldus Columb. lib. 12. suz anathom. tract. de formatione fetus. Peramatus lib. de hominis procreatione cap. 13. & multi alij. Cū n ergo fetus nutriatur sanguine matris, nec specie, nec numero siue fo, ut dicti Auctores fateantur, & expressis Andreas Laurent. in fine capituli prælegati, & non solum fetus nutriatur sanguine matris, sed pariori, & perfectiori, iuxta Gal. lib. 5. aphor. comm. 60. & in lib. is de femine per plura capitula, quoniam questionem etiam disputat Peramatus, lib. citato cap. 16. Si igitur Iesus, & Maria, ex purissimo sanguine matrum in utero alebantur, & utriusque facultates in coquendo, & expellendo, minimum quod supererant poterant (quia perfectissimi) intensius iterum te, e, non apparet, unde excrementa supercrescere possent, quæ crebris temperamentum emittendo, & phantasmata obtenebrando intellectum impedire possent.

Deinde felicitas intellectus consistit in perfectione temperamenti, ut docuit Peramatus lib. de temperamentis cap. 22. at quis negabit Christi temperamentum perfectissimum esse, & pro intellectu appropinquat ex perfectissimum? Ricardus de Media villa in 2. dist. 20. q. 4. ait stultitiam humilitatem in organis, & commotionem, & nimiam humiditatem cerebri impedire distinctam intelligentiam, & relucetiam magnum in pueris, quæ Christi Domini cerebro in prædicta immietate sunt neganda. Inuar S. Antoninus 4. p. summe tit. 14. cap. 2. 3. docens perfectionem intrinsecam corporis lesu, quoad usum memoriæ, & membrorum, fuisse à principio inlitam. Aens 2. q. 95. illuminationem, & scientiam de fert pa uulis paradyi ab initio. Præterea Gal. lib. 8. de usu part. cap. 13. probat intellectum sequi, non compositionis varietatem, sed corporis, quod cogitat, atque intelligit bonam temperiem: lesu ergo & Mariæ corpora, cum optimam temperiem adepta fuerint, optimam intellectum sortita fuerunt. Si igitur in principio formationis, non solum in acta primoracione animæ, cuius potentia est, sed ratione perfecti omnis sui temperamenti habuerunt perfectissimum intellectum, benè inferitur à prima formatione intelligere: temperamen-

ta namque quò perfectiora sunt, eò minùs habet spurcitiæ, & extraneæ, ac extrinsecæ substantiæ, quæ possit operationibus obtare. siue temperamento autem nihil animam operari dicit Gal. lib. de substantia facultatum naturalium. Tam sim hac attentius cogitantes prædicti Auctores, nullam se farentur inuicem philolophandi rationem, propter quam non asseneranter possint defendere æquè perfectam discursum, æquè que perfectam intellectum in instanti formationis habuisse Mariam, & Iesum, ac in reliquo suæ vitæ tractu, quippe quòd ex parte potentia eadem existit essentialis perfectio: temperamentum ve o idem perseverat, quoad instantiam, & prout cerebro debetur ad ea munera obtinenda. Facultates itidem naturales ad perfectè coquendum & expellendum, siquæ superfluerent, eandem seruant perfectionem; potius si aliqua superfluitas posset intellectum hebetare, ea esset in vitæ decursu, & non in prima formatione, ex improportione, & impuritate obiecti: in hac enim nutritio facta fuit ex purissimis sanguinibus, ex quibus ferè nihil restat non confectum; in illo verò ex pane, & alijs crassioribus edulij, ex quibus coniectandum crassiora superesse excrementa, quæ adhuc non concedunt ijs Auctores, propter robur facultatum in coquendo, & expellendo. Supponit ex præcedentibus, Iesum, & Mariam ab initio suæ conceptionis verum, & perfectissimum habuisse discursum, per scientiam pendentem à sensibus, iuxta quod etiam tenentur dicere exactissimum, & purissimum ab omnibus extrinsecis possessisse cerebrum; tum in debita intrinsecæ temperie, tum in debita quantitate, figura, & situ, atque número partium cerebri, quoniam licet vnica ex dictis partibus sensationem eliciat internam sensuum, & menti: (cerebrum nempe) attamen omnes suo modo conducunt, quia concedendum est, vnã partem similem actionem omnem elicere; reliquas verò organi præstare usum, iuxta Galenum lib. de differentijs morborum, cap. 6. & 2. methodi cap. 6. Quod confirmatur, & simul expenditur verbis Galeni, 1. de usu partium, capite octavo, vbi dum explicat quandam Hippocratis sententiam, qua dixit, *Particule omnes corporis sibi inuicem compatiuntur, consentiantque*: id est, in finalitatem vnus operationis omnes conspirant: ita scribit;

*Vt oculus organum est visorium, ex multis constans particulis, quas omnes ad unam operationem, scilicet visionem conspirantes obtinet; quasdam enim habet, per quas videmus, quasdam sine quibus videre non licet, alias gratia videndi melius, alias ad harum omnium conseruationem. Igitur ad perfectionem cuiuslibet actionis requiritur necessario omnes instrumenti partes debita sanitate constare. quantitatis, numeri, situs, & figuræ: quia omnes commoditatem præstāt ad actum, licet actus ipse ab vna similari prodeat.*

Ex dicta suppositione, quæ arguit in Iesu, & Maria summam omnium partium capitis præstantiam, videtur colligi reliquas omnes totius corporis partes eadem sanitatis perfectionem adeptas fuisse, quoad intrinseca, quatenus conducebat ad operationum præstantiam; ita ut hæc consequentiæ teneant: Iesus verè discurrit in ipso suæ conceptionis instanti: ergo habuit perfectissima capitis organa; sed hæc simul exposcunt per naturalem connexionem perfectionem organorum totius corporis: ergo in instanti, quo conceptus est summè perfectus extitit in debitis numero, quantitate, situ, figura, temperamento, totius quoad intrinseca, ad perfectionem actionum omnium.

Hæc doctrina latissimè poterat probari ex doctrina Doctoris Michaelis de Barreda, primarij Cathedralici Medicinæ in Complutensi Academia, in manuscriptis publicè traditis circa essentiam ætatum: dicit enim, ipsas constitui per manifestationem temperamenti naturalis, quod quasi latet in nobis, propter prohibens, & impediens, nempe propter partes crassas, aqueas, & terreas, quæ in vtero matris simul cum partibus viuentibus commixtæ remanserunt ex primis elementis, ad quæ tandem reducitur, & deducitur viuens propter resistantiam materiæ, vel debilitatem facultatis infantis, & atrahentis nempe, retinentis, coquentis, &c. Tunc sic. In Iesu hæc ratio non militat: ergo ætas perfecta sociavit illum illicò ac cõceptus est, vt verè intelligeret, firmiter discurreret, moueretur, sentiret; & quantum spectat ad naturales operationes, coqueret, &c. licet nihil ex ijs in infantia præstiterit, ne corpus phantasticum videretur. Minor probatur, quia ex purissimis sanguinibus beatissima Deiorum elaborata est dicta materia valida, & sanissima facultatum ministrantium, & ministratarum ministerio: ergo

nullæ partes remanserunt inuictæ; ergo apparuit viuens omnium cruditarum immune, & ab omnibus excrementis actionis perfectionem retardantibus liberum.

Probatum iterum ratione superius insinuata, eam magis ampliandò, & confirmandò: nam particule omnes corporis sibi inuicem compatiuntur, consentiuntque; ergo est impossibile vnā perfectissimam existere, si aliæ sint imbecilles, aliàs dissentirent. Consequentia constabit magis ex dictis. Antecedens sunt verba Hippocratis, allata à Galeno, 1. de vsu partium, cap. 8. & clarius alibi idem Hippocrates libro de alimento, per hæc verba: *Conspiratio vna, confluxus vnus, consentientia omnia.* Et si ossa plusquam ducenta, & totidem sint humani corporis cartilagines; quamplurima ligamenta; pene innumeræ membranæ, tubi arteriarum, venarum myriades, nervorum plusquam triginta paria, musculi ferè quadringenti, viscera totius corporis officina gradualis, & subalternata facultatum serie operantia; tum chylum ad sanguinem; tum sanguinem ad nutritionem, tum spiritus ad omnes corporis actiones fouendas: inter hæc plurima, & diuersissima, est confluxus, verum & inter facultates distinctissimè muneris factrices, inter atrahentem, quod vtile; repellentem, quod nocuum; retinentem, quod commodum; coquentem, quod dispositum; commutantem, quod necessarium. Consequentia roboratur auctoritate Galeni 1. acutorum, comment. 1. *Aliqua facultate existente debili, reliqua trahuntur in consensum: quam expendere facile erit ex dictis.* Secundò id probatur in aliquibus morituris, de quibus Avicenna Fen 1. lib. 4. tractatur 1. cap. 4. *Et multoties quidem accidit apud mortem dispositio, quæ est sicut declinatio, & est, quasi ager euaserit.* Vna ex rationibus huius falsæ declinationis adducitur à Petro García Carrera, super Avicenna loco citato; quia cum partes præ imbecillitate non operentur, non fit ad omnes superiores, & inferiores vaporum transmissio, vt his labefactentur: ergo si in vicinitate interitus, mortis cognitio latet per defectum communicationis partium ad inuicem, sanitatis tempore elucescet incommodum ex imbecilla parte ad validam transfusum; ergo data hypothesi, quod supponatur perfectissima alicuius partis organizatio, necessario fatendum est reliquas eodem præstantie organizationis gaudere privilegio, aliàs perfecta

trahetur

trahetur in consortium partium debiliū.

Superest, quæ hætenus dicta sunt testimonijs Docto-  
rum pro ita uimocentia, & pro corporibus Christi, & ma-  
tris in infantia consistere. Ex istis Salmeron, tomo 5.  
de infantia tract. 10. ait accelerationem vsus rationis in  
Ioanne fieri potuisse corporis membris, & organis ad exer-  
cendam rationem dispositis, & accommodatis, vt in pueris  
grandioribus accidit, ipse tamen existimat verisimilius es-  
se species diuinitus accepisse, quæ instrumentis corporis  
non egerent, vt Angeli, & animæ separata. Verum si de-  
pendenter à sensibus, & phantasmate infans Ioannes intel-  
ligeret, necessariū credit Salmeron, vt immutatio mag-  
na in temperamentum cerebri resuleret, ac proinde in  
reliquū corpus, & sic opinari tenetur Cardinalis Tole-  
tus in 2. Luer, annotat. 86. dicens, Iesum non fuisse infe-  
riorem A amo, sed à primo instanti Dominicæ incarnationis  
vsū fuisse, etiam scientia per accidens infusa depen-  
dente à sensibus. Snarius tomo 2. in tertiam partem,  
disputatione 4. sectione 7. ait potuisse Deum phantasmam  
Virginis inuicem ita confortare, vt fidei cognitionem à  
sensibus pendente perfectè eliceret: Eò sanè in casu  
quæcumque phisicè, & medicè, nuper retulimus  
vim suam haberent. Sic tenetur opinari Gabriel Vaz-  
quez tomo 2. in 3. p. disputatione 219. capit. 4. & 1.  
part. disputatione 134. cap. 3. docens Mariam depen-  
denter à phantasmate, & non aliter à prima concep-  
tione intellectiones elicuisse: Salazar tomo de conceptione  
capit. 32. vtramque cognitionem Mariæ defert à primo  
die formationis, & eam, quæ pendet à sensibus, &  
eam, quæ sensibus non connectitur. Similiter opinari  
debent quotquot Christo Deo ab initio conceptionis  
sue attribuunt omnem scientiam adquisitionem per accidens  
infusam habuisse, quæ opinio valdè communis est, eam-  
que probabilem esse docet Granados in 3. p. controu. 1. de  
Incarnatione disputatione 4. sect. . addit verò sect. 3. in in-  
fantia, sine miraculo intelligere non potuisse Iesum depen-  
denter à phantasmate. Quod qua ratione limitandum, aut  
accipiendum sit ex philosophia superius declarata Docto-  
res illustrant.

Fir-

Firmatur hic sensus auctoritate antiquorum Scholasticorū,  
qui existimantes infantes Paradyfi à prima formatione, &  
conceptu perfectam intelligentiam phantasmati contextam  
habuisse, docuerunt corporis temperamentum fuisse accide-  
ntaliter perfectius, quam in statu naturæ lapsæ, itaut expedi-  
rè moueri possent immediatè post ortum. Sic Alexander A-  
lensis apud Dionysium in 2. dist. 20. q. 2. statuens infantes  
Paradyfi potuisse gradi matres sequi, pedem figere, & natu-  
rales habere vsus membrorum: idem sentit Petrus de Taran-  
tasia allegatus ab ipso Dionysio. Ioannes Bassoies in 2. dist.  
20. propter reuerentiam Augustini, ait se opinari, mox natos  
pueros ambulaturos in Paradyso, & problematicè tunc  
perfectum vsū membrorum, & perfectam ipsorum intelli-  
gentiam, Mars. in 2. q. 13. ait nimiam humiditatem cerebri  
impedire à perfectione phantasmatum ætatem infantilem:  
hac deficiente paruulos perfectissimè intellecturos quoad  
vsū: ibidem art. 3. omnibus pensatis problematicè docet,  
& doceri permittit infantes Paradyfi proximè post ortum  
habituos vsū perfectum membrorum. Estius in 2. dist. 20.  
§. 4. loquens de statu innocentie ait, verisimile est eosdem  
paruulos habituros fuisse vsū omniū suorum membrorū ad  
actiones illis copulatas necessarias, & refert pro hac  
mente S. Augustin. lib. 1. de peccatorum meritis capit. 37.  
38. & Alexandrum Aensem, & statuit pueros proximè ab  
ortu ambulaturos, & loquuturos, vnde ait nō essent proprie  
infantes. Idem docet Angles in 2. dist. 20. differ.  
8. conclus. 1. & different. 9 & 10. Hæc non quia diffi-  
cilter nunc intelligantur repellenda sunt, nam quod dixit  
Alensis 2. p. o. 95. quia sumus in statu caliginis, assueti mi-  
serijs non concipimus mente perfectionem corporum Pa-  
radysi. Cū igitur Christo Deo, & matri à plurimis, &  
grauissimis Theologis tribuatur ab initio conceptionis  
perfectissima intelligentia pendens a phantasmate, necesse  
est, vt omnia quæ ex philosophia, & medicina producta sunt  
admittantur, & vtrique deferatur proxima possibilitas mo-  
tus expediti, & perfectio accidentalis multò sublimior, quā  
ceteris, quoad temperamenta, & functiones membrorū. Propo-  
nūt ij eā comunē Theologorū sententiā, quā sectatur Pala-  
cios in 2. dist. 20. dif. 4. dicēs in statu innocentie sine labore  
infantes nutriendos, non inuolundos crepundijs, non facijs  
li-



ligandos, vt modo, similiter opinatur in 2. Lucae Maldon-  
docens debitam infanti Iesu curam fasciandi, eam tamē pro  
constringendis membris, atque firmandis, ne enormiter flue-  
rent, aut dissoluerētur non fuisse necessariam. Ex ijs princi-  
pijs docent, quod Iesus in eo instanti, quo conceptus est, per-  
fectissimē fuit formatus, vt moueri potuisset, perfectissimē  
si voluisset: nam, quod vt ait Vinc. ex Guilel. lib. 3. cap. 78.  
speculi natur. *Animalia cetera ex quo nata sunt, stant, &  
incedunt, homo verò nec stare, nec incedere potest, quia nu-  
tritrus est sanguine menstruo, & corrupto.*: rationem non ad-  
mittunt, quoniamquam verissimum credunt Christum ex puris-  
simo sanguine, non menstruo fuisse formatum, & nutritum.  
Intrinsecè (vt iijaiunt) illius partes, & musculi, adeo bene  
constituta ab initio, vt in nullo vitæ suæ tempore intrinsecè  
magis perficerentur. Hæc dignitas fuit illi debita per neces-  
sariam perfectionis connexionem suppositis ijs, quæ sacro-  
sancta Concilia, & Patres, declararunt: interim huic sensui  
inhærent, prout continetur illis verbis. Alberti Magni, quæ  
sua fecit sanctus Antoninus 4. p. summæ tit. 15. cap. 23.  
*Conceptus est Iesus vir perfectus in naturalibus. Aij pueri  
per plures annos manent, antequam intelligant, vel loqui pos-  
sint, vnde & infantes dicuntur, sed subito Christus concep-  
tus habuit completum vsum rationis, & memoriæ, tenacis-  
simam, intelligentiam acutissimam, loqui perfectissimē po-  
tuisset, si voluisset.* Abul. in tra. super ecce virgo concipiet,  
sic ait: *sciebat Iesus in infantia formare voces, sed non for-  
mabat, ne manifestus partus videretur.* Simul pro his na-  
hent illa verba Hieronymi in 31. Ieremæ de Iesu. *Perfectus  
vir in ventre femineo,* & illa Alberti Magni in 3. dist. 2.  
*Formatus, Christus debitis lineamētis præter incrementum;*  
& illa Bernardi honu. 2. super Mattheum est. *Christus à princi-  
pio perfectus vir erat, maturitate sensuum, non corpulentia  
membrorum;* & illa Brigittæ lib. 7. cap. 12. *Credibile fore  
dignoscitur, quod Maria filius statim perfectum sensum ha-  
buit, quando in utero eius humanatus extitit.* Quæ omnia de  
Christo Deo dicta, quoad corpus tuentur esse ipsissimam me-  
tem. D. Thomæ, & S. Bonaventuræ, & plurimum e. societate  
Iesu cum Francisco Suario. Simile asseritum defendunt pro-  
sanctissima Virginis corpore, vt cōtinerent in illis verbis Ia-  
cobi de Voragine, Dominicanum sermone tertio de Natali  
Dei-

Deiparæ. *Corpus Deiparæ ab initio fuerat firmiter compa-  
ginatum, Dei sapientia prudenter temperatum:* & in alijs ver-  
bis S. Brigittæ, sermone Angelico de Virginis excellentia  
cap. 1. *Maria tam gracilis erat, quod in aluo matris facili-  
ter versabatur.* Siliceus Archiepiscopus Toletanus super  
Magnificat perfectam cognitionem attribuit Deiparæ ab  
ipso conceptionis instanti ijs verbis. *Magnum est, quod in  
ipsa mea conceptione tantam humilitatē seminauerit. Deus:*  
quæ cognitio habilia membra exposcit ad motum, vt in hoc  
numero probamus. Consequenter sacra virgo templi gradus  
robore naturali firmiter ascendit, cum duorum tantum es-  
set annorum, & vix trium mensium acceptant, vt sua ea ver-  
ba S. Antonini 1. p. historia, tit. 4. cap. 6. *Maria triennis si-  
ne cuiusquam auxilio ascendit omnes illos gradus, vt nihil  
perfectæ ætati, deesse putaretur, & 4. p. summæ tit. 15. cap. 6.  
Maria paruula trium annorum per se ascendit, & creta est  
per quindecim illos gradus.* Illa verò, quæ refert, & sequitur  
Vincentius lib. 6. speculi historialis cap. 66. *Cum esset vir-  
go Maria trium annorum, ita maturo gressu ambulabat, &  
perfectissimē loquebatur, quasi iam esset triginta annorum*  
plures limitationes, & declarationes desiderat. Atque id in  
vniuersum medicè defendunt pro omnibus, & singulis infan-  
tibus, qui in Paradyso nascerentur, verba Anselmi in Eluci-  
dario *Infans in Paradyso mox, vt nasceretur ambularet, &  
absolutè loqueretur;* & alia in quibus D. Augustinus, ita ex-  
pressè ait futurum robur, & motum membrorum in pueris  
recens natis status innocentia, vt Suarius lib. 5. de opere  
sex dierum cap. 5. statuat nulla expositione ab hac senten-  
tia eximi posse Augustinum. Hanc mentem à D. Thoma, vt  
probabilem scriptam, & problematicè defensam in senten-  
tarijs ad Ambaldum 2. dist. 20. art. 2 & 3. vt probabilem  
tuentur prædici Doctores. Plures, qui è familia seraphica  
S. Francisci cum D. Bonaventura & plures, qui ex illustris-  
sima familia Prædicatorum cum Nicolao de Cusa, & plures,  
qui ex Societate Iesu cum Suario, & Vasquio tribuunt Ma-  
riæ Deiparæ vsum rationis pendentem à phantasmate ab ini-  
tio conceptionis, debent illi tribuere habilitatem ad perfe-  
ctum vsum membrorum, & memoratiuæ, & imaginatiuæ, &  
cogitatiuæ facultatis, quæ organis corporalibus vtuntur  
verba D. Thomæ sunt art. illo 3. *Si pueri mox nati vsum*

membrorum habuerunt patet, quod habuerunt perfectum v-  
sum in nouitate & imaginatiua. & cogitatiua, quae organ-  
is corporalibus utuntur. & sic nibi fuisset, quod rationis  
vsum impediret: si verò vsum membrorum non habuissent ex  
impedimento actus praedictarum virtutum impeditus fuisset  
actus rationis. Item a Ricardus de Mediavilla in 2. dist.  
2. p. q. 4. Muris in 2. q. 13. Atque idem omnino ex facio D.  
T. in e iudicio tui debent innumerari Patres, & Scilicet alii  
ex omnibus familijs, qui cum Madonna in 2. Lucae vident  
Christum Iesum à primo instanti habuisse scientiam perfe-  
ctam omnium rerum per accidens infusam, id est à phantasma-  
tate dependentem, & nunquam in hac scientia creuisse, aut  
aliquid de nouo adquire. Haec consequentia sunt valida in  
Philosophia, & Medicina; Christus Iesus, & Maria à primo  
conceptionis momento, verè, & exactè discurrebant per  
scientiam à phantasmate dependentem, ergo habuere perfectis-  
sima organa capiendis; ergo simul per naturalem connexionem  
omnium organorum totius corporis perfectionem habebat  
in mensura infantili: ergo in instanti, quo primum concipi-  
tur summè perfectum erat vtriusque corpus. Particulae om-  
nes corporis, ita sibi inuicem compatiuntur, consentiuntq;  
vt impossibile sit vnā perfectissimā existerē, si aliae sint  
imbecilles. Ita sub alternatur facultatum series, vt impossi-  
bile sit Mariae, & Iesu in primo instanti fuisse confortata  
phantasmata, vt sapissimè, ex scholasticis pluribus loquitur  
Suaris, quin simul ex eodem privilegio partes reliquae si-  
mul confortatae fuerint, & eadem praestantiam organizatio-  
nis habuerint: Omnia quae circa motum infantium dicta  
sunt probantur à simili; nam, plura animalia praedita muscu-  
lis, humoribus, & carnibus specificè, aut individualiter im-  
perfectioribus, celeriter mouentur duobus, aut tribus men-  
sibus post ortum, ergo id denegari non debet humanis corpo-  
ribus ante peccatum quorum materia in omnibus, & singu-  
lis purior, & limpidior, & maturior erat primo die natiuitatis  
suae, quam reliquorum animalium bimestrium, aut trimestriū.  
Iuuat, quod scripsit Mendocia 1. Reg. 1. num. 22. & Dionysio  
Carthus, Samuelem in aetate infantili vires administrandam  
diuinitus accepisse, & quod Bonifacius 9. in Bulla canoniza-  
tionis sanctae Brigittae, ait ipsam triennem non balbutiendo  
completa, & formata verba in posterum edidisse cum annis  
tri-

tribus fuisset elinguis; & simul ostenditur facilius fuisse, sup-  
posita corporis, & temperamenti puritate, & perfectione  
summa: Deipara à primordijs, vt quindecim gradus templi  
celeriter percurrerit, cum necdum viginti septem menses ae-  
tatis suae compleuisset. Haec faciliè intelliguntur ex vulgato  
illo principio, argumentis, & testimonijs pluribus in prae-  
missis stabilito, quod tradidit etiam Gerson tract. 5. in Ma-  
gnificat. illis verbis; *In Maria fuit status naturae integræ  
primitus institutae*: cui subscribit Palacios in 3. dist. 3. disp.  
1. allegans Fabrum, Maiorem, & alios; & addit, Sophroniū  
in sua synodica stabilire originalem iustitiam Virginis: & ex  
alio, quod tradidit Ricardus de Mediavilla in 2. dist. 20. di-  
cens ex mente Augustini lib. de baptismo paruulorum, esse  
effectum peccati originalis, pueros recens natos non habere  
nunc perfectum vsum membrorum. Conclusio adductis ver-  
bis Alensis 2. p. q. 95. membro 3. *Absurdum videtur pone-  
re, quod rationalis creatura, quae nunquam fuerit vitio in-  
curuata, sed praedita rectitudine iustitiae originalis, aliquan-  
do modo bestiali contra vsum naturae propriae ambularet, si-  
cut faciunt modo paruuli, qui manibus, & pedibus ambulantes,  
se de loco ad locum transferre.* Et paulopost. *Nec istud  
sentire de statu illo debet difficile videri, cum multa maiori  
admiratioe digna ibi accessissent, vt paruulos in aetate teneri-  
sima sine veste vel indumento pariter, & tecto, absque omni  
difficultate & feliciter viuere, sine strato & stramento sede-  
re, & decubare, & alia multa huiusmodi, quae nos latent, &  
vix creduntur talia, quia horum contraria consuetudinis sunt.*  
Et paulopost. *Si autem obijcitur, quod ab eadem imperfectione  
incepit statura tunc, & nunc, ergo ab eadem imperfectione  
incepisset virtus tunc, & nunc.* Potest responderi, vel per in-  
teremptionem, quia perfectioris statura fuissent tunc quam  
nunc, vel per dissolutionem similitudinis, quia licet consimilis  
esset capacitas uterorum maternorum tunc & nunc; propter  
quod oporteret tunc natos & nunc, ab eadem imperfectione  
staturae incipere, non tamen fuisset consimilis virtus in corpo-  
ribus status illius, & istius, quia virtus naturalis fuit fortior  
tunc quam nunc: sic nec tantam recipit nunc virtutem cor-  
pus à sua regitrua, id est anima, quantam receperat tunc. Et  
paulopost. *Et si paruuli in illo statu essent edentuli, & indi-  
gerent alimento matrum lactis, non propter hoc sequeretur,*

quod carerent usu pedum, vel manuum: videmus enim pullos animalium indigere huiusmodi alimento, non tamen carere usu pedum. Vnde ista non consequenter se habent, uti lacte materno, & carere usu membrorum. Alio modo potest dici, quod non nati fuissent edentuli, sed muniti dentibus, sicut multi fetus brutorum. Omnino enim absurdum videtur, quod corpus illud, in quo omnia corpora animalium habent completionem, deficeret ab aliqua perfectione quæ in corpore animalis reperitur, sine demerito peccati.

II. De corporibus status innocentie, & Christi, & Deiparæ, qui probent, & quibus argumentis non habuisse sordes ex alimento, & potu, nec sudorem aquosum.

Proponitur, qua via philosophicè, medicè, & theologicè defendi queant sequentes propositiones grauißimorum Patrum, Scholasticorum, & aliorum doctrina, & sanctitate præstantium.

S. Thomas in 3. Genesis, loquens de hominibus in Paradyso. Si opponitur de meatibus, & facibus, dico, quod forte alimentum ita sumeretur, quod totum assimilaretur; & si esset impurum aliquid, per subtiles euaporationes emitteretur: item si esset grossum, posset esse odoriferum; & dato quod non emitterentur meatus, non essent superflui. Iuxta hanc doctrinam Diui Thomæ exponi potest Anastasius Synaita, libro cui titulus *Vie dux*, admittens in corpore Iesu, ex cibo, & potu superfluitates: verum illas insensibiliter, aut sine indecentia emitteret. Confirmant doctrinam Diui Thomæ plurima quæ scribuntur ab Alberto Magno, libro 4. Meteor. tractante de digestionem, & indigestione, de mollicabilibus, comminubilibus, frangibilibus, scissibilibus, vaporatiuis, & ostendunt insensibiliter euaporari, & euanescere potuisse sine fœtore quod terreum erat, & inconuertibile cibi, & potus.

Et I p. 9. 94. arr. 3. Oportebat superfluitates emitti: tamen fuisset diuinitus prouisum, ut nulla ex hoc indecentia esset.

Albertus in 2. dist. 20. artic. 5. *Quædam resolutiones attestantur superfluitati corrumpenti, vel debilitati retentiue virtutis, & illæ non fuissent in primis parentibus, sicut pollutio menstruum, sudores, & huiusmodi* De cæteris excrementis sub formidine ait, quod essent, verum sine pudore, fœto-

re, & fœditate, ijs verbis: *Quædam autem resolutiones sunt naturales, ut stercus, & urina, & sputum, & huiusmodi fuisset, ut patet, tamen sine pudore, fœtore, & fœditate, & per hoc patet solutio, quod sic habere resolutiones non est pœna.* In summa Theologica tract. 13. quæst. 78. in fine sic ait de statu innocentie: digestio fuisset, & impuri egestio; sed hoc sine immunditia putrefactionis, & fœtoris resolutum fuisset, ut dicunt sancti.

Alexander Aletensis part. 2. quæst. 94. secundum alios, 89. memb. 1. ad quintum. *Quædam superfluitas venit ex debilitate virtutis contentiue, & conuersiue; sicut rheuma, & sudor, & talis non fuit in primo homine in illo statu, & hoc propter excellentiam virtutum naturalium existentium in ipso. Quædam venit ex nutrimenti qualitate, qualis est illa, quæ est egestionis, & vrinæ, quæ fit per separationem puri ab impuro, & hoc fuisset in homine illo, si steteret; sed non in immunditia, & corruptione, in qua est modò.*

S. Bonaventura in 2. distinct. 20. & S. Thomas ibidem, negant sudorem, & rheuma in Paradyso. Addit sanctus Bonaventura, alimentum, & potum conuertenda, & resoluenda sine fœtoris corruptione, in attestacione virtutis, & potentie conuersiue, & puritatis nutritiue. Quod ibidem refert ex vasis, & intestinalis, & voraminibus probari aliqua esse excernenda; idè aliquos non vrget, quia etiam in Paradyso, iuxta Bonauenturam, essent receptacula, & pori pro sudore, nec tamen esset ibi sudor, quemadmodum ipse Bonauentura, Albertus, & D. Thomas profitentur.

Ricardus de Mediavilla in 2. dist. 20. ait, numquam hominem in statu innocentie habiturum semen, vsque ad tempus generationi opportunum; vnde inferunt alij, nunquam habiturum excrementa crassiora, quia illa ad nullum finem essent necessaria.

Marsilius in 2. quæst. 12. part. 3. negat superflua mali odoris ex alimento in Paradyso, ne vexaretur olfactus; quæst. 13. iterum probat, nullam fore indecentiam excrementorum, nec odorem molestantem in Paradyso; imò addit feces ad nutritionem ineptas vitalem odorem, & conuenientem ratam habituras.

Ioannes Aquilanus vulgò Scorellus dictus, in 2. distinct. 20. negat in statu innocentie omnem superfluitatem humano

humano corpori, & vt admittat semen pro eodem statu, ait illud non esse superfluitatem: quod etiam de Semine docuit Ouandus in 2. dist. 20. Pro cæteris excrementis instituit diuisionem; nam purgatio ventris (inquit) tripliciter contingere poterat: primò sine fœtore, vt in arboribus eliquatio fit; deinde per exhalationes, & euaporationes; tandem cibus propter puritatem suam potuisset aptus esse, vt integrè conuerteretur.

Æzidius in 2. distinct. 20. art. 2. ad 4. negat in Paradyso superfluitates sudorum, & fæces fœtidas, & immundas esse.

Scotus in 3. dist. 16. dubitat, an Iesus inciderit sibi vngues, aut capillos.

Abul. in 23. Deuteron. q. 4. cùm statuisset vacationes aliquas esse de necessitate singulorum hominum in natura lapsa, subdit: *Non id dico de homine Christo, qui assumpsit naturam qualiter voluit.*

Santa Brigitta lib. 4. cap. 40. sic ait: *Nunquam super Iesum vermis venit, non perplexitas, aut immunditia in capillis.* Et in reuelationibus extrauagantibus: *Maria sic differetè gubernauit corpus suum, vt non frangeretur aliqua superfluitate.* Et in sermone Angelico, cap. 13. *Diuina charitas corpus Virginis fortificauit.* Numerat tres radices fortitudinis corporeæ: prima, fortitudo discretæ abstinentiæ; secunda, fortitudo temperantiæ vigiliarum; tertia fortitudo fortis complexionis corporis Virginis. Libro 1. cap. 2. de Ioanne Baptista ait: *Non ultra mensuram perceptibilem suscepit vitæ necessaria, nec vnquam seminarius humus de corpore eius exiuit.*

Apud Cornelium Exod. 16. Lorinum Sap. 16. Abulens. in 20. Numer. existimant toto quadragenario peregrinationis Hebræorum in desertis, non creasse excrementa crassa, nec habuisse stomachi grauedinem. Id si de solis iustissimis viris, aut cum limitatione alia personarum diceretur, fortassis esset verisimile, & probabile; sed vniuersaliter pro omnibus dici nequit, propter clausulas quæ repugnant Deuter. 23.

Hesichius orat. de Deipara, ait illam non fuisse passam ea, quæ mulieribus accidunt: vnde non leue argumentum desumitur ad negandas alias etiam fæces; cùm vtrumque pertineat ad superfluitates communes omnibus mulieribus.

Licèt

Licet, quòd Hieronymus epist. ad Pamachium scripsit Israeliticum populum annis quadraginta peregrinationis, nec vnguium, nec capillorum incrementa sensisse, nec indiguisse tonsoribus, mirabile est fortassis inter miracula numerandum; at idem effectus absque miraculo contigisset in Paradyso propter radicales prærogatiuas, & intrinsecas corporum ex beneficio iustitiæ originariæ.

S. Anselmus in summaria vita Christi, & Nicephorus lib. 1. capit. 7. aiunt numquam Iesum barbæ, aut capillorum: tione indiguisse, aut vsum fuisse.

S. Damascenus orat. 2. de dormitione Virginis hæc scribit: *Etiam post discessum è vita immaculatum, ac spurcitiæ expertum Maria corpus.* Illa particula *Etiam* ostendit Damascenum credidisse in vita nullam spurcitiem alijs corporibus communem attingisse corpus Deiparæ. Idem in libro, *quomodo ad imaginem Dei facti sumus.* Numerat ea, quæ Corpus Christi naturaliter habuit, dicit tamen non fuisse in illo semen, quod appellatur vim gignendi; cum autem semē sit perfectissimum inter omnia excrementa à fortiori colligitur, non habuisse alia ignobiliora excrementa.

Theodorus Abucara, iuxta editionem Bibliothecæ Paris. ann. 1624. col. 434. art. ratione primæui peccati humanam carnem fœda generare, vt pediculos, & vermes, sicut etiam terra spinis, & tribulis vitiatur. Veram existimauit hanc doctrinam Dionys. Carthus. in 2. dist. 20. q. 1. docens nutritiuam, sensitiuam, & alias facultates imperfectiores esse nunc quàm in Paradyso.

Abulensis paradoxo 3. cap. 21. ex Alberto Magno in parua Physica, ait Corpus Christi fuisse quintæ mixtionis, quale non fuit aliud in genere humano; ex qua opinandi ratione fir certum genus impressionum elementarium, aut celestium potuisse accipere sine resistentia proprietatum speciei, quibus insolitos, & numquam auditos effectus immanentes, & transeuntes, posset efficere ex ijs, qui à prædictis Doctoribus numerantur.

Gerson serm. 3. de conceptione: *Si Maria beatitudo noscenda esset, tribuendum illi quidquid in creaturis reperit viderimus, quoniã particeps fuit in via vtriusque beatitudinis; viæ scilicet, & patriæ.* Cùm similes vires exhalandi insensibiliter crassiora excrementa dentur nonnullis animalibus,

si

si hæc est prerogativa, id sentiet Gerson de Maria, Philippus Faber in 3. dist. 3. disput. 10. ait denegandos Virgini effectus peccati originalis, qui sine culpa indecentiam aliquam ex eo contractam habent.

Si Philosophicè, & Medicè, & Theologicè probabile fuerit, aut certum corpora Christi, & Matris instar eorum, quæ forent in Paradyso, omnibus crassioribus, & spurcis excrementis, etiam sudoris caruisse, grauissimæ difficultates, etiam contra hæreticos optimè dissoluerentur.

Primò communis sensus Patrum docentium in partu Virginis nullam fuisse immunditiam, vt docuere Nazianz. orat. 40. Nicetas in eius comentarijs, Epiphanius in compendio doctrinæ, & plerique alij: Item quod ait sancta Brigitta, lib. 4. cap. 40. *Super Christum nunquam fuit vermis*, aut immunditia aliqua; constat autem huiusmodi res, quæ in caputibus, & capillis generantur procedere ex materia excrementitia, quam humana corpora expellunt.

Secundò, optimè defenderetur sententia Trullanæ Synodi denegantis aliquas secundinas partui Virginis, vnam scilicèt, quæ deseruit vrinæ, alteram, quæ continet sudorem; & sic innotesceret, quod refert Salmeron tomo 3. tract. 33. ex sancta Brigitta carnes Christi nascentis ab omni immunditia alienas, & vnam fuisse secundinam, eamque valdè nitentem, illam scilicèt e tribus, quæ non continet excrementa, & proprior est infantibus.

Tertiò, maximè illustraretur mysterium Purificationis, & quare Maria non ea indigeret, neque ad illam obligaretur, quod non solum in partu, sed etiam nouem gestationis mensibus, nulla spurcorum sanguinosa colluione, nulla excrementorum feditate fuerit grauata, vt contigeret in Paradyso, de quo disputant Doctores cum Salmerone, tomo 3. tract. 41.

Quartò, constaret sententia Caietani in 22. Lucæ, Bartholomæi Medinæ 3. p. quæst. 46. art. 6. Suarez in eundem locum Angelici Doctoris, Salmeronis tom. 10. de Passione tract. 15 & aliorum Theologorum dicentium, ideo sanguineum fuisse Christi sudorem, quia aquosa illi superfluitas non inesset, quæ in alijs hominibus ex debilitate virtutis contentiuæ, & conuersiuæ accidit.

Quintò, optimè concordarent testimonia Conciliorum,

Patrum, & Scholasticorum, num. 1. relata, quæ adstruunt corpus Iesu conditum fuisse cum ea perfectione intrinseca, quæ erat in Adam ante peccatum.

Sexto; si prædicta excrementa crassa, & sudoris, & alia similia instar status innocentie Christo non inuisissent, bene defenderetur, quod scripsit Mendoga 1. Reg. 2. num. 19. in expositione litteræ sectatus Euthymium, Salmeronem, Maldonatum, & Barradas de tunica inconsutilli Christi à Virgine contexta, eam scilicèt numquam ab infantia, vsque ad flagellationem Palati à diuino corpore separatam, sed illo crescente creuisse, vt accidit vestimentis puerorum Hebræorum in quadragenario annorum peregrinationis Pharan; simile est quod scripsit Salmeron, tomo vndecimo, tractatu 39. ex Metaph. & Nicephoro Mariam morientem binas vestes reliquisse, quibus per totam vitam vsa fuerat. In quo, & similis ostenditur prerogativa de munditia corporis Virginis, alia indumeta non mutantis, nec valerent argumenta hæreticorum impugnantium hanc pietatem ex impossibilitate naturali ratione sudoris, & aliarum superfluitatum, ex quibus illa tunica sordes contraheret.

Septimò, cū Bonau. C. p. Ricardus, Herueus, Okam, & innumeris alij, aut suo nomine, aut alieno in 3. dist. 3. ideo Mariam grauent, aut ab alijs grauata referant, originaria culpa, quod si suslinerit effectus pñales corporeos dimanantes à constitutione intrinseca, optimè illis satisfaceret probando Mariam nullū habuisse ex ijs effectibus, quales sunt excrementa menstrua, & sudores ex vitio facultatis contentiuæ, & conuersiuæ, nec rheumata, seu salinas pituitosas, & similia.

Octauò, cū plures ex Doctoribus Græcis tertia parte harum tabularum allegati statuant Mariam diutius in sanctis sanctorum commorata, non obstabunt contra hanc pietatem argumenta, quæ desumpta sunt ex superfluitate cibi, & potus, quæ ad deserendum illum locum obligarent. Tandem innumeræ aliarum Theologorum difficultates, quarum nonnullæ in decursu proponuntur, egregiam haberent solutionem, si philosophicè iuxta principia Patrum, Conciliorum Scholasticorum, & Medicorum corpora Christi, & Matris à præmissis superfluitatibus esse possent expertia: His prælibatis.

Opinio S. Thomæ in 3. Genesis, Alberti Magni in 2. dist. 20. & tractatu 13. summæ Theologicæ, quæst. 78. & plu-

plurium sanctorum Patrum scientium non fore in statu innocentiae ex alimento, & potu excrementorum immunditiam, sed eam esse inuentum pro poena hereditarij peccati, quodratijs legibus Philosophiae. Prima, propter perfectionem summam potentiarum, & constantissimam facultatum interiorum harmoniam cum speciali directione animae, & propter temperentiam in sumendo cibo, si non totum alimentum commitari valebat in statu innocentiae; saltem poterat coqui, & conuerti in substantiam chyli, vel ita scindi, conteri & attenuari, vt quod ineptum esset ad conuersionem resoluatur insensibiliter, aut à facultate expultrice mitteretur ad alium, vbi propter tenuiorem, & paruam irritationem maneret, donec per calorem insensibiliter enaporaretur, vt perfectissime calor naturalis primarium effectum ca. efficiendi praestabat, ita & secundarios resoluendi, & attenuandi. Qui sex integris mensibus laurè quotidie comedentes, & bibentes in nauigationibus occidentalibus; nulla emittunt crassa, & foetida excrementa toto illo tempore, ostendunt, quid fieri posset pro longiori spatio ante primuum peccatum, & succurunt experimenta similia non parua. Corpora solidiora possunt tan tem per transpirationem expelli, quando v.g. ex vulnere profundo in thorace solet multus sanguis extruasatus relinqui, qui vt pote concretus, & grumosus posset per insensibilem transpirationem diffinitur extrahi, & tamen sic emitti certum est. Nam licet interdum ex thorace ad vias communes exportetur, vt tamen ad illas perueniat plures sunt mediae partes consistentes per quas non aliter, quam per insensibilem transpirationem possit permeare. Atque idem est experimentum de pila plumbea, per bellica tormenta in profundas partes immissa. Hanc autem transpirationem in corporibus status innocentiae, Christi & Marii, non debemus arbitrari naturaliter impossibilem. Secunda, nihil tam terribile in consuetis alimentis, quam in pars illa ferri, quae à calidissimo irutionis ventre; & pars illa paruorum lapidum, quae à columbis, & pars illa terrae, quae à frigidissimis serpentibus, Genes. 3; I sa. 65; Michez. 7, conuertitur in substantiam viuientis, ergo mirum videi non debet, quod ait S. Thomas fortè omnes partes alimenti in Paradyso conuertendas in substantiam hominis, lupi, & elephanti terra vescuntur ex Aris. 8. de historia animal. cap. 5. & 26. Pumo, & lib. 10. cap.

capit. 72. Talpam ex terra gliscere, & ali, docet summa de exemplis, & similitudinibus lib. 1. cap. 43. A simili idem suaderi potest ex relatis à Mendoza lib. 4. viridarij, Probl. 23. nam iuxta plurium Doctorum sensum animalia sunt, quae solo aere, alia solo igne, alia sola aqua sustentantur. Imò ex Hippocrate, Galeno, Vega, Nonnio, Auicena, statuit etiam odores tenuissimos nutrire. Pulueres etiam aurei, quantumvis terrei nutriunt iuxta Medicos: quae omnia stabilunt hanc doctrinam. Tertia, necessitas excrementorum, vel est ex impotentia agentis, quae in Paradyso non esset cum potentiae forent validissimae, vel ex resistantia formali passivi, quae si vinci non posset, insensibiliter expelleretur; nihil enim remaneret ex alimento, quod rene non esset, & quod per venas mesaraicas permeare non posset ad iecur, atque ideo non esset necessarius transitus vllus ad intestina. Quarta, non est propria passio animalium actu habere excrementa, sed potentia dumtaxat illa habendi, cum animalia plura voracissima, nec excrementa habeant, nec viam, qua emittant, & de nonnullis speciebus animalium referunt Gesnerus lib. 4. de aquatilibus, Rondeletius lib. de insectis, & zoophitis, quos sequatur Vlysses Aldrobandus tractans de stellis marinis. Sequestratio excrementorum ex accidenti est, & non sit peculiari actione viuientis intendente illa, sicut nec faber intendit superflua ramenta, seu scissuras, quae ex artificioso opere resultant. Quinta, spinther, id est, musculus deseruiens ad expulsionem excrementorum, ex cibo, & potu, praeter motum contractionis versus vnā positionem, habet alios versus alias medijs fibris, quarum ministerio non mittens ad intestina, quod superfluum est cibi, posset illud insensibiliter versus aliam positionem expellere in statu naturae integræ, cum in lapsa saepe humores frigidus viscosos, crassos, & terreos, aut per sudorem, aut per insensibilem halitum euasceret conster, precipue in morbis puerorum, vt ait Galenus 8. prognost. Sexta, dato quod in statu innocentiae essent excrementa, non tam foetida, aut spurca fore arbitratur nonnulli, cum foetor, ex Galen. 3. aphorisi. com. 26. ex mala coctione oriatur, quae in Paradyso non esset, nec fuit in Christo, aut Deipara. Praeterea foetor iuxta Gal. 1. progn. com. vltimo, & lib. 5. de simp. me. l. fac. c. 40. & Vall. 4. meteor. c. 1. sepe putrefactionem sequitur, quae

quæ in Paradyso non contingeret. Septima, fœtor pronenit ex humido non regulato cum calido, iuxta Veigã super Gal. 1. de differentijs februm, sect. 2. fol. 524. at in statu innocentia nihil eilet non perfectissimè regulatum: sic defenditur D. Thom. dicens, quòd etiamsi essent excrementa, possent esse odorifera. Octava probatio sic, eaque fultus proponenda facto examine veritatis ab auctoritate Diui Thomæ in 2. dist. 20. Alberti in 2. dist. 20. & tractatu 13. summæ Theologicæ q. 78. dicit expressè, *quòd sudor in statu innocentia non fuisse*; idem docet Egidius in 2. dist. 20. art. 2. ad 4. & in vniuersum ait solum esse credibile futuras consuetas purgationes in Paradyso; quamquam firmiter doceat, si illæ forent, non futuras fœtidas, & immundas. Ex qua doctrina inferunt hæc consequentiam: *Ergo neque sordes alui, aut vrinae*. Supponunt in primis ad probationem, quid sit sudor. Eutachius Rud. tom. 1. lib. 3. cap. 38. Brauus 1. prognost. text. 26. & alij sic definiunt. *Est expulsio excrementi serosi per cutaneos meatus*. Auic. lib. 2. text. 2. cap. 655. dixit: *Quòd est aqueitas sanguinis, cui pus cholericum est admixtum*. Gal. 10. de simp. medic. facult. dixit: *Est humor, qui habet eandem naturam cum vrina, & eundem generationis modum, quippè fit ex humore bilioso, cui miscetur bilis portio, & transmittitur per cutis meatus*. Et 1. de sanitate tuenda cap. 10. circa finem dixit: *Est tertiæ coëctionis excrementum ex alimento membrorum, uiolento motu per cutim confestim erumpens*. Ariu. autem sect. problem. 4. & 3. de partibus animantium cap. 5. dixit: *Est excrementum alimenti, quod debet nutrire vltima membra*. Ex quibus deducitur, quòd temper sudor est excrementum. Secundò, supponunt, quòd serum humoru, seu aqueitas ista, quæ est materia sudoris, est quædam aquea substantia, quæ sicut & alia terrea reperitur in omni alimèto; nam illud necessario de primo ad vltimum reducitur ad herbas, vel fructus terræ, hæc autem ad aquam, & terram, quæ sunt (cum alijs duobus elementis, esto maneat formaliter, nec non) prima componentia sensibilia. Igitur cum per impotentiam facultatis commutatæ, & per defectum iuxta positionis iuxta partium maneat aliquæ partes primorum componentium immutatæ, istæ semper redolent priorem resistentiam, & manent de composito (esto maneat accidentia, vel similia ex sigillatione materiæ resultant) eadem

par-

partes aqueæ, & terræ immutatæ prorsus, vel parùm. Vade fit, quòd regularis ordo coëctionis naturæ includat excrementa crassa, quæ componuntur ex terreis antecedentibus immutatis, & tenuia, quæ vrinam conuant; & ex residuo huius aqueitatis elementaris permanentis fit sudor, & maior, licet a iquando sudor fiat partialiter ex portione bilis, vel ex poru, quoniam circa omnem materiam versabitur argumentum. Tandem supponunt, quòd maior, & sudor solum differunt secundum magis, & minus: nam sicut sudor fluentem copiam liquoris includit, sic maior eam solum dæti humoris quantitatem, quæ solum valeat cutem madefacere. Quibus suppositis probatio horum Doctorum est. In statu innocentia non est sudor: ergo multò minus erunt fæces crassæ, aut vrina. Probatur: aqueitas, seu materia sudoris difficilior est coëcti, quam alimentum; sed nihilominus vincitur, & coquitur adeo exactè, vt nulla pars aqueitatis supersit pro sudore; ergo nec remanebit ex alimento ad fæces, & vrinam. Maior, in qua est tota difficultas, probatur: quia aqueitas illa remansit in uisâ & intacta à coëctiōe ventriculi, & hepatis: ergo, quia est coëctiō difficilior propter peculiarem frigiditatem conformiorem elemento aquæ, à qua fuit desumpta. Rursus id confirmatur. Illa aqueitas adeo erat imbibita, & intimè posita in poris membrorum, vt non potuerit extrahi ab ipsis, vt decideret per vrinam, aut in materiam fæcis per aluum, & tamen virtute partium in tertia coëctiōe inquiritur, segregatur, & separatur, & in totum vincitur, vt ex ipsa non sit sudor: ergo multò melius vincitur, attenuabitur, & resoluatur pars crassa alimentis, vt nō supersint fæces: suadetur, quia hæc pars est superficialis, rectè iuxta posita: ergo dum non sit defæctus ex parte facultatis coëctantis ventriculi, tota penitus dena labitur, & abolebitur. Quòd verò non sit coëctantis defæctus, probat status originariæ vulturæ fœlicitas, in quo summam perfectionem adeptæ erant facultates. Teru confirmatur in prædicto statu non fuit sudor; ergo nec fuit maior, patet quia ante est sudor damnatus. Tunc sic in membrorum coëctiōe potentia est firma, vt neq; reliquiã breuissimã aqueitatis permittat non resolutam: ergo minus permittetur in uisâ pars crassa alimenti pro fæcibus alui. Quòd confirmat temperatã in voluntate, & appetitu ad cibum exactissimã,

quan-

quantitate, qualitate, horaque sumendum; confirmat rursus ipsius alimenti in illo statu bonitas; perfectio, coctio ad quærsissima partium, & consequenter excrementorum carentia. Tertiò, fulcitur, quia ventriculus est pars destinata per se ordine executionis, priùs ad commutationem alimenti in chylum: per se secundo ad excrementosas partes alimenti perficiendas. (quod constat, quia si quis assumat cibum excrementitium, ventriculus elaborat excrementitiam illius alimenti naturam, quousque sugat aliquid utilitatis ad viventis alimoniam) Membra autem per se destinantur solum ad commutationem alimenti in substantiam propriam: per accidens vero omnino ad resolvendam aqueitatem. Sed licet per accidens tendant, de facto resolvunt aqueitatem alienam à natura, & indebitè approximata, ut nihil eius maneat: ergo melius prædicta omnino resolutio fiet à ventriculo per se operante circa resolutionem partis excrementitiæ alimentii, quæ etiam est iustè approximata, & superflue posita. Sic commodè intelligendi Medina, Caietanus, Suarius allegati in hac parte pro alia thesi, dum aiunt sanguinem sudasse Christum Dominum in horto Gethsemani, quia in eius præstantissimo corpore, quod potioribus prærogatiis conditum est, quæ corpora in iustitia originali, deficeret materia sudoris, quibus adhæret Salmeron tom. 10. tract. 15.

Nona probatio est, quia ad amouendum incommoda pro statu innocentie, etiamsi crassa excrementa concederentur, poterant bonum odorem spirare, ut ait Marsil. in 2. q. 13 docens propter puritatem superflui, nullam fuisse indecentiam excrementorum, nec odorem molestantem; imò quod feces ad nutritionem ineptæ vitalem odorem, & convenientem tactui haberent. Quod suadent, quia pus in inflammata particula semper grauitur, & fertidè olet; sed muscus est pus in inflammata particula cuiusdam animalis factum, & est suaviter odori ferum; ergo crassa excrementa hominum existentium in Paradiso suauè odorem possent exhalare. Deinde probat, quia in eodè viventi, cui grauitur olent crassa excrementa, eadè transeunt in optimū odorē tēporis benignitate, ut patet in excrementis bonis in æstate; ergo idē sine hoc trāsitu possent habere in colē Paradysi. Demū, quia essētia fœtoris nihil aliud est, quàm separatio humidi, & calidi, quæ regulari non possit per naturam, ut docet Thomas à Veiga super Galenum lib. 1. de

differentijs febrium, sect. 2. Sicut è contrario flores bene olent, quia humidum integrè possessum est à calido; ideo in corporibus perfectissimis, & temperatissimis in summo hic defectus reperiri non potuit, quia exactissimè calor, & humiditas regulabantur: præterea fœtor semper putrefactionem consequitur, ut accidens proprium; in illis autem corporibus perfectissimis nulla esset putrefactio excrementorum, cum nec ventilatio prohiberetur, nec obstructio contingeret, nec prædictarum substantiarum detentio. Quod autem fœtor putrefactionem consequatur, docet Valles lib. 4. in theor. cap. 1. & Galenus 1. prognost. comm. ultimo, & lib. 5. de simpl. medicam. facult. cap. 14. Hæc omnia facilius defendent pro Maria, quæ admiserint reuelationem sanctæ Getrudis dicentis, beneficio Angelorum illam habuisse ætherem circumstantem saluberrimum. His admisis, non erit incredibile quod docent Dionysius Carthusianus lib. de laud. Virginis, Carthagenæ lib. 2. hom. 5. & Iesuitæ quidam illis adhærentes, cum Barradas, Mariam odiferò corpore præditam fuisse, præ excellentia complexionis. Hanc dispositionem contingere potuisse in perfectissimis corporibus, etiamsi alimenta essent valde terrea, suaderi posset ex floribus basilicis fragantissimis, etiamsi ex sola terra, & stercore nutriantur.

Decima probatio sumitur ex 2. Genes. vbi miranda de vitæ arbore referuntur; pro botris enim florebat annis, & pro fructibus vitam longævam, & quasi immortalem germinabat, quæ tamen cum fecum alui, & vrinæ necessitate consistare non poterant: nam egritudinum colluies inuadens mortales, ex prædictorum excrementorum vel retentione, vel excessu consurgit, adeo etiam in æquilibrio, quoad dictas excretiones persisterente natura morborum, vel occursum, vel imminetia affligunt, teste Gaieno lib. de sympth. differ. vbi ait, quod in excrementorum separatione sunt symptomata, vel saltem naturæ dispositiones, & ex ijs inuaditur natura humana per vapores crassos; quæ omnia renouunt vitæ tēperantia, quæ esset in Paradiso, robur facultatum, alimentii perfectio, & tandem omnium rerum mensura. Quibus intelligendis valde deseruit consideratio facultatum interiorum illius status, & harmonia tum ministrantium, tum ministratarum, quæ attraherent, retinerent, & coquerent eo gradu;



qui requiritur, vt expulsus vacaret ab excretionē per aluum & yrinam; quoniam ductus isti ampli satis, & conspicui, crassius residuis alimenti partibus inferiunt: hæc verò adeo essent tenues, incise, & paratæ ad motum, vt per insensibilem per poros transpirationem potuerint euanescere. De vrina etiam idem dicendum occurrit, quatenus ad ferosam partem, quam mediata præbet alimētum, & immediate humor: at quatenus ad potum, istius residuum adeo esset exiguum, propter vitæ temperantiam, vt non superesset ad copiã per vesicã: in modo effundendã, sed insensibiliter exhalaretur. Quod verò restat de bilis portione vrinæ commixta, eã temperatur rationem vt euanescat, quoniam humorum serum. Quæ facilius intelliguntur, quia superfluitates crassiores, & earum emissio infantibus in vtero existentibus denegatur, quia natura dicitur soboli quantitatem sumendam, quam integre conuertat in substantiam propriam: si quid autem conuerti nequit, id per sudorem, aut transpirationem, aut evaporationem emittitur: atque id singulariter verum est, pro cibis homogeneis, qualis est panis, in quibus nulla poterit assignari pars, quæ non possit conuerti in partes viuētis.

Vndecima probatio est, quia excrementa generantur in ventriculo & hepate, vbi elaboratur chylus, & sanguis. Hæc substantiæ perficiuntur à calore naturali, non vt elementaris est, vel celestis; sed per occultam virtutem ab anima participatam, vt communiter docent Philosophi, & Medici: itaque calor hic cum particulari determinatione & directione animæ in stomacho generat chylum, in hepate sanguinem, in mammillis licet, in vasis feminariis semen, in ossibus medullam, & ita idem omnino calor cum virtute directum anime ipsam determinante hæc operatur, vt expendit Ponce de Sancta Cruce, opusc. 6. de humoribus, cap. 2. Potuit igitur esse talis virtus directiua anime in Paradyso, vt quod residuum erat alimēti & potus, aut insensibiliter exhalaret, aut non in foetentem materiam conuerteret. Tandem cum pluribus scholasticis docet Ricardus de Mediavilla in 2. distincti. 2. nunquam in statu innocentie futuram esse materiam feminis, vsque ad tempus generationi opportunum: ergo explorum nunc nente similiter non essent excrementa crassiora, cum nullum sit tempus aptum, quo expediret in eo felici

lici statu homines grauari.

Ex quibus omnibus probant prædicti Auctores corpus Christi, quod ex Conciliorum, Patrum, & Scholasticorum consensu perfectius, aut saltem æquè perfectum fuit, atque Adami corpus ante lapsum, similem prærogatiuam habere potuisse: & eam de corpore sanctissimæ Virginis altius, & sublimius philosophentur Patres, & Theologi, quàm de corpore Enæ ante peccatum, par erit opinandi ratio: præsertim quia eucratice temperamēta habuere supremum gradum in corporibus Mariæ, & Iesu, & fortassis temperamentū illustrius, quàm eucratice, quod Deus nouit, & fuit in arbore vitæ ad iustitias effectus.

Vt verò luculentius stabiliant, quæ hæc tenens dicta sunt pro statu innocentie, probant nonnulli Doctores, in natura lapsa posse dari homines, quorum residuum alimenti, & potus ita attenuetur, & disponatur, vt per insensibilem transpirationem secedat omni excrementorum alui, & vrinæ portione deficiente. Suadent primò, quia in questione de possibili euertenda, debet apponi euidentissima ratio; at nulla est, quæ conuincat esse de necessitate cuiuslibet indiuidui humani, præmissis excrementis grauari, vt patet ex nonnullis argumentis positis circa statum innocentie, & ex nonnullis inferius producendis: ergo naturaliter tale indiuiduum possibile est. Secundò, quia excrementorum necessitas nascitur vel ex impotentia agentis, vel ex resistentia formali passivi; quia neque illud valet commutare, neque istud finit commutari: sed non repugnat naturaliter esse agens validissimum, ex peculiari alicuius indiuidui perfectione, vt commutet, & assumi alimentum in debita quantitate, qualitate, modo substantiæ, & omnibus requisitis, tum applicationis, tum reliquorum: ergo totum commutabitur, aut si quid non immutetur, propter ineptitudinem ipsius alimenti ad nutritionem, ita attenuabitur, vt resoluetur insensibiliter. Confirmatur, nam maior resistentia est in ferro, quàm in alimento, & illud digerit strutiocamelus, & cõcoquit, & in minutissimas partes fecat, vel calore ventriculi, vel occulta qualitate, vel proprietate, quam alteri viuēti possibilem esse debet concedi: item maior est resistentia terræ, & illam digerunt serpentes frigidissimi. Consonat Galenus cap. 85. artis M. dicere: nam dum optimam naturam depingit, hæc habet; *In cibus autem coctionis*

coctionis perfectio, & excrementorum modus in quali, quan-  
toque conueniens, equalis. Verò in ijs quodammodo est coctio-  
ni appetitus, quare neque preſide egent, qui ſingulorum que  
aſſumuntur quantitatem metiatur, optima ſiquidem natura  
quantum appetit, tantum, & probe concoquit, ſic & ſomno  
modum ipſa natura preſinit ijs, qui optimam corporis conſti-  
tutionem ſunt ſortiti, & tunc à ſomno excitantur, cum cor-  
pus ampliori quiete non eget, cumque talem vitam rationem  
adhibuerunt, nullum eſt in eorum excrementis delectum, que  
vel per ventrem, vel per urinæ meatus, vel per totum corpus  
egeruntur. Galenus hic ſupponit excrementa, verum ea ne-  
garet, ſi perfectionem maximam, & diſcretionem alimento-  
rum in quantitate, qualitate, hora, & modo, & qualitates oc-  
cultas, proprietatesque indiuiduales efficaciffimas concede-  
ret. Petrus Garcia Carrera. Fen. 1. lib. 1. D. D. 3. capit. 3.  
Aueniennæ ait non eſſe neceſſarium ex alimento quolibet ge-  
nerari excrementa. Ariſt. ſect. 11. problem. q. 58. in illis ver-  
ba: *Ex cibo omni proficiſcitur excrementum ex copioſiore*  
*copioſius* problematicè, & dubiè loquitur: præterea ſuppo-  
nere videtur cibum ſi in menſura proportionata, & horis  
conſtitutis aſſumatur, pauciſſima dare excrementa, pro qui-  
bus ſufficiet inſenſibilis exhalatio. Ij qui cum Valerio 1. con-  
trou. cap. 6. præter temperamentum qualitatum, dant aliud  
ſubſtantiale, ſeu ſubſtantificum independentè à qualitati-  
bus operans facilè meditantur aliquod in præſtantiffimis  
indiuiduis, quod ratione indiuidualis differentiæ ſublimiſſi-  
mæ inſenſibiliter ſe liberet excrementis. Secundò probant,  
quia hæc excrementa craſſiora non debentur homini, prout  
eſt compositum metaphyſicum, ſed prout eſt compositum  
phyſicum ex materia, & forma; ergo vel debentur, prout eſt  
homo reduplicatiuè per animam rationalem, & hoc mani-  
feſtè falſum eſt, cum hæc in actu primo ſolum habeat viuifi-  
care rationaliter, & in actu ſecundo operari per intellectum,  
& voluntatem; vel debentur, prout eſt ſenſitiva anima ratio-  
nalis virtualiter, & hoc etiam eſt falſum, quia prout ſic tan-  
tùm eſt productiua ſenſuum interiorum, & exteriorum, ap-  
petitus ſenſitiui, & potentiz loco motiuz; vel debentur prout  
eſt anima rationalis principium corporis mixti; & hoc etiã  
falſum eſt, quia vt ſic tantum quatuor qualitarum eſt princi-  
pium; vel debentur animæ rationali, prout eſt vegetatiua  
in;

incluſens potentiam coquentem, in cuiuſmunere ſuperſunt  
alimenti diſſimilia, & hoc etiam eſt falſum; tum quia excre-  
mentorum generatio eſt per accidens ad ſeparationem vti-  
lis, ergo non ſunt debita; tum quia ſupponitur falſum cum  
principio vegetatiuo, adhuc per accidens non debeat talis  
excrementorum reſultantia; cum in pluribus arboribus, piã-  
tis, & herbis non inueniatur. Tertiò probat, quia excremen-  
torum neceſſitas non conuenit ſoli homini, vt bruta oſten-  
dunt, non ſemper, vt manifeſtat experientia, præſertim no-  
uem menſum ante ortum in homine, & biennij in elephan-  
tis, quo tempore craſſiores ſuperfluitates non emittuntur:  
non omni, vt enuacit Garcia Carrera diſp. 19. de eſſentia, &  
numero humorum, loquens de homine, qui tempore indigè-  
tiæ nutritur ex picuita, quam conuertit in ſanguinem, in qua  
commutatione nullum ſuperſeſſe excrementum confirmat.  
Obiecit contra dicta Medicus quidam Hiſpalenſis, ex præ-  
miſſa doctrina conſequi pro illis, quibus in ſtatu innocentiz,  
aut poſt lapſum Aſami fuerit applicata, fruſtranea, otioſa,  
& ſine fine condita fuiſſe inteſtina, veſicam, lienem, fellis ve-  
ſicam, venas, & arterias emulgentes, vteretas, & alia inſtru-  
menta excrementorum, reclamante illo vniuerſali axiomate:  
*Deus, & natura nihil faciunt fruſtra.* Eam propoſitio-  
nem oppoſuerat Alexander 2. part. qu. 95. ſecundùm alias  
editiones, 89. & S. Bonau. in 2. diſt. 20. art. 1. q. 2. Hanc ob-  
iectionem prædicti Doctores repellunt: primò, quia eſſi v-  
cus rea, & vnicus oculus ſufficeret, geminum natura dona-  
uit, vt commodior fabrica pararetur; pilos, & alia huius ge-  
neris, quæ neceſſaria non ſunt, quoniã ad ornatum ſpectant,  
natura diſtribuit. Prædictæ igitur partes inteſtinorum, &  
receptaculorum, tam ad ornatum, quàm ad integritatem na-  
turæ pertinerent pro illis indiuiduis, etiam ſi communia, &  
ſolennia officia non exercerent: nam ſicut lien, verbi gratia,  
non dicitur ſuperfluus tempore exiguo, quo non ſuperfluit  
melancholicum excrementum, eò ſolum quia ipſe eſt poſi-  
tus, vt illud expurget, quando ſuperfluit: ſic neque di-  
cetur ſuperfluus, eſſi nunquam expurget, ſi excrementa  
ita diſponantur, vt commodiori, excellentiorique modo  
inſenſibiliter tranſponantur. Secundò, quia non omnium  
partium, adhuc organicarum, eſt compositio ſimpliciter ne-  
ceſſaria, cum in opinione Ariſtotelis, & D. Thomæ, ſemina  
eadem

Bañez

eadem habeant instrumenta elaborandi, & formandi feminis, atque viris, & tamen non esse frustra facta dicit Averroes 2 collect. cap. 10. & in paraphrasi lib. 2. generat. animal. cap. 10. quia licet ea instrumenta foeminarum non sint ad semen faciendum, nihilominus frustranea non sunt, nam sufficit esse notas similium partium, quæ sunt in viris; sicut mammilla, quæ sunt in viris non procreant lac, sed sunt notæ mammillarum, quæ reperiuntur in foeminis. Hæc solutio est Alexandri Aletensis supra in simili, ubi docens foeminas Paradyfi, non lactaturas infantes, addit. *Nec propter hoc frustra essent ubera data mulieri, sicut nec sunt frustra data viro, sed data essent illis ad decorem, & integritatem corporis humani; & hæc ratio videtur mihi magis appropinquare veritati, & magis consona esse nobilitati illius status.* Idem omnino dicunt prædicti Auctores de intestinis, liene, & vesica, quamvis officia consueta non exercerent; nam primò essent de integritate naturæ; deinde essent notæ eorum, quæ in cæteris individuis reperiuntur; tertio, ut si quando aliquid superflueret, suo munere fungerentur. Sic de Ioanne ait sancta Brigitta lib. 1. cap. 2. numquam de corpore eius seminarium humorem exiisse, licet habuerit vasa præparantia, & deferentia, & cætera necessaria pro semine. Sic in Paradyso essent venæ, & arteriæ emulgentes, & renes, & vretæræ, veluti instrumenta ad expellenda excrementa si forent.

Ultima probatio singulariter suadet de vrina, nam cum ad eò esse possit elaborata pars potabilis, aut humida alimenterum præsertim à facultate sanguifica hepatis Christi, & Matris per virtutem communicatam ab anima, continget, ut fere totus conuertatur sanguis, relictis solùm pro excrementis secundæ elaborationis hepatis, solùm partibus serosis, & humidis, quæ deseruiant, ut vehiculum ad distribuendum sanguinem per venas, ut accidit alijs corporibus humanis iuxta Auicennam, Fen. 1. doctrina 4. de humoribus, & cum eo Hugonis Senensis, & tota Medicorum Schola. Hæc, quidem vrgentius probat in opinione pluriù, quàm sectatur Mercatus tom. 1. lib. 2. q. 164. art. 2. & tom. 2. cap. 2. agens de potu, ubi ait aquam nutritiue substantificè conuersam in propriam substantiam, quò fieri nequit, si non prius in sanguinem conuertatur; atque id de aqua elementari intelligèdum; nam de aqua elementata, quam incolæ Paradyfi biberent, & qua Christus

vte-

vtebatur, certius est in sanguinem fuisse conuertibile, & propterea necessariù non fuisse, ut pars crassa, & humida in hepate separaretur pro vrina, sed quòd attenuaretur, atque distribuere cum massa sanguinaria, ut eius vehiculum, & finito hoc ministerio præ tenuitate insensibiliter resolveretur. Neque verò semper esse necessariù, ut in hepate hæc pars serosa pro vrina fecernatur, probant Peramatus lib. de humoribus capit. 35. Alexander Aphrodisiensis lib. 4. problem. 111. Vincen. Beluac. lib. 2. speculi naturalis cap. 1. exèplo aniu, quæ bibunt, & vrinam non emittunt, quòd etiam expendit Petrus Hispanus libro vrinarum super Isaac Israelitam filium adoptiuum Salomonis Regis Arabiæ, fol. 158. docens aquositate potus in anibus cedere in plumas, iuxta doctrinam Aristotelis, vel consumi à calore essentiali, vel elementari existenti in ipsis.

Hæc sane quaestio philosophica est similis illi, quam tractant Theologi 3. p. q. 41. an ieiunium Christi, per quadraginta dies in deserto, sine vilo cibo, aut potu, peractum fuerit virtute naturali, aut miraculosa: pendet enim illa controuersia ex principio philosophico: An substantia animæ concurrat immediate ad omnes operationes virtutis vegetatiuæ. Nam si hoc modo concurrat naturaliter videtur consequi, ut quando anima tenetur tota extasi, non possit simul concurrere ad opera vegetatiua, & consequenter possit fieri, ut sine cibo, & potu, potuerit per quadraginta dies aliquod indiuuduum humanum conseruari: ideo in illa controuersia ex utraque parte sunt opiniones, quas refert Suar. to. 2. in 3. p. disp. 29. sect. 2. Sic etiam præsens quaestio pèdet ex alio principio philosophico, an natura humana retenta tota integritate naturæ, & omnibus suis potentijs, possit tamè adeo perfici intra suos terminos, ut accedente regula exactissima, & perfectissima cognitione, non indigeat expulsionè excrementi crassioris, sed possit sufficienter expellere omnia superflua per transpirationem, & enaporationem: in qua etiam controuersia partem asserentem, plures Medici, & Philosophi, & Theologi comprobauerunt, & quidem nihil ex hoc ponunt violentum, aut contra naturam; sed dicunt, quòd sicut stantè veritate, & integritate naturæ humanæ Christus, & Deipara absque vilo miraculo, sine morbo vitam totam peregerunt, ex communi sententia Chrysothomi à Caietano

latano allegari, & laudari opusculo de Spasmo Virginis, quæ tenet Siliceus super Magnificat, quos reliqui homines patiuntur, & quos ipsimet, absque vltio miraculo subire potuissent, atque illud privilegium habuerunt ratione temperantia perfectissimæ, & prudentiæ, ac temperantiæ, qua se gubernabant, sic etiam absque miraculo potuerunt vitam, sine excrescentis crassioribus transgredere ratione perfectissimæ virtutis nutritiæ, & sapientiæ, ac temperantiæ, qua victum sumebant, licet potuerint etiam absque miraculo, hæc excrescentia habere, & licet ceteri homines illis de facto non careant, per quæ nihil aufertur de perfectione, & integritate naturæ humanæ vt notum est.

Obicitur illud Matthæi 15. *Omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur.* Vbi vniuersalis locutio videtur omnes comprehendere, ita vt nullus ab excrescentis emittendis sit immunus. Respondetur ex hoc loco telle Hieronymo Iulianum Apostatam Porphyrium, & alios coarguisse Christum, tanquam Philosophiæ ignarum, quod certum sit magnam cibi partem in corpore remanere ad nutriendas eius partes, ac proinde non omnes in secessum emitti. Sæmèrò tom. 8. tit. 29 & alij docent Christum ibi non ex simpliciter veris argumentatum fuisse, sed donando ea quæ rudibus auditoribus vera videbantur. Facilius tamè, & verius est responsum, propositionem Christi, non debuisse intelligi vniuersaliter, sicut iam intelligebant Iulianus, & Porphyrius, sed solùm circa subiectam materiam scilicet de ijs, quæ intrant per os, & de quibus timeri poterat, quod coinquinaret hominè. De his solis Christus agebat, & propter hæc adeo solliciti erant Pharisei, de laudis manibus ante prandium. De ijs ergo vniuersaliter verum est, quod quæ huiusmodi sunt in secessum vadunt, & non remanent ad coinquinandum hominè. Hinc autem non fit debuisse in Christo etiã verificationem in ipso enim propter rationes, & fundamenta præmissa parum erat, quod expulsionem indigeret, atque ideo modo subtiliori poterat per alias vias expelli. Confirmatur ex verbis sequentibus. *Quod exiit per os coinquinat hominè,* quæ etiam non possunt vniuersaliter intelligi cum complerent multa bona consilia exire per os, sed debent intelligi iuxta subiectam materiam.

Hæc omnia fusius proponuntur à nonnullis Doctoribus, quod ex illis pendeant innumera, vt de absentia, aut defectu

Secundinarum, menstruorum, & de munditie vestium Christi, & alijs, & vt non sit necessarium in singulis omnia replicare.

12. *De munditie Virginis tempore gestationis, & partus, & de vestibus impollutis.*

Quæ hætenus relata, dictaque sunt, persuadere videtur Medice, & Philosophice doctrinam Patrum, & Doctorum statuentium Mariam, nec tempore gestationis, nec in partu habuisse consuetas sordes. S. Epiph. in compendio. *Natus est absque pudificatione impollute absque inquinamento.* Nazian. orat. 40. *Dei filius sine vlla spurcitie ex Virgine progressus est, nihil enim spurcum ubi Deus est, eadè explicatos proponit Nicetas in commentarijs. Similiter S. Ildefonsus serm. 1. de Purificatione Hesichius orat. de Deipara. Non est passa ea qua mulieribus accidunt.* Thaumaturgus de Virgine. *Quous auro quatumvis probato purificatum magis habes corpus.* Sunt innumera huius generis testimonia Augustini, lib. de quinque hæresibus, Zen. serm. 3. de Natiuitate & aliorum. Ex quibus, & alijs superius propositis numero præcedenti fit, non admitti ab illis Doctoribus sententiam Caietani. Leu. & 3. p. q. 35. art. 6. & quorundam aliorum, sic de Christo loquentium, vt in ventre Matris pluribus immunditijs pleno stagnauerit, & postea in ipso partus tempore sordes illæ Angelorum, aut Iosephi ministerio ex stabulo foras fuerint proiectæ. Quæ sententia impugnat Salmeron, tom. 3. de infantia Saluatoris, tract. 3. tribuens Caietano scriptis Christum infantem locum ab Angelis, absque aqua ne manus Virginis inficerentur. Suar. tom. 2. de vita Christi, disp. 13. sect. 2. plura in huius thesibus confirmationem attulit, quæ communia sunt apud Auctores, Caietanus lib. 2. c. 9. postquam omnes sordes parienti Virgini denegauit, subdit est piodum, qui succedunt veteribus constans, & laudabilis consuetudo, eam doctrinam partem libentius conspecti, quæ Christo Domino, & præcellenti eius Matri in uero addit gloria. Totus numerus præcedens probationes plurimas offert ad persuadendam doctrinam huius numeri.

Ex hoc numero, & præcedenti, & ex proxime sequenti fit valde esse conforme pietati asserere vestes Christi, & Mariæ, non contraxisse à corporibus vtriusque aquam immunditiam. Quòd si ex reuerentione sancte Beate Brigittæ supra rejecta nulla fuit perplexitas, aut immunditia in capillis Christi, idè credibile est de reliquo corpore, non enim maior ratio est de capite, quam de alijs membris, si autem corpora nullam immunditiam haberent, non poterant vestes ab eorum contactu sordidari.

Pro ijs, & alijs e- pedit attendere ad doctrinam illam Toletii, in 4. Lucæ, annotat. 6. dicentis ex Damasceno, Christi passionibus & naturalibus fuisse, & supra naturam, siue famem, siue sitim, siue metum sustineret: atque idem ex parte applicandum est passionibus Deiparæ: & ad aliam, quam Saazar tomus de Conceptione, ex Gersono, Henrico de Hasia, Dionysio Carthusi, attulit, scilicet Deum abundantissimè ornasse, & dicasse Mariam omnibus bonis naturæ.

13. *In statu innocentie an fuerint menstrua.*

Quamquam numerus vñ ecimus innumeras conferat huius thesis probationes, subiiciemus alias, quæ magis proprie sint, & expressæ. Albertus in 2. dist. 20. ait, in statu innocentie menstrua mulierum non esse futura. Rupertus 3. de Trinitate. c. 22. *Mulier* (ait) *unum est solum, & menstruum animal; quanta putas hæc ira, atque vindicta*: quibus alij innuunt accedunt, opinantes menstruos sanguines pœnam esse originarij peccati, atque a se exprimunt Doctores nonnulli eos Mariæ denegandos. Toletus in 2. Lucæ, annot. 35. Canisius lib. 2. cap. 11. & sanctus Bartholomæus Medina 3. par. qu. 35. illis verbis: *Obseruet Theologus, Dominicam carnem non ex menstruo sanguine Mariæ conceptam fuisse*. Probant primo ex Epiphanio lib. 3. hæresi 78 appellante mēstruum sanguinem iniuriam naturæ, & ex Aristotele illum morbosum nominare, vt expendit Palacios in 3. dist. 4. & ex alijs eundem venenosum appellantibus: at quidquid iniuriosum, morbosum, & venenosum est, id Mariæ non est attribuendum. Secundò probant ex D. Thoma, 3. p. q. 37. art. 4. & cōmunissima Doctorum sententia, & auctore idè Mariam purificationis debito non fuisse additam, quia menstruo fluxu careret. Tertiò, quia similis superfluitas est pœna originarij peccati, vt ait suprâ Rabertus, & Vincentius lib. 22. speculi naturalis, cap. 53. docens fluxum sanguinis non manifestari in alijs animalibus. Et licet verum esset, eas, & vaccas mensuris grauari. (quod tamen nonnulli negant apud Aldobrandum, in libro de equo) nihilominus in fœminis humanis similis superfluitas esset in vindictam peccati. Docet verò communissima sententia cum Antonino 4. p. summa, tit. 14. cap. 20. nullatenus mansisse in Maria aliquid pœnæ originariæ: & tit. 15. cap. 10. & 15. ait, Mariam non ex menstruo concepisse: & Ioannes Bacco in tertio distinctione 4. articulo 41. dicit

cit non fuisse humidum superfluum in menstruo Virginis. Ergo ipsi menstruos sanguis est denegandus. Quartò probant, quia potest dari casus in natura lapsa ex Hippoc. 2. epidem. p. 2. sent. 16. Forliuensi prima primi, & Gainero tract. de ægrotudinibus matricis, Toletus suprâ, & alijs, vbi generatio fiat, siue menstruo sanguine, & partus sine fluxu sordidus, quod plures Medici exemplis illustrent, & Theologi non pauci cum Iansenio in armonia Evangelica cap. 10. ex Aristotele mutuantur, idem igitur de Maria ob præstantissimam naturam dicendum erit.

14. *An vesica fellis in statu innocentie, & quid in hac parte de corporibus Christi, & Matris dicant alij.*

Neque fel, neque vesicam fellis esse de integritate naturæ humanæ, docent plures; in quibus Vincentius lib. 21. speculi naturalis cap. 31. dicens: *Hominum paucis non est fel, quorum valetudo firmior, & vita longinquior*. Anaxagoras ab ipso relatus cap. 32. ait *Priuatio fellis putatur causa longa vite*. Idem Vincentius lib. 28. cap. 74. addit. *Nonnulli homines, vt dicit Plinius, felle carent*. Locus Plinij reperitur lib. 11. cap. 37. & quod caput est, Aristoteles lib. 4. de partibus animalium cap. 2. ait fel esse excrementum, vt sedimentum alui, & intestinorum; subdit ibidem plura animalia felle carere omnino, & inter homines plures habere, aliquos tamen omnino non habere; quam doctrinam Philosophi, Nicolaus, Nancellius in analogia Microcosmi lib. 6. cap. 5. sic exponit, vt ideo felle carere dicantur, quia nullum habeant fellis folliculum. Idem docent Cornelius Gemma lib. Cosmet. cap. 6. Holerius, Andreas Laurentius, propter experientias de hominibus perfectissimis, qui fellis vesiculam non habere; idcirco, nonnulli dubitarunt an in statu innocentie fel, eiusque vesica hominibus adesset, atque idem dubium propagarunt ad corpora Christi, & Mariæ: Nam cum defectus huius receptaculi proueniat ex meliori temperamento, & valetudine, ambigunt an sit maior excellentia individualis prædictorum corporum, fellis folliculum non habere. Nos eam sententiam tuebimur, quæ magis adapteretur verbis D. Thomæ 3. p. q. 54. art. 2. & sancti Augustini ab eo allegati, dum tractant de Christi felle. Grauiores Doctores verius arbitrantur

tur hæc receptacula, & quæcumque alia nunc sunt in huma-  
no corpore, fore in statu innocentie, siue quia de integrita-  
te compositi, siue quia de illius ornatu essent, quanquam va-  
cua, & libera à superfluitatibus, quemadmodum S. Augusti-  
nus, & D. Thomas supra videntur opinari. Certè cum fellis  
materia ad vesicam fluens sit pessima bilis, in corporibus,  
quæ nihil habuere pessimum, aut maum, in illius folliculo  
non est admittenda.

15. *An lien in statu innocentie.*

De liene similiter iudicant Doctores nonnulli, ex Arist.  
3. de partibus animalium cap. 7. vbi sic ait: *Lien per accidens  
necessarius est, quomodo excrementa tum alui, tum vesicæ. ex  
quo fit, ut nonnullis deficiat magnitudine.* Albertus Magnus,  
quæ in hac parte laudat, & approbat Vincent. lib. 2. r. speculi  
naturalis, cap. 30. sic ait: *Lien, seu splen est in corporibus a-  
nimalium accidentaliter, & non necessarium.* Hunc sensum  
comprobant Medici, & Philosophi plures, de quibus legen-  
dus est Nicolaus Nancellius in analogia Microcosmi, lib. 6.  
cap. 6. quibus videtur, lienis magnitudinem vitiosi corporis  
esse argumentum; idcirco viuientia nonnulla aut per exiguum,  
aut nullum habent lienem, vt docuit Arist. supra; & lib. 2. de  
historia animal. cap. 15. Homines verò nonnullos esse omni-  
penitus liene destitutos testatur Ioannes Schenchius lib. 3.  
obseruat. Medic. titulo de liene, obseruat. 2. Non enim lien  
est nisi coaceruatio certi generis excrementorum, à quo  
corpus humanum floridum, & vegetum cum summa perfe-  
ctione, vt alijs etiam materijs excrementitijs, liberum es-  
se potest. Vincentius vbi supra, ex Philosophis addit: *Splen  
est rarum, et recipiat superfluitates melancholicas.* Plura re-  
media ad totum lienem expellendum, numerat Plinius va-  
rijs in locis; & cursores solent lienem vel in totum, vel in par-  
tem adimere. Eum integrè abscindi frequenter in regioni-  
bus Turcarum, ait Falopius lib. de vulneribus, cap. 13. Hæc  
quidem, & similia quædam fundamenta addubitare fecerunt  
nonnullos, an maior esset perfectio corporum productorum  
cum excellentia status innocentie, carere liene, seu splene.  
Alij verosimilius credunt, illis inuisse hoc receptaculum,  
sicut & alia, verùm sine malignis cruditatibus, & viscosita-  
tibus.

16. *An salia pituitosa in statu innocentie.*

Doctores pauci non negant saliuam pituitosam, & su-  
perfluam, quæ ex cruditate ventris, aut cerebri grauitati-  
onem manat fore in corporibus Paradyfi: probant primo,  
quia ex ea generantur in vbi, & quæ solent appellari mu-  
cus, & distillatio; in Paradyso autem nullus esset morbus, nec  
apparatus ad illum. Quod idem extendunt ad corpora. Chri-  
sti, & Matris, vt potè cum perfectione integritatis naturæ  
fabri, at in quibus esset quidem pituita vnus de quatuor hu-  
moribus, non tamen salia pituitosa, id est superflua: Bartho-  
lomeus Medina 3. p. q. 14. temerarium ait esse Christo rheu-  
maticam saliuam concedere: non ideo nobiles Humiditates  
& cerebro descendentes Mariæ, & Christi corporibus dene-  
gantur, quales in Paradyso contingerent; & hæc sufficiebant  
ad nobilem saliuam generandam, quæ nec rheumatica, nec  
pituitosa videretur.

17. *De incremento capillorum, barba, & unguium  
in statu innocentie.*

Ex singulari prouidentia Domini factum est, quod aie  
S. Hieronymus ep. ad Pammachium, ijs verbis. *Israeliti-  
cus populus per quadraginta annos, nec unguium, nec capillo-  
rum incrementa sensit;* quem euentum in Paradyso miracu-  
losum non fore, aut in ijs quorum corpora Deus creare vo-  
luisse cunctis effectibus radicalibus intrinsicis iustitiæ origi-  
nariæ, dicunt nonnulli Doctores. S. Anselmus nunquam Ie-  
sum barbæ, aut capillorum tonsione indiguisse scribit. Sco-  
tus in 3. dist. 16. dubitat an Iesus incidit sibi ungues, aut  
capillos, quamuis capilli, & ungues, vt ait S. Thomas in 4.  
dist. 44. q. 1. art. 2. quest. 3. sint ad conseruationem aliarum  
partium, & de perfectione hominis. Id non intelligunt præ-  
dicti Doctores de superfluitate, aut nimio augmento; idcir-  
co ex eorum mente, etiamsi in statu innocentie adessent ca-  
pilli, & ungues, vbi attingebant certam mensuram, quæ con-  
seruaret, & perficeret, non augebantur, nec erat tonsio, aut  
sectio necessaria. Probant ratione intentum, quia ex D. Th.  
supra capi h. & ungues perficiuntur ab anima, vt est vegeta-  
tiua tantum, sed plures animæ dumtaxat vegetatiuæ, vt

Lauri, Pini, Cupressi, Abietis semper retinent eadem folia inuariata sine augmento, aut decremento, quando ad mensuram debitam peruenerunt, ergo idem attribuendum excellētissimæ animæ vegetatiuæ Christi pro capillis, & unguibus, quibus instar foliorum sunt, quibus humanum corpus perficitur, & conseruatur. Quod si ex caliditate, & fortitudine summa spiritus terrei, quo donantur prædictæ arbores, id habent, ut folia earum nunquam decidant, & in debita mensura sine augmento, cum eximia pulchritudine inuariata, quoad speciem perseuerent, absque dubio corpora Paradyssi, & Christi, & Matris spiritum illum terreum nexumque uitæ fortioerem habuerunt, magisque ab excrementis liberum, ut in propria mensura unguis, & capilli inuariati perseuerarent. Sigillatim de Christi corde scripsit S. Brigitta lib. 1. cap. 10. etiam inter cruciatus spinarum, & flagellorum: *Cor recens erat, qui optimæ & fortissimæ natura erat.* Hæc igitur fortitudo ad prædictum effectum iuuare potuit. Secundò probant ab inconuenienti, nam in statu innocentie superfluitates hæc capillorum, & unguium essent contra simplicitatem, & independentiam illius status; indigerent enim forcipibus, & instrumentis ferreis, & similibus artificijs. Verisimilius ergo est, quod postquam unguis, & capilli peruenerent ad debitam mensuram, non progredierentur ulterius, quia maius augmentum non posset sine deformitate fieri, ac per consequens de Christo, & Matre idem dici poterit iuxta regulas superius positas. Confirmatur ex palpebris, & supercilijs, quæ postquam ad debitam mensuram veniunt, vix ulterius crescunt. Cur ergo non potuit hoc ipsum speciali Dei prouidentia contingere in capillis Christi, & Deiparæ. An uiuant, vel non, ad me non attinet, color ille vniformiter difformis in circulis pennarum pauonis crescentibus magnum argumentum, est de aliquali uita capillorum.

6

18. De

18. De ætatibus tam vulgaribus, quam philosophicis, & medicis Christi, & Matris.

Christum vulgares ætates infantie, pueritie, adolescentie, & iuuentutis percurrisse indubitata fide credendum est, ut ait sexta Synodus actione 11. & docuit Lucas 2. cap. dicens: proficiebat *Iesus ætate*, quod Athanasius serm. 4. contra Arrianos legit *proceritate*, alij cum Theophilo *statura*, unde vulgares, & communes ætates mensurantur. Ideo S. Gregorius Nissenus orat. catech. cap. 16. scripsit Iesum omnem transisse ætatem S. Greg. Naz. orat. de Natiuitate, & Nicetas in commentarijs varias ætates illi attribuunt. Hæc certam veritatem omnes supponunt: solū disputant de ætatibus philosophicis, & medicis, quæ ex præstantia, & notabili diuersitate temperamentorum desumuntur.

Noanuli Doctores huius temporis negant Christo, & Matri ætates perfectiuz infantie, pueritie, & adolescentie, philosophicæ, & medicæ consideratas: nam ubi nihil est crudum, nulla resistentia materiæ, nullum obstaculum, quod impediatur productionem temperamenti naturalis perfectissimi, seu quod idem est productionem perfectissimæ ætatis, esse non poterant ætates perfectiuz in sensu philosophico, & medico, ut ex docto, & singulari tractatu de essentia ætatum Michaelis Barredæ primarij Complutensis, & Regis Hispaniarum ex primarijs medicis innotescit; sed Iesus, & Maria in prima formatione habuere perfectissima temperamenta ab omni impuritate, & cruditate libera; ergo illis denegandæ sunt ætates variæ perfectiuz in sensu philosophico, & medico. Maior propositio solidissimè roboratur in prædicto Michaelis Barredæ tractatu: minor suadetur pro Iesu testimonio S. Bonan. in 3. dist. 12. illis verbis: *Ita pura fuit caro Christi, sicut si de cœlesti substantia sumpta fuisset*, dist. 3. dixerat. *Ab infanti conceptionis vir fuerat ita perfectus, quod proficere nunquam potuit*: quibus verbis omnem repellit impuritatem, & cruditatem à corpore Iesu, & sublimissimam tribuit perfectionem temperamenti, qua maior alia esse nequeat. S. Anroninus 4. part. summa tit. 18. capit. 23. hæc ait: *Conceptus est Iesus vir perfectus in naturalibus. Alij pueri per plures annos manent, antequam*

112

intelligent, vel loqui possint, unde infantes dicuntur; sed subito Christus conceptus habuit completum usum rationis, & memoriam tenacissimam, intelligentiam acutissimam, loqui perfectissimè potuisset, si voluisset. Eius similia referens ex mente Aug. de statu innocentia, hæc dixit: *Proprie nulli infantes in Paradiso essent*: id est scilicet, quia intelligere, moueri, & loqui potuissent: sic patres alij Scholastici, quorum non pauci in alijs numeris huius quartæ partis sunt producti. Ex Patribus omnem immaturitatem, seu cruditatem infanti Iesu denego. S. Bernardus Homil. 2. super Missus est illis verbis: *Christus à principio perfectus vir erat maturitate sensuum, non eorpulentia membrorum*: & Hieronymus in 31. Ieremia: *Perfectus vir Iesus in ventre femineo*. Quibus iudicent simul cum ætate infantili vulgari Christi aliam ætatem virilem coniunctam esse, ratione perfectissimi temperamentum, maturitatis, intelligentiæ: quibus a stipulatur Gerson sermone de Annuntiatione, ex sententia plurimum Scholasticorum, alijs verbis: *Corpus Christi in uno momento adeo fuit perfectum in sensibus, sicut modo est*. At de ratione infantie philosophicæ, & medicæ est cruditas, immaturitas, imperfectio sensuum, & facultatum, vt supra statuit Barreda. Ex Iesuitis similiter opinantur plures, quibus præit Gabriel Vazquez 3. p. disp. 119. cap. 3. Ians vltimum phantasiæ, & rationis Desparæ à primo conceptu, & semestri Baptista, & inde utriusque denegat propriissimam, & rigorosissimam infantiam, & pueritiam, allegans illa verba S. Ambrosij de Ioanne. *Nullam infantia sensit ætatem infantie impedimenta nesciuit*: que hic commentatur Vazquez. *Manifestè denotat Ambrosius Ioannem nunquam caruisse usu rationis, aliqui & aliquam infantie sensisset ætatem, quæ tamen ipse negat*. Omnia præmissa nituntur eo probabilissimo fundamento Philosophico, & Medico, quo ætas nihil aliud esse dicitur, quam temperamentum viuentis innatum in obliquo, id est cum connotatione ad aliquam mutationem factam per aliquod intrinsecum in aliquo extrinsecum. Omnis utique ætas est secundum naturam, & ab intrinsecum, ita ut neque phy sicè, neque medicè possit esse contra naturam, & diuerse contingunt ætates secundum diuersas sensibilibus alterationes receptas in oppositis partibus, quæ remanent imbibitæ in foetu, & sunt prohibens, ne anima, quæ, vt mera natura est ori-

origo ætatum, producat prius perfectionem ætatem; facit autem vitæ partibus, & tunc viuens dicitur perfectè maturum: Quoniam vero in Christo Domino, & Matre pro formatione prima nulla fuerint opposita partibus cruda, & immatura, quæ vincenda essent, sed purissima, & clarissima materia debita inducenda animæ, perfectissimum temperamentum, id est, perfectissima ætatem ab initio prodaxerunt.

Non ideo Christo, & Matri denegantur, varia, & diuersa temperamenta successiue, sed ea solum, quæ diuersimodum inducant ætatem medicam: nam, & in pueris v. g. durante pueritia quotidie immutantur temperamenta, propter mæores, fatidia cibi, & vigiliæ; non tamen ideo ætatem aliã induunt: sic philosophantur Doctores prædicti, & suam opinionem alijs etiam fundamentis persuadent. Nam primo fundatur in ijs, quæ plures Patres, & Theologi docent de Christo, & ea quæ de illius corpore dicuntur satis probabiliter ad corpus Desparæ, possunt extendi. De Christo autem dicunt, in primis habuisse ab initio sur conceptionis usum scientiæ acquiræ Bonau. in 3. dist. 14. art. 3. q. 2. Durandus ibidem q. 2. & alij, quos sequitur Suarez. tom. 1. in 3. p. disp. 30. quibus fauere videtur apertè August. lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 29. S. Bernard. Hom. 2. super Missus est, vbi in hoc sensu intelligit illud Ieremia 31. *Fœmina circumdabit virum, & Damascen. in lib. Quomodo ad imaginem Dei facti sumus*, qui omnes supponunt Christum ab instanti conceptionis habuisse talem scientiam, quæ omnino requireret debitum temperamentum in organis cerebri ad usum specierum: inde enim probant dispositionem corporis perfectam, quia iam tunc habuit scientiam perfectam, & è contra August. supra hæc habet loquens de infantibus nature lapsæ. *In quo corpore infirmissimo nulli vsui congruis infantilibus membris anima rationalis miserabili ignorantia præauatur; quam planè ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo Verbum caro factum est, neque vllam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam videmus in paruulis*. Colligit in alijs paruis defectum vsus rationis ex membrorum corporalium imperfectone, aliunde verò illum defectum vsus rationis Christo negat, quia aliorum paruulorum infirmitates non habuerit; docet igitur Iesum non habuisse rude, & defectiuum temperamentum à quo vsus



rationis denegatur alijs parvulis. Damascenus vbi supra hæc dedit: *Nam pro ætatis corporea modo, & progressu in eo sapientia apparebat; quandoquidem tamquam à prima conceptione infans perfectus extitit, habuitque digesta, & composita membra corporis propterea, quod non pedetentim, & sensim membrorum eius facta est delineatio, & compositio quemadmodum ait magnus diuinisque rebus eruditus Basilus in oratione, quam in Domini natali habuit, sic humana, & diuina in ea sapientia à prima conceptione perfecta fuit, qua scilicet ex parte homo erat.* Probat Damascenus perfectam Christi scientiam, quia perfecte disposita habuerit membra in ætate infantili, id est cum temperamento debito ad vsum rationis necessario; omnis enim alia dispositio corporis accidentalis esset. Ex ijs, & alijs Patrum testimonijs videtur Christum, non fuisse conceptum cum temperamento imperfecto aliorum infantium, quæ doctrina philosophica ratione persuadetur, quam latius exponimus num. 10. huius quartæ partis, quia illa scientia, quæ ponitur in Christo infante talis erat, vt posset dirigere actiones, & motus membrorum omnium absque illis imperfectioribus, quas reliqui infantes ostendunt in suis motibus, per quos significant suos affectus inordinatos, & stultitiam propriam illius ætatis. Scientia autem ad hoc requisita debuit esse coniuncta cum operatione phantasia, seu imaginationis, quia intellectus non gubernat membra corporis immediate, sed mediante imaginatione per quam gubernat politicè, appetitum, quo appetitu mediante alias partes corporis moderatur iuxta doctrinam D. Thom. 1. part. q. 80. art. 2. ad 3. & lib. 2. contra gentes. capit. 32. & 12. q. 17. art. 7. debuit igitur Iesus temperamentum habere requisitum ad vsum phantasmatum, & ad eius species, quæ sine illo temperamento conseruari non possunt. Si autem in cerebro datur hoc temperamentum, idem aut proportionatum concedendum est in reliquis corporis partibus, ne complexio monstruosa, & ex disitis compacta videatur.

Iuxta sententiam Aristotelis libro 2. de orru, & interitu textu 56. & 2. Rhetor. capit. 12. in illis verbis. *Ætates autem sunt iuuentus, & vigor senectus;* duplicem solum agnoscentis differentiam ætatum, dicendum esse Chri-

Christum nullam variasse ætatem cum obierit ante senectutem: neque ideo quidquam dicitur contra veram pueritiam Saluatoris; sicut non erat contra illam perfectissima maturitas scientiæ, & notitia omnium linguarum; factis erat ad infantiam teneritudo, & paruitas membrorum ratione cuius verè bauiabatur, & dicebatur parvulis, & infans. Similiter in phrasi Tullij libro de senectute, & Ouidij 12. Metamorph. ætas sumitur pro seculo centum annorum; si quis dicat Iesum, & Mariam vnam ætatem, non exegisse, seu compleuissè; nihil dicit contra infantiam, pueritiam, adolescentiam, & iuuentutem vulgarem vtriusque, Ioannes Maior in 2. distinct. 19. ait de Caleb iuxta Scripturam Sacram conseruasse æqualem, & inuariatam fortitudinem annis saltem quadraginta, vsque ad octogesimum annum vitæ suæ, ac propterea tandiu in ea ætate perseuerasse, adde non paucos annos ante quadragesimum, & alios nonnullos post octogesimum eiusdem fortitudinis, & temperamenti, & non miraberis Christum, & Mariam in eadem ætate medica perseuerasse.

Ex ijs, & alijs principis in superioribus numeris additis ait Spinellus aap. 20. Throni Deiparæ num. 8. quod miraculum sit Mariam esse scæminam, non masculum cum fuerit ex miraculo absterili concepta cum summa perfectione.

Dices multiplicantur miracula sine necessitate; respondent primò harum tabularum propugnatores, supposita perfectissima formatione corporum Christi, & Matris nullum ex effectibus extraordinarijs, qui memorantur esse miraculosum in se, sed ad summum in radice; sicut cum excus miraculose donatus facultate videndi, naturaliter videt, deinde hypothesi data quod essent miracula, ea quidem non esse multiplicanda sine necessitate, aut ratione aliqua probabili, quando vero ratio huiusmodi adest, non esse cur fugiatur ab asserendo aliquo miraculo præsertim erga beatam Virginem, quam Deus vult esse officinam omnium miraculorum.

19. *Somnus in statu innocentia non priuabat libertate, ex quorundam Patrum, & Scholasticorum sensu; & quid de somno Virginis opinentur nonnulli.*

Albertus Magnus in summa Theologica tractatu 14. q. 83. docet aliter futurum esse somnum in statu nature integre, atque nunc est in statu nature vulnerate. Alexander A-  
lenfis part. 2. q. 89. membro 3. ait in Paradyso non fuit unum somnum, nec grossas fumositates illum cauantes, sed soporē sine lesione libertatis ligantem. sensus, atque hanc ait esse mentem sanctorum Gregorij, & Isidori. Idcirco idem A-  
lenfis, si hanc speciem somni, quæ propriè dicatur sopor, & absolute somnus non nominetur, in Maria concederet, consequenter affirmaret, Deiparam nunquam interrupisse meritum, quod illius dormitio esset cum libertate coniuncta. Il-  
li adherent nonnulli allegati à Mendoza, in viridario lib. 4. probl. 16. qui docent, etiam sine miraculo, Mariæ somnum non interpolasse, aut abstulisse libertatem. Estius in 2. dist. 20. §. 7. refert Isidorum, & Gregorium, necessitatem somni à Paradyso remouisse, & ipse singularem quandam speciem somni ibidem colloc. Alij, quorū meminere Gerson Alpha-  
beto 86. & S. Thomas in 2. dist. 19. q. 1. art. 3. ad 3. negant Adami posteros in statu innocentia somnum capturos: quod sic intelligo, vt A-  
lenfis exposuit; Gregorium, & Isidorum scilicet dormituros, non per somnum auferentem meritum, & libertatem, sed per aliam speciem somni, quam soporem A-  
lenfis nominauit. Suar. tom. 2. in 3. part. disput. 18. sect. 2. refert Augustinum dicentem in statu innocentia; *tam felicia erant somnia dormientium, quam vita vigilantium.* Eundem allegat Patrica-  
cha X. m. nus lib. 5. de vita Christi cap. 34. & addit hanc esse plerumque Doctōrum opinionem. Vbertinus de Casali, ait somnum Paradyfi, nec sepe-  
lisse libertatem, nec abstulisse meritum, sic a bitrari potuere, quia plura dātur accidentia perpetuo constantia res aliquas, quæ ex sola Dei voluntate semper adherent, cum alia, & aliter adherere potuissent, vt quod homo careat alis ad volandū, & quinque caprum digitis singulis manibus, & pedibus instructo; ergo licet cōsuetus somnus post lapsum Adami libertatem impediatur, alias esset iuxta naturam in Pa-  
ra-

radysio, qui non violato iure, & exercitio libertatis sensus externos clauderet, & ligaret, vel ipsis non ligatis corpora humana mulceret. Sola vtique voluntas Dei in causa est, vt dormientes careant libertate, non ipsa rerum connexio, & exigentia. Secundo, sic potuere opinari, quia ideo deest nunc dormientibus libertas, quia phantasia, & sensus interiores turbantur, & confunduntur in somno, non remanente debita re-  
lucencia imaginum ad saluandam libertatem; & quoties phantasia, & interni sensus læduntur, nulla est libertas, vt constat de phreneticis, & insanis; at in statu innocentia, neque in vigilia, neque in somno turbaretur, aut confunderetur, aut læderetur phantasia, & sensus interni, esset igitur tunc dormientibus libertas, & meritum.

Nonnulli Doctores existimant Mariam dormientem, & libertate, & merito caruisse. Sic Ioannes Maior in Matth. dub. 8. & in 1. Lucæ, licet sub formidine, vt innuitur illis verbis. *Maria in somno liberi arbitrij actus, vt puto, non elicit.* Idem arbitratur Gerson tract. 5. in Mag-  
nificat; vniuersalius docet Abulensis 3. Reg. 3. quæst. 4. & 12. & super 1. Matth. quæst. 5. eos etiam, qui diuina somnia acceperunt, durante somno libertate caruisse: sic nonnulli ex allegatis, & Spinellus in Mariali cap. 20. num. 8. Alij tamen concedunt Mariæ dormienti libertatem, & meritum, etiam si nullam aliam habuisset scientiam, nisi eam, quæ à sensibus, & phantasmate penderet. Primo, quia Maria fuit condita cum prerogatiuis intrinsicis, & formalibus status Paradyfi, vt superius pluribus argumentis, & testimonijs probatum est, sed in eo statu, ex Gregorio, Isidoro, Augustino; A-  
lenfi, Vbertino, & alijs somnus, aut sopor non priuaret libertate, & merito; ergo idem pro Deipara statuendum est. Secundo suaderetur, quia post naturam lapsam, etiam si somnus sit ligatio omnium sensuum externorum ad animantium quietem, iuxta Platonem 9. de Rep. Arist. 2. & 3. capitulo de somno, & vigilia, & 6. Top. capitulo 3. Galeano 2. aphorisar. 3. Lactant. libro de opificio Dei capit. 8. nihilominus inueniuntur individua, quæ dormiant vno, vel duobus, vel tribus sensibus non ligatis, atque vt ait Arist. 5. de genera animal. capit. 1. apertis oculis per loca periculosa incedant, vt vigilantium opera exerceant; ergo potest dari somnus, qui nullum sensum liget, aut qui si

omnes ligauerit, & impediuerit, relinquat functiones sensuum internorum sic impeditas, vt intellectus, & voluntas operentur liberè. Tertio suffragantur plurimum testimonia, quæ Mariæ dormienti libertatem attribuunt, vt S. Bernardinus serm. 51. Patriarcha Ximenius suprâ, cap. 33. vbi ait hanc esse plurimum Doctorum sententiam, sancta Brigitta orat. 4. & alij innumeri. Quarto probant, quia in B. Virgine dormiente phantasia, & interni sensus nullam turbationem, confusio- nem, & specierum commixtionem patiebatur, quæ alijs hominibus accidunt in pœnam præcati, vt optime probant Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 18. se. 6. contra Gersonem, & Cordubam, potius erat relucens imaginum perfectissima, vt cû hæc liberè mereri potuisset. Tandem pro Iesu speciatim ex- pende illud, quod Salmeron scripsit tom. 6. tract. 12. Iesus erat Dominus naturæ, quam non omnino inuitabilis sequitur somnus, ideo poterat pro libito dormire, & vigilare, vt cum tota nocte in oratione pernoctauit, teste Luca, ita vt nõ esset debilis ad actiones diei sequentis, idest ad sermonem illum longum in monte habitum, & hoc nulla etiam causa naturali existente, quia poterat calefacere, & frigefacere cerebrum, & obturare poros pro voto suo. Hactenus Salmeron.

20. *De comparatione lactationis Annæ, & Deiparæ.*

Dicunt nonnulli Doctores singulari Dei prouidentia effectum esse, vt lactationis tempore in mammillis sanctæ Annæ lac æqualem dignitatem, & perfectionem Ambrosiæ similem obtineret, iuxta ea, quæ tertia parte harum tabularum sunt relata. Id probant, quia lac Annæ verè fuit miraculosum, cum datum fuerit vetulæ, & impotenti illud generare. Quæ autem miraculosa sunt, perfectissima sunt, ex doctrina celebri Chrysof. Hom. 21. in cap. 2. Ioan. August. lib. de ve- ritate, & falsa pœnitentia; & cap. Reuera, de consecratione dist. 2. Cùm ergo manna Hebrææ genti collatum haberet admirandos effectus, idem oportebit dicere de lacte, quod Deus miraculosè præparabat in vberibus Annæ ad nutriendam futuram Dei Matrem. Panis Eliæ fuit verus panis, sed tamè habuit mirabilem virtutem ex vna sumptione, nutriendi, & conseruandi corpus Eliæ, dum quadraginta diebus, & noctibus

bus vagaretur, sic etiam lac istud licet fuerit vetum lac, miraculosè productum, potuit habere virtutem peculiarem nutriendi, & conseruandi maiorem, & nobiliorè, quam habeat reliquum lac aliarum matrum.

Addunt, Deiparam lacte supernaturali (qua ratione dicitur super naturale manna) fuisse enutritam: ipsius etiam corpori fortitudinem inditam ex parte ab hoc lacte, qua septuageneria florens esset, & robusta, vt Sara, quæ etiam nonageneria pulchritudinem conseruauit iuxta doctrinam sancti Antonini 4. part. tit. 16. cap. 10. & aliorum; atque ideo dicunt lac illud fuisse miraculosum, quia Anna in senectute, & post diturnam sterilitatem conceperit, & in eodem senio, & impedimento ætatis permansit continuò; indeficienter vero eius vbera lac ministrasse continuò, fuit miraculum, cùm perpetuum impedimentum maneret ad generationem lactis, nempe senectus, & ariditas naturæ. Nec enim iuxta hanc opinionem Anna fuit restituta in ætatem iuuenilem, sed relicta adhuc in sua senectute diuinitus confortabatur ad producendum lac, supra id quod senilis conditio postulabat; fuit ergo illud lac miraculosum, atque ideo perfectissimum, & habens meliorem virtutem, quam cætera alimenta infantium, iuxta præmissam doctrinam Chrysofomi, & Augustini proximè relata.

Ex his inferunt mirabiliorem fuisse lactationem Annæ erga Deiparam, quam Deiparæ erga Iesum; nam licet miraculum fuerit, quod virgo conceperit, cæterum supposita conceptione, & partu, naturaliter sequebatur, quod posset lactare, cùm nullum ex parte Matris esset impedimentum ad producendum lac. At verò ex parte Annæ remanebat adhuc impedimentum senectutis, & impotentis, vt produceret verum, & copiosum lac: quare negari non potest fuisse magis miraculosam hanc lactationem, quam illam.

21. *De sanitate Virginis.*

Dicunt Doctores nonnulli (esse de fide admittendum Mariam fuisse mortalem, & corpus ipsius ex laboribus, & ieiunijs plura esse passum) quod nihilominus illius sanitas extitit maxima, & talis, vt si non aliquid violentum, & insolitum passa fuisset, forte absque miraculo à morbis, senectute, & mor-

morte potuerit in perpetuum esse libera. Hæc opinio est Galeni libro de Marasmo capit. 4. & aliorum, quos refert Vazquez tom. 1. in 3. part. disp. 60. qui dicunt, si homo aliquis haberet perfectissimam scientiam vtilium, & noxiorum, & posset vitare omnia extrinseca lædentia, simul etiam potuisset nunquam mori; quia tamen illud communiter fieri nequit: hinc etiam est, ut non possint naturaliter homines non mori. Quercus Sichem, de qua Genes. 35. erat eadem cum illa, de qua Iudicum 9. & saltem annis quingentis permansit. Quercus, sub qua moratus Abraham in valle Mambre, auctore Hieronymo, tempore Theodosij Imperatoris adhuc remanebat: id est, saltem supra duo millia annorum vixit, cum Deipara vegetatius potentia, & sublimiores, & fortiores essent, ex singulari Dei beneficio, quam illicis, seu quercus, ilam saltem dicendum est in integra lætitudine diutissime perseverare potuisse. Verum tota hæc quaestio philosophica, & medica est in varias, & contrarias Philosophorum, & Medicorum sententias diuisa.

Addunt prædicti Deæ res mortalem, sanitatem Virginis adeo fuisse perfectam, ut cum sanitate corporis gloriosi omnino sit conferenda. Fauter ijs expressè Egidius à Presentatione Augustinianus libro 3. de perfectione accidentali corporis gloriosi, quæst. 6. art. 1. §. 4. asserens sanitatem corporis Iesu, in vita mortali saltem pro aliqua parte temporis in ordine ad aliquam operationem exteriorè, aut æquè perfectam, aut perfectiorem fuisse ea, quam habitura sunt corpora beatorum in patria. Sunt qui putent hanc quaestionem esse de nomine: nam sanitas dupliciter potest accipi; primo pro tali temperamento humorum; secundo pro illo cum securitate, & libertate ab agentibus contrarijs: si accipiat hoc posteriori modo, certum est, quod perfectior sit sanitas corporis gloriosi propter securitatem, & inanisibilitatem, quam habet; si verò accipiat primo modo, potest etiam dici sanitatem Virginis in hac vita potuisse comparari cum sanitate corporis gloriosi: nam compositio quatuor humorum proculdubio erat, ita perfecta saltem pro magna parte temporis, sicut est in corporibus gloriosis, cum esset temperamentum æquale ad iustitiam, iuxta communè Theologorum sententiam, in qua temperamenti æqualitate consistit substantialiter sanitas. Explicatur optimo exemplo sa-

nitatis spiritualis, seu gratiæ habitualis, quæ proculdubio est aliquando maior in aliquo sancto in hac vita, quàm sit de facto in aliquibus beatis. Quare licet in aliquo sensu beatus habeat maiorem sanitatem spirituales propter securitatem maiorem, quam habet non amittendi gratiam habituales; in alio tamen sensu potest dici habere perfectiorem sanitatem spirituales, qui in hac vita habet gratiam intensam, quàm qui in cælo habet gratiam remissam in nostro casu.

## 22. De pulchritudine Virginis.

Solus Michael de Medina libro de reeta in Deum fide cap. 7. negavit eximiam esse corporalem Christi pulchritudinem, atque varijs argumentis id voluit persuadere; quæ magna ex parte similiter probant de Maria. Ceteri omnes tam Patres, quàm Scholastici, & sacri interpretes refragantur, cùm Nazian. orat. 2. in Paschate. Chrysost. Hom. 28. in Matth. Bernard. ferm. 1. in festo omnium sanctorum Hieronym. ep. 140. ad Princip. & lib. 1. comm. in Matth. capit. 9. S. Thom. 3. part. quæst. 54. art. 1. & tandem omnes. Idem statuendum pro Deipara; nam quod ait ex communi doctrina Bacco in 3. dist. 4. art. 4. Iesus maximè assimilari debuit Matri, quia ab illa totum cibum habuit.

Quæstio à nonnullis excitata, & ipsorum sententia, quatenus dicit pulchritudinem Mariæ in corpore mortali degentis suaviorem, & amœniorem fuisse, quàm quæ futura sit aliorum corporum immortalium, fundatur super contronersia de nomine; nam si pulchritudo sumitur pro cõpleta pulchritudine, quatenus ornata est certo lumine, & splendore, & reliquis dotibus gloriæ, certum est maiorem esse pulchritudinem corporis gloriosi, & magis ad se attrahere oculos spectantium. Quod si pulchritudo accipitur pro sola proportione partium, in qua substantialiter pulchritudo consistit iuxta Aristotelem, Tullium, D. Thomam, Nazianzenum, Basilium, Dionysium, & alios patres inferius allegandos, certum est potuisse esse maiorem proportionem inter partes in corpore mortali Deiparæ, quàm sit de facto in corpore alicuius beati; nec enim omnes debent resurgere cùm eadè figura, sed cùm diuersa, ita ut possint singuli ex vultu dignosci, vnusquisque igitur retinebit diuersam partium proportionem licet ablati imperfectionibus, & indecentijs; cum ergo corpus Mariæ habuerit

maximam partium proportionem, & omnino similem corpori Iesu, ut probat integro capite Albertus Magnus super Missus est, sequitur habuisse maiorem pulchritudinem substantialiter acceptam, quam nonnulla corpora gloriosa, licet non cum illo splendore gloriæ, quod multum confert ad delectabilitatem, & elegantiam extrinsecus aduenientem. Explicatur exemplo vulgari alicuius imaginis auro illuminatæ, quæ quidem etiam antequam illuminaretur, exprimebat figuram æquæ pulchram, & cum eadem partium proportione sicut postea, non tamen æquæ splendidam; sic se habet splendor gloriæ ad pulchritudinem naturalem; est enim quasi illuminatio supernaturalis supponens pulchritudinem naturalem, & proportionem partium. Nazianz. orat. 2. in Pascha succurrit, dicas Christo resurgenti pulchritudinem fuisse restitutam; quare sentit nihil ex ijs, quæ adduntur ex dotibus gloriofis pertinere ad pulchritudinem; siquidem, quæ erat in mortali statu restituta est: sicut elegantia vestium ab extrinseco provenit, & non intrat formalem rationem pulchritudinis, sic & elegantia dotum gloriæ, quæ supernaturalis est. Difficile est decernere, quæ sit essentia pulchritudinis, cū Plato dialogo de pulchro, cuius titulus est Hippias, post plures definitiones pulchritudinis à se refutatas tandem dicat vix posse definiiri, nam quæ pulchra, sunt difficultia. Verū Doctores huius opinionis extra essentiam pulchritudinis collocant, quidquid supra naturam est, aut debitum ipsius, & venantur sensum ex Aristotele libro de arte poetica. Tullio 4. Tuscul. & 1. de officijs. Aug. ep. 151. Clem. Alex. 3. pedag. capit. 11. Bas. in Psalm. 44. Nazianz. orat. 31. Isidoro 10. Origin. S. Thom. 1. parte quest. 39. art. 8. & 22. quest. 145. art. 2. ubi allegat Dionys. lib. de diuin. nom. cap. 4.

Addunt prædicti Doctores Virginem à mortuis resurgentem, eundem colorem in eodem intensiōnis gradu obtinuisse, quem antea mortalis tenuerat, & nihil habuisse Deū suppleendum in resurrectione Mariæ, quod ad pulchritudinem spectat. Hæc doctrina ex præcedenti oritur. Nam si B. Virgo in hac vita habebat optimum temperamentum, scilicet æquale ad iustitiam, ut dicunt Philosophi, ex quo temperamento resultat optimus color, consequens est, quod eundem colorem retinuerit etiam in resurrectione, additis tamen doti-

dotibus gloriæ. Quod si loquamur de pulchritudine substantia iter accepta, non potuit esse melius temperamentum humanum ex ijs quatuor qualitatibus, & humoribus, quam illud, quod habebat B. Virgo, cum esset æquale ad iustitiam, id est optimum omnium. Nihil igitur quoad illud fuit suppleendum à Deo, sed solum oportuit addere splendorem, & alia ornamento gloriosa. Docent præterea Mariam septuagenariam florentem habuisse pulchritudinem; nam quod ait S. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 10. Maria figurata est per pulchras fœminas veteris testamenti, sed Sara etiam nonagenaria pulchritudinem eximiam conseruauit, ut sacræ litteræ testantur, ergo id habuit Maria, cum esset septuagenaria. Ideo hæc Sara prærogativa diuinis litteris commendatur, ut notetur in imagine, qualis esset futura in postrema græte Deipara. Millies erat pulchritudo, & complexio Deiparæ sublimior, & perfectior, quam pulchritudo, & complexio Saræ, & utraque nata est post diluuium, quando iam terra erat corrupta salugine, propter stagnantem, & superfluum Oceanum in ipsam plurimum mensium spatio; vnde cœpit hominum vita esse breuior, & complexio debilior: terra enim saluginosa sterilitatem coniunctam habet; vnde David Psalm. 106. *Terram fructiferam in saluginem à malitia habitantium in ea.*

Subdunt prædicti Doctores alia pertinentia ad pulchritudinem Virginis. Liber canticorum, quoad plures clausulas à Petro Damiano ad Blancam, à Ludouico Legionensi in cantica, & innumeris apud Ghislerium, & Delrium declarant de pulchritudine, & lineamentis corporeis Mariæ, & Iesu. Tunc maximè in singulis expositionibus iuxta hunc tenorem explicandi præferri debent interpretes, cum consentiunt ijs, quæ Epiphanius, Anselmus, Nicephorus, Cedrenus, S. Brigitta, & alij de Mariæ, & Iesu vultu scripsere, & ijs imaginibus, quæ à Luca, Nicodemo, & alijs viris Apollolicis factæ perhibentur: ijs etiam, quæ miraculosè fabricatæ sunt.

Quod Albertus Magnus super Missus est pluribus capitibus disserat de pulchritudine Deiparæ, de corporis quantitate, de membrorum proportione, de colore cutis, de colore capillorum, de colore oculorum, & alijs similibus, & quod ex illo plura mutuetur S. Antonius 4. parte tit. 15. cap. 10.

& r. non fit sine documento antiquorum Doctorum, & sine magna utilitate. Similiter, quod S. Thomas 3. p. quest. 54. art. 1. disputet, an color capillorum Christi fuerit flavus, & color cutis rubeus, Conradus Rodenberg Benedictinus, libro de vinea Dñi Sabaot tractat sub typo. b. tri de singulis membris Deiparæ (quem laudat Tritemius de Scriptoribus Ecc. estaticis) innumera colligit, lateque proponit Ludouicus Tarrianus in se. editis disp. 24. pag. 213. 214. & iungit alia Mendoza in viridario, lib. 4. prob. 30. Spineius in Throno Deiparæ cap. 5 & cap. 29. num. 51. Salazar cap. 22. de cōceptione, ex Gersone, docens Deum plantasse in Maria omnem corporalem pulchritudinem, supra reliquas creaturas. Quare accurata descriptio membrorum Deiparæ non est contemnenda.

23. *Que, qualis, quanta sit materia sanguinis, & lactis Deiparæ permanens in Christo resurgente, & Eucharistia, conuersa in aliam substantiam.*

Vt inuestigari queat, quæ, qualis, & quanta sit materia sanguinis, & lactis Deiparæ transmissa ad filium, & in Eucharistia perseverans, oportet examinatione discutere, quid dicendum sit de opinione eorum, qui arbitrantur propter minutias, & subtilitates qualdam philosophicas cum manifestis experimentis rationibus oppositas & certantes, pauco temporis intervallo nihil remanere in filio ex sanguine, carne, ossibus, nervis masculis, & alijs, quæ à Deipara accepta sunt. Firmiter statuunt nonnulli Doctores ex legibus conuictis nutritionis, & augmentationis nihil, aut ferè nihil summi de partibus carnis, & ossibus acceptis à prima formatione, vsque ad tempus natiuitatis, & lactationis à Matre exhibitæ. Probant, adducentes primò experimentum plurimorum infantium, qui ante finitam lactationem occisi sunt, aut mortui, quorū ossa nihilominus pluribus sæculis, & annorū millibus perseverant, parū, aut nihil de prima constitutione cadaveris amittentia: ergo à fortiori idem est dicendū de iisdem ossibus, etiā si viuens annos centū peragat viuendo: nā solus natiuus calor suavis non potest in vnica annorum centuria deuastare ossa illa, quæ temporum inclementia, &

ambientis aeris corruptela pluribus sæculis non absumit. Secundò adducunt experimentum acceptum à morbis chronicis, criticis, & acutissimis, qui integram ferè humani corporis carnem deuastant, ossibus in prisca magnitudine permanentibus: in cuius confirmationem ait Galenus lib. 7. methodi cap. 6. febres ethicas, quæ varia humida viuentium consumunt, nihil omnino de ossibus destruere. Certè huiusmodi partes iuxta multorum sententiam, postquam ad certum consistentiæ statum peruenerunt, non nutriuntur, nec augentur, sed solùm indigent aliqua madefactione extrinseca. Nervi eandem magnitudinem retinent; præter hoc solū, quod exsiccati sunt ob defectum madefactionis extrinseca. Tertio probant, quia partes seminales, id est, illæ, quæ ex parentum semine, & sanguine constant in sobole, nunquā reproduuntur, ut suadet Petrus Garcia super Fen. 1. lib. 1. Auicen. dispnt. 31. quest. 2. cui succurrit Galenus libro artis medicæ capit. 87. illis verbis: Deficientes verò partes quæcumque ex sanguine ortum habuerint corrigi quidem non est impossibile; quæ autem ex semine, prope modum impossibile existit, lib. 14. methodi capit. 16: & 1. de semine, capit. 13. addit, se quidem vidisse in paruulis venas regeneratas, ossa verò regenerari, aut reproduci iudicat impossibile; idcirco pro similibus partibus datis à Maria Filio, necesse existimāt decernere illas in Christo, & Eucharistia permanere. Quarto probant, quia calor naturalis, quantumvis associatus humido nativo abundantissimo, non potest reproducere partes viuentes filiorum ex feminalibus paternis compactas, ergo neque illas destruere, easdem attenuando. Hæc illatio roboratur iisdem argumentis, quibus suadetur toto vitæ cursu non deuastari vniuersas partes carnosas viuentis ab initio sumptas, sed plurimas permanere, si morbus, aut violenta causa extrinseca ipsas non consumat; de ijs nunc specialiter agendum.

At quò facilius rationum philosophicarum pondus innotescat supponitur calorem natiuum non resoluerè, attenuare, aut deuastare illas partes viuentis, quibus inhæret, ut forma: nam alterare non potest, nisi per actionem transeuntem iuxta communem doctrinam Conimbricensium lib. 1. de gener. capit. 5. quest. 8. art. 2. Petr. Garcia disputat. 18.

de parte naturali: deinde supponitur attenuacionem, & resolutionem non esse effectum primarium, & precipuum caloris, sed solam calefactionem; quando vero natiuus calor calefacit, tunc fouet, & conseruat partem viuentem, ergo deuastatio est effectus secundarius, & accidentarius, eo quod natiuus attenuet, & resoluat. Tertiò supponitur, siue verè, siue falsè dicatur id, quod in opinione versatur, causam amissionis, & resolutionis plurium partium corporis viuentis esse, quod noster calor suam in illas exercent efficaciam veluti in alimentum, quando alia nutrimenta desunt, in quæ calor ipse vim suam potestatem que extendat.

Ijs positis, sit primum argumentum: calor consumit partem viuentis, at non illam, cui inhaeret, sed propinquam prius, deinde eam quæ distat: id non praestat veluti primum effectum, sed secundarium, & accidentalem; ergo cum aetiuitate a deo remissa, nequit toto vitæ tempore magnam quantitatem partium carnosarum acceptam a Matre deuastare, ac propterea multo citius omnè absumet. Secundum argumentum sit: nam pars viuens carnosæ, quæ in aliam propinquam operatur, solùm exercet causalitatem suam per calorem; at pars carnosæ, quæ patitur, resistit cum omnibus qualitatibus componentibus temperamentum ipsius, scilicet frigiditate calori opposita, & humiditate hebetante caloris aetiuitatem, & siccitate viiente, addensanteque partes. Notissimum verò est densitatem, sicut ad agendū, ita & ad resistendum vehementer conducere; ergo improbabile est calorem natiuum vllam partem carnosam, quantumvis propinquam deuastare. Tertium argumentum est, quia natiui caloris aetiuitas est limitata, ergo cum illa, vsque ad ætatem consistentem augendis carnibus, & ossibus occupetur, incredibile est suam adhibere efficaciam ad resolvendū, & deuastandū proprium compositum. Non propterea negant prædicti Doctores aerem ambientem plures partes viuentis deuastare. Verum pro Mariæ corpore non deuastato ab ambiente aliquid erit singulare, si admittatur, quod scripsit sancta Getrudes, lib. 4. capitulo 53. ijs verbis. *Angeli aerem, & omnem creaturam, vnde vegetabar in utero per diuinam gratiam nobilitabant. Similiter, & ceteri ordines toto conamine ministerium deuotissimam exhibentes, &c.*

Fauet prædictis expressè S. Thom. de Malo quæst. 5. art. 5 in solut. ad 6. illis verbis. *Contraria qualitates in corpore mixto regulantur, & conseruantur, ne se inuicem corrumpant per formam substantialem, quæ est impressio quædam corporis cælestis.* Idem docet in tractatu, cuius titulus est. *Quomodo elementa maneat in mixto*, Albertus Magnus 4. Meteor. tract. 1. cap. 4. & 6. latissimè, idem probat intentum: cuius verba allegat Capreol. in 2. dist. 3. per duas columnas statuens quam diu calor est naturalis, & componit mixtum non posse illius corruptionem machinari, & concludit dicens. *Ad corruptionem mixti, & eius putrefactionem, aut resolutionem concurrat agens extrinsecum, siue sit cælum, siue locus continens, vel aliquid aliud, quod intendit omnem qualitatem mixti, & remittit aliam.* Similia dedere in 2. dist. 30. Dar. & innumeri Scholastici. Si admittatur doctrina Ricardi quodlib. 1. q. 10. dicentis omnem actionem nutritiuam Christi esse supernaturalem, facile plura argumenta dissolueretur; sed dandum huic disputationi omnes actiones nutritiuas Christi esse naturales; circa quam thesism innumera colligit Henricus de Gandauo quodlib. 1. 5. quæst. 4.

Hæc fundamenta frudent magnam partem sanguinis, & lactis Deiparæ sub alia tamen forma substantiali, & supposito permanere in Eucharistia; liber tamen varijs testimonijs eundem sensum habere. Scotus in 3. dist. 1. 6. docet principales partes corporis Christi, vt caput, manus, cor, & alias huiusmodi nunquam esse dimissas. Hæc cum acceptæ sint è sanguine Virginis magna materia eiusdem sanguinis, ex mente Scoti sub alia tamen forma in Christo perseuerat, quia tamen corpus Christi in primo biennio è solo Virginis sanguine, & lacte compositum fuit, & de ossibus, & alijs partibus solidis corporis humani in infancia fere per demonstrationem philosophicam conuincitur longissimo vitæ spatio non integre deuastari, tunc ex hoc capite, tunc ex communi Theologorum effluo, cui Scotus innititur indubita inter est in Eucharistia magna pars materię sanguinis, & lactis Deiparæ sub alia tamen forma substantiali, quæ simul cum ea est materia ad constitutionem corporis Christi pertinet. In a ijs reliquijs cadauerum sanctorum circa identitatem, aut suppositionem pendentem ex fide humana occurrent dubia intercedam, acque formidines simul cum opinione probabili: at circa

*circa existentiam materiae sanguinis & lactis Deiparae in Christo resurgente, nulla potest esse formido, quod idē manifeste inferatur ex doctrina S. Bonan. in 2. dist. 28. q. 1. art. 3. & ex Petro Blassensi tract. de Eucharistia cap. 1. in illis versiculis. Et tamen est eadem caro tunc de Virgine nata; & caro nunc Verbo vita de pane sacrata.* Possent innumera testimonia huius coloris, & roboris adduci: verum in controuersijs Philosophicis, & Medicis; etiamsi plurima habeamus Theologorum, & Patrum testimonia, cum experimentum & ratio præponderet apud seueros naturæ examinatores, ideo magis experimento; & rationibus inniti curamus per hanc partem quæram summariam tabularum.

Libet ad expositionem Doctorum, eorumque confirmationem addere nonnulla. Mariæ vnio fuit magna cum Filio; est enim Filius à principio viuentē coniuncto. Hæc sanè coniunctio fit per aliquam identitatem Matris cum Filio; ea enim quibus Filius in vtero compingitur, & alitur, sunt fere omnia de substantia Matris; Filius tunc nihil fere accipit, quod non sit Matris, vt ideo Mater secundum aliquas, sui partes sit in toto Filio. Maria id multo perfectius, & sublimius præstitit, nihil enim fuit in toto Filio tempore gestationis nouem mensium, quod non fuerit de integritate Deiparae. Partes vtique spermaticæ, quæ ex natura rei habent aliquid de semine paterno nihil habent, nisi à Maria, ob quam rationem debet Iesus Mariæ soli, quæ alij Filij simul Patri, & Matri debent; atque ideo magis est cum Filio coniuncta, quam cæteræ matres cum filijs. Nam ij non sunt ex parte sui adæquate idem cum matribus, sed inadæquate, cum aliquid habeant à patribus, cum quibus sunt idem. Ac quidquid Christus habet est maternum sine viro Patre, ergo cum illa sola habet hanc identitatem. Non, quod non sit aliquid in Maria, quod non fuerit in Christo, sed quia nihil fuit corporeum in Christo nouem primis mensibus, & toto lactationis tempore, quod non fuerit Mariæ. Hanc identitatem Christi, & matris agnouerunt patres cum Petro Damiano, sermone de natiuitate Virginis, singulariter Augustinus allegatus à Spinello in throno cap. 8. num. 176.

Vt plenius hæc intelligantur expende ex D. Thom. 3. part. quæst. 3. art. 6. Matrem habere in se vt partem actiuam sui, quod à parentibus accepit, eam verò dare filijs, non quod

quod accepit, sed quod ipsa conficit, inempe sanguinem; est itaque in Filio aliquid Matris signatum, & determinatum, quod verè fuit solius Matris, non verò auctorem, quorum nihil est pars materiae in nepotibus. Profecto in auis, & proauis solus fuit Iesus secundum originem remotam, ac in Maria fuit secundum aliquid determinatum, quod fuit solius Mariæ. Propterea in præmissum locum D. Thomæ, sic ait Caietanus; *Prima & præcipua pars geniti est id, quod à parentibus habetur secundum omnes.* At in Iesu, non prima, & præcipua pars, sed totum Christi corpus compactum fuit ex sanguinibus determinatis, signatisque Deiparae, qui ex eius substantia fluxerunt; & de illius integritate erant, licet anima rationali, non informarentur. Adde id, quod maxime expendendum est, sanguinem Mariæ, non prius corruptum, quam anima Christi dotaretur, sed inmediate ex parte actua li integrante Deiparae transiisse in corpus informatum anima ipsius Christi: quia apparatus dispositionum ad generationem humanitatis illius fuit in instanti sine vlla temporum successione sic optime defenditur, quod ait Suarius tom. 2. dist. 1. lect. 2. *Potest facile credi illam substantiam carnis, quam Christus assumpsit ex Virgine, numquam fuisse omnino dimissam, aut continua caloris naturalis actione resolutam, sed eandem omnino fuisse conseruatam Verbo Dei unitam, quod partim physica ratione, partim probabili coniectura sit verisimile, partim ex speciali prouidentia, & voluntate ipsius Christi; quem sectatur Spinellus in suo throno Deiparae cap. 8. num. 17. ibidem num. 23. allegat idem Spinell. S. Bernardinum tom. 1. serm. 6. art. 1. verba ipsius sunt. Quoniam de carne Virginis benedicta, & in parte corporis eius excissa consistit, perficitur & terminatur totum decus, aut pondus sacramentorum Ecclesie, id est eucharistia.* Addit num. 24. *Substantia olim Virginis nunc hypostatice est unita Verbo Dei.*

§.



24: *Quæ, & quanta sit in Eucharistia materia sanguinis  
Deiparæ instructa eadem numero forma substantiali,  
sed cum diuerso supposito.*

Predicti Doctores, vt adstruant in Christi corpore esse partem aliquam sanguinis instructam eadem numero materia, & forma substantiali non viuenti, cum qua fuerit idem sanguis in venis Deiparæ sub diuerso supposito, docent generaliter propter diuersitatem naturæ, & circumstantiarum breuiori multo tempore, quam alias quasdam partes solidiores sanguine non viuentium mutari, destrui, & conuerti: nihilominus addunt valde esse verisimile, perseverare immutatas, vsque ad finem vitæ: plures partes sanguinis in homine ex ijs, quæ hora natiuitatis sunt extractæ, quarum omnes, & singule sub eadem numero materia, & forma substantiali præcesserant in venis Matris, antequam per vmbilicarem, tramitem ad Filium traicerentur. Probant primò, quia sæpe anno quadragesimo, & quinquagesimo vitæ humanæ morbi hereditarij parentum solent erumpere ratione alicuius partis sanguinis materni, qui in venis Filij permanebat, & in ea ætate pro uecti per inflammationem, aut putrefactionem, aut specialem aliquem motum superuenientem exercet suam adtinitatem: sic opinantur plerique Medici causas huius effectus inuestigantes, & ad sanguinem primis mensibus post conceptionem acceptum eam reducentes. S. c. Mercurialis tom. 2. tract. de morbis hereditarijs, Anæmia Fen. r. 4. tract. cap. 6. Nicolaus Florentinus form. 2. tract. 4. sum. 4. dist. 6. cap. 13. Fracastor 2. de morb. contag. c. 2. Constant. lib. 5. cap. de variolis. Ad probationem secundam præmittunt, id quod etiã ad primam supponi oportet, scilicet foetum ante partum Matris sustentari sanguine materno, atque adeo substantialem formam, nec specie, nec numero mutari, sed perinde esse à Matre in prolem comunicari sanguinẽ, ac si ab vno vase in aliud transferretur: itaque foetus in utero genitricis suæ non habet coctionem illam, qua chylus coquitur in stomacho, nec anã, qua sanguinem producat in hepate: hæc namque duæ coctiones perfectæ sunt à Matre, sed illam solum coctionem ẽ peracit, quæ in vutinis partibus elaboratur, media qua sanguis conuertitur in substantiam aiti. Licet enim sanguis Matris tunc datur in hepar Filij, non ibi specificè, quæ numericè mutatur; sed

sed solum perfectionem quamdã accidentalem recipit, ratio ne cuius magis proportionetur cum tenera substantia fetus, vt in ipsius substantiã conuertatur. Quæ omnia fundantur in communi omnium medicorum sententia statuente sanguinẽ Matris, & Filij specie non distingui, sicut nec sanguinem paternũ, & maternum, neque vtriusque semen; vt latissimè docuit Galenus lib. 1. & 2. de semine, & fusè expendit Andreas Laurentius lib. 8. histor. anathom. c. 7. c. 4. Probant foetui in vte o deesse chylificationem, & sanguificationem, inesse verò solam vltimam coctionem, eo quod Mater per venam vmbilicalem misit suum proprium sanguinem, & fieri nequeat, vt vna forma substantialis eiusdem speciei pellat alterã solo numero distinctam ab eodem subiecto, & confirmat verbis Hippoc. lib. de natura pueri: consentit Realdus Columbus lib. 12. suæ anathomes, tract. de formatione foetus, Peramatus lib. de hominis procreatione c. 3. quæ doctrina, vt certa supponitur ab vniuersa schola Medicorum: est autẽ sanguis, quo nutritur foetus is, qui optimus est in venis Matris, vt ait Galenus lib. 1. de causis symptomatum c. 7. His positis roboratur, & declaratur primum argumentũ, & conficitur secundum: nam totus sanguis venalis, & arterialis, quem extrahit recens natus infans à Matre, præcesserat idem numero in venis Matris, ex tanta verò quantitate valde probabile est pro corpore sano, & nunquam morbis, & medicamentis vulnerato (quale fuit corpus Christi Domini) partes aliquas nõ fuisse conuersas in carnem, & membra alia viuentia; sed præter mutationem suppositi, quæ proximè consequeretur eum sanguinem, vbi primum pertinebat ad integritatem Christi, nullam aliam variationem factam fuisse circa formam substantialem sanguinis Virginei; eum verò quoad particulas nonnullas immutatum perseverasse, vsque ad necem Christi: veluti fundamentum filiationis cũ alijs partibus primigenijs. Hæc doctrina valde est verisimilis, & probabilis in opinione eorum, qui adstruunt non omnes, & singulas partes sanguinis ad tertiam coctionem pertinere, sed ad vsus diuersos destinari: præsertim, si de arteriali sanguine sit sermo. Tertium argumentum est, quia ex plurimum Theologorum sententia in 4. dist. 44. in Resurrectione ad supplendum ea, quæ desunt pro constitutione, integritate, & ornatu corporis resurgentis, assumuntur partes primigenæ carnis, & sanguinis, quæ non

*De maternitate physica Deiparæ, & de dignitate moralis Matris, & de gratia ipsi annexa.*

Vnio corporis, & animæ Christi ad Verbum, non est necessaria absolutè in genere ad munus, & officium Matris, quâvis ea omnino sit debita, vt Maria Deipara sit, & nominetur, quia corpus, & anima non subsistunt à concursu generantis. Cùm igitur vnio corporis, & animæ Iesu physicè sit eiusdem speciei in ipso, & cæteris hominibus, Maria, quæ generauit hanc vnionem verè dicitur, habere Filium hominem. Quoniam verò hic Filius, & Homo est etiam Deus, propriissimè nominatur Mater Dei. Ad producendam hanc vnionem corporis, & animæ Iesu Scholastici plures dicunt Mariam habuisse verum semen, quo posset concurrere in dispositiones antecedentes natura, seu causalitate generatione Christi. Haymo apud Strabum ad Galatas 4. sic ait: *Factum ex muliere, id est semine mulieris opera Spiritus Sancti creatum.* Expresius B. mau. in 3. di. 4. art. 2. quæst. 1. Magister prope finem eiusdem distinctionis, Maldonatus in 1. Matth. Cornel. in 12. Lenit. & plures alios retulit Puente Hurrado disp. 2. de generatione, qui à num. 49. vsque ad 56. producit multorù testimonia, Hippocratis, Galeni, Valiesi, Peramatti, Andreæ Laurentij, & aliorum.

Addant alij virtutem immediatam, qua Maria potuit concurrere ad generationem substantialem Christi, non potuisse esse semen, nec potentiam accidentariam, sed substantiam animæ, vt vnitam corpori: itaut vnio sit conditio: sic censere debent quotquot cum Scoto, Gabriele, & alijs opinantur accidens se solo non posse producere substantiã: varia philosophandi semita varios in hac thesi producant opinandi tramites: singulæ suas habent propositiones probabiles per se notas, id est, principia verisimilia, quæ validè non possunt impugnari. In omni sententiã concedendum est aëtu concurrisse Mariam ad generatione Christi, nec præuentam totã illius actione ab agente superiori; alioquin habuisset se Maria, vt ignis Babylonicus, qui calore potuit producere, nec tamè prodixit. Quando verò Aristoteles, S. Th. & alij dixerunt

primis mensibus à concepta fuerant acceptæ, licet ab ambiente, aut aliter dissipatæ fuerint; ergo etiam si detur Christum Dominum à legibus nutritionis, & alijs adhaerentibus, nihil retinuisse necis tempore ex illo sanguine, quem proximè post ortum habuit, saltem dicendum est in Resurrectione ex sanguine primigenio, qui sub eadem numero forma substantiali inuit venis Deiparæ, & Filij, resumpsisse partes aliquas, quæ nunc in corpore Domini, & Eucharistia permaneant. Quod singulariter verum est de sanguinis effusio in circumcisione, quem resurgens Iesus assumpsit iterum, vt ait Suar. tom. 2. in 3. p. disputatione 47. sect. 5. nec credibile octauo ab ortu die Iesum tantam portionem sanguinis per propriam chylicationem, & sanguificationem esse conuersam, vt nullam partem circumcisionis effuderit ex ijs, quas à matre in utero extraxerat. Quæ ratio suam vim habet, admittendo communem sententiam, quæ adstruit ex doctrina Athanasij Christum resumpsisse in Resurrectione omnem à se effusum sanguinem, vt docet S. Thomas 3. p. q. 54. art. 2. Suar. ibidem disp. 47. sect. 3. Vazq. tom. 1. in 3. p. disp. 36. cap. 8. Nam Iesus ex ieiunijs, peregrinationibus, & alijs afflictionibus, mortis tempore non habuit totum sanguinem, qui perfectæ dispositioni resurgentis corporis debebatur. Inuat, quòd superius scripsit Franciscus Suarius; plus sanguinis esse in corpore Christi glorioso, quam simul aliquando fuerat in corpore mortali, & consequenter plus sanguinis assumpsisse in Resurrectione, quam in Passione profuderit; vt ibidem probat, & exponit. Quare fieri potuit, vt resumeret ex eo sanguine, quem habuit in utero Virginis sub eadè forma, quæ tunc intruebatur; id est eadem numero, quæ præcesserat in venis Deiparæ, vt pro alijs foetibus accidit, licet in Christo suppositum diuinum eum sanguinem terminabar, vbi primum ipsius venas, & arterias ingrediebatur; similiter repetit Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 51. sect. 3. docens in corpore Christi gloriosi plura receptacula, quæ ante

mortem erant plena alijs rebus, nunc repleti sanguine ex purissimis humoribus.

foeminam in concipienda prole solum passiuè iuuare, non crediderunt nihil omnino agere; alioquin, ut probat Scotus in 3. dist. 4. quaest. vnica, terrae qua fiunt vasa esset eorum mater, si illa viuerent. Ipsa definitio generationis, quae est origo viuientis à viuente, per vocem *originis* ostendit, non ea fluere à causa materiali, sed ex illa. Quemadmodum mater efficit sanguinem actiuè, ita cum semine viri ipsum, & simul prole elaborat; & concurrit foemina in foetum, & dispositiones, non minus, quam vir. Dicitur nihilominus ab Aristotele, & D. Thoma passiuè iuuare foeminam respectiuè, quia pater sobolis nihil accipiat à foemina, seu matre, sicut foemina, aut mater à masculo. Verum antequam mysterium declararetur, praeponendum est monitum S. Bonaventurae supra, dicentis has tractationes, licet non sint frequenter ore voluendae, nihilominus non esse praetereundas, cum necesse est explicare mysteria.

1. *De exhibitâ materia à Virgine sanctissima pro formatione Iesu.*

Maria exhibuit omnes functiones Matris. Primò, constituendo materiam in matrice. Secundo, illam disponendo ad foetum. Tertio, inducendo animam Christi per productionem vnionis physicae ipsius cum corpore, ob quam est à principio coniuncto. Quarto, actiuè concurrendo in prolem in fluxa materno. Haec saltem quatuor praestitit Maria. Primò, exhibuit materiam, id est purissimam sanguinem, aut semine; nihil materiae corporalis habuit Iesus in prima formatione, nisi à sola Matre, vnde ex hac parte praestitit totam materiam, illam etiam quam praebere debebat; creatus Pater, licet non sub virilis seminis forma, aut substantia, si ea diuersae naturae est à femine, vel sanguine materno. Collocatio autem huius materiae seminalis, vel sanguineae Deiparae, non iuxta morem naturalem peracta est, sed supernaturaliter quoad modum; scilicet, quia Maria per voluntatem fuit causa, ut imprimere-tur impulsus in omnem materiam necessariam ad formationem Christi. Hoc impulsu accerto Deus concurrit ad praesentiam illius materiae seminalis, aut sanguineae producendam in matrice, quin ea medium spatium traiceret. Sic Christus in caelo residens, accipit praesentiam in Eucharistia nullo in-

intercedente transitu per medium. Haec intendit Ricardus in 3. dist. 4. art. 2. quaest. 1. docens Mariam decidisse semen, iuxta hanc sensum praedicta materia seminalis, aut sanguinea Deiparae in eodem instanti fuit, simul in duobus locis, quod supernaturaliter factum est, & idem numero impulsus, qui erat naturaliter in receptaculis formatiuis, exitit in eodem momento supernaturaliter in matrice, & fuit causa naturalis vbi-cationis, seu praesentiae eiusdem materiae in ipsa matrice, vbi Maria multò perfectius praedictam materiam informandam anima Christi collocauit, quam caeterae mulieres, ut optime differit, & persuadet Puente Hurtado in tomo de vita Christi, proximè in lucem publicam euulgando. Sic Eucharistia, & incarnatio, etiam quoad miracula, magnam habuerunt similitudinem. Dedit igitur Deus illi impulsui Deiparae statim atque productus est vbi-cationem, vel praesentiam in matrice, quae cum esset naturalis in substantia, & supernaturalis in modo, potuit esse, & fuit à naturali potentia Mariae: propterea non admittitur Suarezii opinio tom 2. in 3. part. disp. 11. sect. 1. dicentis hanc vbi-cationem, non potuisse emanare à naturali potentia Mariae. Igitur Spiritus Sanctus habito consensu Mariae impressit impulsus materiae sanguineae, aut seminalis simul cum ipsa Deipara illam diuinitus constituendo in matrice, concurrente impulsu Mariae ad illam vbi-cationem, quem impulsus secum habuit praedicta materia, non transiens per medium, in quo situm fuit miraculum, non in substantia praesentiae, aut vbi-cationis. Semen dum est in receptaculis formatiuis non titillat, nec dum est in matrice sentitur; integra titillatio oritur, vel ab actu, vel traiectione successiva per vias communes, quae in Virgine non fuit: vnde non potuit illa carnali aliqua delectatione tangi. Sunt nihilominus Medici, & Philosophi, qui etià in praedicta successiva traiectione dicunt, non esse sitam voluptatem, sed vltimum comitanter annexam; in quorum sensu licet daretur in Deipara actus successiuus per conuertos tramites, ut concedit D. Thomas 3. part. quaest. 33. art. 7. negaretur omnis voluptas carnalis, & sic fortasse opinabuntur, qui dicunt de potentia absoluta, non posse idem corpus simul esse extensiuè in duobus locis.

Aliud munus maternum Deiparæ situm est in dispositionibus conficiendis. In alijs generationibus mater paulatim instruit materiam foetus cum concursu seminis virilis; suecessio autem in producendis dispositionibus oritur ex resistantia contrariorum accidentium; nam ubi agens est satis applicatum, & passum sine contrario, in momento instantaneo inducitur forma ab agente, ut constat in homine. Spiritus Sanctus miraculosè corripit in instanti omnia cōtraria, quæ erant in materia informanda per animam Christi prius natura, nam esset generatio actiua Mariæ, & generatio passiva Christi; & hæc contrariorū depulsio, nullatenus fuit à Deipara, sed a solo Deo. Præcedente igitur natura ea depulsione, sicut in instanti, in quo formata fuit humanitas Christi per primum sui, non esse nullum existeret accidens contrarium, secutus est integer organorum apparatus vno momento, in quem apparatus concurrat Maria in instanti actiue naturaliter, quoad substantiam, quia ex miraculo prius natura discesserat omnis resistantia contrariorū, quæ in alijs generationibus vincitur successiue. Sic ignis, si inueniat lignum omnibus contrarijs spoliatum miraculosè, naturaliter quoad substantiam, illud comburit in instanti, quamuis modus pendeat à miraculo. Nec vnquam materia informanda per animam Christi caruit forma substantiali; sed in eodem instanti, quo habuit spiritum rationale Iesu, in corpore organizzato fuit primum non esse contrariarum dispositionum, & formæ substantialis, cuius illæ erant proprietates, seu accidentia, non verò ante.

Ad perfectionem, & munus matris, vel ad essentiam generationis necessarium non est depellere contrarias dispositiones, & oppositas formas substantiales, quæ spectant ad terminum à quo; nam prædictus terminus extrinsecus est, & omnino accidentarius generationi; solus terminus ad quem producendus, aut vniendus essentialiter requiritur ad complendam essentiam generationis. Aristoteles non bene exponitur à nonnullis in r. physicorum, cum de priuatione loquitur, ut de principio generationis: non enim priuationis voce intelligit aliquid non posituum, sed vltimam dispositionem

realiter posituam preparantem ad formam recipiendā, seu propagandam: huius ratione materia dicitur priuata, id est, proximè idonea ad receptionem substantialis formæ, illamque exigens: terminus à quo non posituius, nullatenus est principium entis naturalis, nec generationis ipsius; sola dispositio vltima positua, quæ interdum vocibus priuatiuis, interdum posituiuis declarari consuevit ab Aristotele dicitur nunc à pleribus philosophis priuatio: Quando igitur materia non est cum negatione formæ subsequenti propter defectum dispositionum, sed cum priuatione, & aptitudine proximè illam recipiendi, quia est instructa vltimis dispositionibus, dicitur subiectum aptum, & ratione earundem dispositionum posituarum est in potentia vicina, ut à producenda forma substantiali informetur. Hæc, quæ ad inductionem formarum substantialium præcedunt tempore introductionem ipsarum propter resistantiam, & contrarietatem deuincendam, non antecesserunt generationem Christi, quia Spiritus Sanctus miraculosè omnem resistantiam, & contrarietatem ablegauerat, quæ omnino accidentalis est ad generationem substantialem, hoc secundum munus maternum luculenter, exposuit Puentz Hurtado in prædicto volumine de vita Christi.

### 3. De generatione substantiali Deiparæ erga Iesum.

Tertium munus, quod præstitit Maria ad functionem maternitatis physicæ, fuit ipsa generatio substantialis, id est, productio physica humanitatis Iesu, quæ momentanea fuit, naturaliter subsequens vltimam dispositionem, quæ nullo tempore, nec momento fuit antiquior vniione anime Christi cum corpore, id est humanitate. Hanc actionem, aut productionem præstitit Maria, ut ceteræ femine. Itaque miraculum circa generationem humanam Christi, non versabatur in ipsa generatione, sed circa apparatus organorum, & corruptionem contrariorum, præter naturam, & supra naturam. Peracta organizatione, & deijcta contrariorum resistantia, naturale est, ut eodem momento fiat generatio substantialis. In prima, & secunda functione circa modum exhibitionis materię feminalis, aut sanguineę Virginis, illiusque collocationem in matrice, & circa momentaneam formationem organorum,

& dispositionum vincendo, & expellendo resistentiā contrariā, Deus suppleuit ad id, absque imperfectione concursus virtuales, in tertia autem functione, seu manere maternitatis, id est in productione, aut generatione substantiæ humanitatis Christi, nihil suppleuit Deus miraculosè; nam Maria fuit causa secundæ adæquate suam efficiens prolem, sicut ceteræ feminæ sunt perfectiores, quam illæ, cum non concurrant ad organicam dispositionem, nec traiectionem seminis, nisi excitatæ à virorum congressu. Ex quibus fit maternitatem Deiparæ, vt se tenet ex parte Iosus physicè esse eiusdem rationis cum maternitatibus aliarum mulierum, siue maternitas non sit distincta à matre, vt est principium quo, & substantiale proximum ad generandum, siue sit modus distinctus à substantia Matris; nam omnes ceteræ proximate, à quibus per se pendet, sunt naturales, id est, substantia Mariæ, potentia generatiua ipsius, generatio actualis, terminus formalis, & immediatus, qui est humanitas, vel unio animæ, & corporis Iesu: Verbum autem æternum est terminus remotus, unio autem partium substantialium ad Verbum, non spectat ad maternitatem, sed antecedit, vel subsequitur, nec fieri potuit à Deiparæ, nisi per potentiam obedientialem, sicut poterat à saxo, vel ligno; ex qua relatione fundata in productione obedientiali exigua dignitas accresceret Mariæ, sicut nec saxo, nec ligno.

#### 4. De influxu materno Deiparæ, erga Iesum productum.

Quarta functio, seu munus de influxu materno Deiparæ in prolem iam productam, vsque ad tempus partus sine discrepantia opinionum in confessio est apud antiquos Patres, & Doctores, quos vnanimiter sectantur Scholastici: quæ autem varietas est arbitrandi, versatur circa accidentales theses de situ, de numero membrarum, aut de absentia illarum, & alijs similibus. Maria metaphysico examine fuit Mater Christi, dum vterque simul vixere in vita mortali, & nunc post vtriusque Resurrectionem. In triduo mortis Christi vulgariter fuit Mater, non secundum metaphysicum examen, cum Filius non esset. Et hanc fuisse grauissimam materiam dolorum Virginis post necem Iesu, iuculenter expendit

dit Siliceus Archiepiscopus Toletanus super Magnificatâ & Sæue Regina, quod scilicet tunc non esset Mater. Dicitur autem Christus singulariter conceptus de Spiritu Sancto, quamuis æquè ad illius formationem concurrerent duæ alie personæ, id est, tota Trinitas, primò propter appropriationem sanctificationis, quæ attribui solet tertiæ personæ: deinde, quia multa sunt patrata miracula, quæ nuper retulimus, & eidem personæ per similem appropriationem miraculosæ operationes deferuntur, singulariter illæ, quæ filiorum generationem spectant: vnde initio conditi orbis dicitur de Spiritu Sancto, iuxta expositionem plurimum, quod incubaret super aquas.

#### 5. De quadam Sacerdotali perfectione Deiparæ.

Habuit iuxta præmissa Sacerdotalem quodammodo perfectionem Deiparæ, quoad vim conficiendi aliquando corpus Christi per operatorium sermonem: nam Verbo, & sanguine suo fecit Verbum hominem: sunt tamen noua hæc prærogatiua in hac generatione, quæ in Eucharistiæ consecratione non reperiuntur. Nam in Eucharistia, nihil manet substantiæ panis, at in Christo manet sanguis Deiparæ eo sensu, quo in parte quarta harum tabularum expendebatur: deinde accidentia panis in Eucharistia permanent, non tamen in corpore Christi; at plura accidentia in materia prima sanguinis, & lactis Deiparæ in hærentia manserunt in Christo, eumque fouerunt. Tertio, plures partes acceptæ à Maria, Christo resurgente, ipsi sunt restitutæ, quæ nunc in Eucharistia perseverant; at nulla pars substantialis panis in eodem Sacramento inuenitur. Pleraque ex ijs quarta parte illustrantur.

#### 6. An Matripatrium probabiliter Mariæ possit attribui in generatione Iesu.

Theologicè, ex D. Damasceno scripsit S. Thomas, materiam generationis corporeæ Iesu Christi fuisse purissimum sanguinem, prout excludit impuritatem libidinis, & vitiosum, & corruptum humorem, qui singulis mensibus excernitur. Præbuit sanctissima Virgo, id omne, quod requiritur ad

ad veram rationem Matris. Okamus in 3. q. 3. Gabriel ibidem dist. 4. q. unica. Scotus allegatus à Puento Hurtado. dist. 2. de gener. sect. 6. quos ipse sectatur, docent patrem nunquam actiue concurrere, nec per substantiam propriam, nec per feminam ad productionem filij, sed solam foeminam actiue concurrere. Basolis in 3. dist. 4. q. unica hæc scribit: *Mulier est principium effectuum generationis, & non ipse vir, vel oportet omnino recurrere ad Deum, ut ad causam efficientem ipsius generationis, quod tamen non videtur necessarium. Quod autem vir non sit causa effectiua generationis, patet: quia sicut dictum est supra, accidit quòd sit, quando generatur foetus: nec potest dici, quòd mediante semine, ut dictum supra. Et ideo dictum est in secundo, quòd oportet recurrere, quantum est ex parte viri ad Deum.* Ex hac Philosophorum, & Theologorum sententia infertur nonnulli necessario dicendum sanctissimam Virginem omnem concursum paternum, & maternum exhibuisse ad generationem Filij: nam cù Pater non concurrat actiue, nec per propriam substantiam, nec per feminalem, sed solum subministrando materiam formandi foetus, & hanc materiam integrè dederit Maria, ut notum est, & omnes profitentur, manifestè coguntur prædicti Auctores ad assumendum Deiparam omnem paternum concursum immediatum præstitisse ad formationem humanitatis Christi. Hi Doctores fortassis allegabunt pro se Dignum Aelsum sermone de Assumptione, qui incipit *Eminenter*, cuius verba refert Paludanus in 3. dist. 3. quatenus appellat Mariam Patrem, & Matrem Iesu. Quod Albertus Magnus in summa, tractatu 13. q. 80. modum assignat, quo Adam principium Eux esse potuerit non solum, ut Pater, sed etiam ut Mater, difficiliter intellectum est, quam quod prædicti Auctores scribunt in ea via philosophandi, Mariam ad productionem Filij omnem concursum paternum, & maternum præstitisse: qui consequenter statuent miraculosum Spiritus Sancti concursum in eo situm fuisse, ut Mariam eam materiam dederit, quam Pater exhibere debuerit: item in eo quòd unico contextu, & momento corpus Christi formauerit, organizaueritque: item in eo, quòd vnionem hypostaticam humanitatis cum Verbo Æterno fuerit operatus: non in eo quòd Maria integrè effecerit vnionem corporis, & animæ Iesu, cum eam omnes alie matres integrum

concursum effectuum præstantes, causare soleant.

In opinione eorum, qui existimant Patrem creatum a sine immediatè concurrere per virtutem instrumentariam, dumtaxat ad generationem Filij, audio nonnullos sequentes propositiones, & confirmationes statuisse. Dicunt in eius purissimo sanguine subiectiue receptam esse facultatem generatiuam ordinis naturalis secundum substantiam, quam ibi Spiritus Sanctus collocauit: quoad modum verò miraculosè, & supernaturaliter inditam fuisse Mariæ, ut viri opus eiusdem Spiritus Sancti nomine suppleret, ipsa tamen virtus agens vices viri naturaliter operata est, & generauit vnionem corporis, & animæ Iesu, tamquam ab Spiritu Sancto, qui in radice illam miraculosè subministrauerat, quod ijs verbis exponit Canisius lib. 3. cap. 13. Spiritus Sanctus mirificam virtutè Dei hominis susceptiuam, simul & generatiuam Virgini subministravit. Maria cooperata est, ut vera Mater, propter quam generandi normam per virtutem à se, ut vera Mater, & per virtutem in se inhæsiue ab Spiritu Sancto creatam; pia illa nomenclatura sancti Anselmi nuper relata Matripatris, aut Patrimatris tribuitur sanctissimæ Virgini à Doctoribus antiquæ ætatis. Quod si Spiritus Sanctus præter illam virtutem inhæsiue receptam in purissimo sanguine Virginis, aut in ipsius semine (quod ut ait Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 10. sect. 1. probabile est Mariam sine vlla deordinatione ministrasse pro formatione corporis Iesu) aliam dedit facultatem generatiuam produendi sanguinem pro ificum naturalem, quoad substantiam, & miraculosam quoad modum, plenius adhuc hoc nomen consentit. Non credimus Galeno docenti in lib. 2. de semine (apud Peramatum in appendice de eo quod naturale, aut miraculosum fuit in conceptu, & ortu Christi) fieri posse, ut humana foemina ex se nullo externo auxilio accedente generet sine viro naturaliter, & si ea humanam, & rationalem prolem in finem, vsque gestationis vteri alere nequeat. Id certè credere non licet; opinamur tamen potuisse Deum ab initio, & formare foeminas, & eius qualitates disponere, ut naturaliter, veluti apes, & pisces, sine aëterius coitu generareat, & ferum in finem vsque perducerent: & tunc naturaliter essent Matripatres, non secus, atq; apes; verum nunc supposita hac serie creationis, & hac lege Dei libera circa constitutionem temperamentorum, nulla

fœmina concipere naturaliter potest humanam prolem sine auxilio viri. Quemadmodum homini potuit ab initio esse naturale, vt singulæ manus quinis, aut senis, aut pluitibus digitis instruerentur: verum nunc si quinarium numerum excedant, præter aturale, aut violentum, aut monstruosum est iuxta præsentem seriem, quamquam fœminæ humanæ ab initio potuerit esse naturale cum viro, aut sine illo concipere; verum supposita hac serie, & contextu creationis, sine viro absque miraculo concipere non valet.

Nullum est animalibus, quæ Matripatria ab Aristotele nominantur, vel ex illis, quæ diuinitus Matripatria esse possunt in præscripto sensu, nomen Hermaphrodi sortiri valet, nisi per crassum errorem, tum Philosophiæ, tum Græcæ, & Latinæ linguæ, nam pro Matripatrio vnus dumtaxat debet esse sexus, pro Hermaphrodito duplex. Probamus, & pro conelusione nostra ponimus verba illa Vincentij Burgundi lib. sexto speculi Historialis. *Miraculosè fuit excitata virtus generatiua in Virgine, scilicet Spiritu Sancto operante, qui superueniens in eâ dedit ei virtutem (scilicet creatam, qua immediatè faceret decisionem, consolidationem, conuersionem, conformationem corporis Christi: sic plenius seruat ratio Matris in Virgine. Iterum ibidem Plenius fuit Mater Christi Maria, quam quæuis alia mater.* Eo sensu, quo a Diuo Antonino 4. p. summæ, tit. 15. cap. 41. dicta sunt illa verba nomine sanctissimæ Virginis, *Ego sum Mater, & Pater eius, quia non alium patrem habet in terris:* in eodè a nobis dicuntur. Ex familia seraphica considera verba illa sancti Bonauenturæ in 3. dist. 4. q. 1. *Non minor fuit potentia in Virgine, quam in alia muliere, imò multo maior, quia potentiam naturalem, & supernaturalem habuit; scilicet quoadmodum, & ibidem q. 2. generatiua potentia in Virgine fuit excitata ab Spiritu Sancto, & fuit supra possessum eleuata. & ideo Virgo Maria potentiam habuit supra naturam, & potentiam secundum naturam. Spiritus Sanctus non abstulit operationem naturalem à Virgine: ipsi collata fuit virtus supra naturam.* Iterum ait. *Melius sentire videntur, qui dicunt, quòd Beata Virgo habuit virtutem sibi diuinitus datam per quam administrauit materiam illi conceptui, materiam inquam, quæ non solum habuit rationem materiæ, siue potentiæ passivæ sed etiam sufficientiam, & virtutem ad pro-*  
lis

lis productionem. In quo sensu videre licet, quid dici queat de possibili: similiter ibidem addit. *In vltima formæ inductione cooperari potuit Maria Spiritui Sancto, pro eo quòd vltima forma in instanti potest induci à natura, vel virtute creata.* Palacios in 3. disp. 4. infert, quòd si Maria habuisset integram vim actiuam diuinitus communicatam, fuisset Pater; alij credunt non esse legitimam argumentationem ad paternum nomen; esse ramen firmam pro Matripatrio. Certè S. Dionysius Alexandrinus ad quæstionem 10. sic ait. *Genitum Verbum ex Paradysi Virginali habente omnia.* Quæ verba deflecti possunt per aliquam verisimilitudinem ad statuendum Mariam omnem diuinitus virtutem accepisse ad generationem humanitatis Christi. S. Maximus Dominicus in Ramis exemplo Matripatriorum vsus sic ait. *Vermis nulla extrinsecus admixtione alicuius corporis de sola, & pura terra procreatur: sic & ipse Saluator de sola, & pura terra procreatur.* Quæ etiam verba ad idem intentum verisimiliter existimant nonnulli posse allegari. Hæc verba, & alia eiusdem colotis in scriptoribus innumeris familiæ Prædicatorum, & Minorum, siue intelligantur de potentia creata indita Virgini ad producendum sanguinem prolificum, siue de potentia inhæsiue existente in purissimo eius sanguine, siue de vtraque simul (quæ tria valdè à nonnullis creduntur verò similia) eminentiam Matripatris, sanctissimæ Virgini deferunt, quam Patres, & Scholastici declarant, Mariam in Cōceptione Filij apibus, & alijs Matripatribus viuentibus conferentes, vt his verbis ferm. 2. de Annuntiatione loquutus est Iacobus de Voragine Dominicanus. *Spiritus Sanctus Virgini dedit virtutem generatiuam. Virgo concepit, ideo assimilatur api.* Spinelus in throno cap. 32. similibus exemplis animalium Matripatriorum, quæ sine concubitu generant, velut integræ causæ declarat maternitatem Deiparæ. Quoniam libri contra gentes post summam Theologicam a D. Thoma sunt editi, vt graues Doctores opinantur, & ipse in libro 4. capit. 45. explanat sacrum Incarnationis mysterium iuxta sententiam Medicorum afferentium matrem actiuè concurrere ad generationem Filij: & eundem concursum actiuum tribuit sanctissimæ Virgini ad Conceptionem Iesu, vt ibidem Ferrara declarauit, hanc sectantur alij, vt Medicinæ Theologiæ, & Mariæ dignitari magis conformem, & vt po-

fremam Doctoris Angelici mentem supremo testamento firmatam. In natura est series animalium, quæ solum habent virilem sexum, & propterea sine fœmina necessario generet, vt Scarabeus. Suidas, plurimique alij veteres semen emittente Scarabeum in finum brbulum amat, & ita pedibus agitare donec fœtus procreetur. Corroboratur idem Clementis Alexandrini testimonio 5. Strom. Accedit Ælianus lib. 9. Histor. cap. 16. Admirantur ideo alij Plinium, lib. 11. cap. 20. dicentem Scarabeorum videri coitum: alia videbis miranda apud Plinium lib. 30. cap. 11. Pitararchum, & Celium Calcaginum lib. de Iside, & Ofride, Eusebiû lib. 5. de præparatione Evangelica cap. 3. Ælianum, Diogenem Laertium, & alios. Verùm qua ratione naturaliter Scarabeus est Pater, aut Matripater sine fœmina, cuius sexus in eius specie reperiri nequit, sic ex miraculo in natura humana posset esse Pater sine coitu cum fœmina, in quo non est ea contradictio nis implicatio, quã opinantur nonnulli Theologi. Comparatio, quam instituerunt S. Ambrosius in 23. Lucæ. S. Augustinus in soliloquijs, & alij inter Christum Dominum, & Scarabeum, eò præcipuè tendit, vt in humana generatione ab vno tantùm indiuiduo genus accepisse, constet ex supernuente virtute Spiritus Sancti, vt prædicti, existimant. Promouet & fouet has probationes, quod scripsit R. palda to. 1. de ente supernaturali disp. 31. ita agens de natura causæ principalis, & instrumentalis, vt Maria dici queat ex illis principijs causa principalis per virtutem acceptam à Spiritu Sancto.

Scripturæ Æterno Patri, & concipere, & parturire, & utero gestare tribuunt; ideo nonnulli Matripatrem nominant, non Matrem: nam hæc vox seorsim sua præ ipsi non conuenit, vt probat Augustinus 15. de Trinit. c. 27. & 3. contra Maximinû cap. 14. & Ricardus 6. de Trin. c. 4. 5. Similiter aiunt nonnulli, Maria dici nequit absolute Pater Iesu; verùm vt aiunt Sherloquius Anteloquio 5. lect. 2. Bæza non semel, & alij, appellari potest Matripater. Addunt alij nihil essenouitatis in prædictis etiã quoad voces. Præterea quãquã in rebus Theologicis nouitas sit vitanda, vt firmat Radulphus lib. de Canonû obseruantia, propos. 6. tom. 6. Biblioth. nullû fore incommodû, si nouæ voces inueniantur his conditionibus seruatis, quas assignat Ruiz disp. 21. de Trin. sect.

3. probans hanc nouitatem esse necessariã virtutem Theologorû. Latissimè id persuadet Muretus lib. 15. variarum lectionû c. 1. Quæ omnia recitatuè, inquisitionè, & examinationè proponitur. Simul innotescet, an quæ Grabrinn in deposito pag. 456. & saepe alibi, præsertim tom. 3. præscriptionû parte 1. cõtra Matripatrium scripsit, probent quæ intendit.

7. *De dignitate morali maternitatis Deiparæ ex generatione Iesu.*

Maternitas Deiparæ in concreto includit physicè perfectionem infinitam, quia Mater Dei, vt Mater Dei est, formaliter includit Filium Deum, & licet in obliquo Deum cõtineat, ipsum tamen formaliter, & quasi partem relationis in concreto claudit. Quemadmodum candidum in obliquo formaliter includit candorem: vna solùm differentia est, quod candor intrinsecus sit candido subiecto, Filius autem extrinsecus est personæ Matris. Quamuis igitur dignitas hæc physicè sit extrinseca sanctissimæ Virgini, considerato termino, est tamen intrinseca moraliter; atque hanc quidem moralitatem nunc contemplamur. S. Thomas 1. parte quæst. 25. art. 6. ad 4. ait Mariam ex maternitate esse cum quadam infinitate, ratione cuius non potest esse aliqua creatura sublimior; qui sic exponendus est, vt non solum non possit esse melior Mater, sed nec etiam possit esse melior mulier. Si admittatur possibilis infinita gratia, & ea Deiparæ concedatur cum Epiphania, & alijs dicentibus Mariæ gratiam esse immensam, non posset in puris creaturis (etiã si supernaturales substantiæ concederentur) alia esse melior, quàm Maria, vt constat. Deinde si iuxta mentem Scoti, Durandi, & aliorum datur vltimis terminus gratiæ; qui etiam de potentia absoluta præteriri non possit; probabile est hunc habuisse Mariam, atque adeo, nec meliorem aliam creaturam excogitari posse. Demum si probabile sit gratiam infinite in actu intensam cathegorematicè esse possibilem, & simul etiam probabile sit Mariam habuisse totam gratiam cathegorematicè possibilem, in horum sensu probalis erit infinitas gratiæ Mariæ. Hæc solùm ex hypothesi, & recitatuè producuntur; sed aliter hæc thesis probatur, & declaratur à simili. Vnio hypostatica ad Verbum non solùm est optima ratione termini, sed in se etiam est optimum bonum, ratione cuius humanitas Christi non solùm est



optima in ratione subsistendi; sed etiam absolutè, & hæc illi conuenit prærogatiua ratione termini, quo subsistit: ergo similiter Maria, non solum est optima Matrum in ratione matris, sed optima inter puras creaturas ratione maternitatis, cui moraliter ad dignitatem est intrinsecus filius Deus, licet physice sit extrinsecus ipsi. Est igitur maternitas Deiparæ in genere æstimationis infinita. Cum momento Christi generatio fuerit peracta, & omnis apparatus dispositionum fuerit in instanti, non potuit sanguis Mariæ prius corrumpi, & accipere aliam formam; quæ nec esset Christi, nec de integritate Deiparæ, sed immediatè ex parte actuali Mariæ transiit in Christum. Ideò multò nobilior est Mater Domini, quàm alia suorum Filiorum, cum illarum sanguis prius corrumpatur, quàm excipiat animam prolis. Ex hoc munere oritur æstimatio moralis, vt Mater sit in eodem honore Filij, vel ad illum accedat, & in Filio oritur naturalis obligatio prouidendi Matri. Hæc est radix, vnde à Christo collata sunt Deiparæ cumulatissime supra omnes puras creaturas vnione hypostatica carentes, beneficia, priuilegia, & gratiæ. Consonat doctrina S. Thomæ in 3. dist. 2. quæst. 3. art. 3. & 3. p. q. 25. art. 5. & in cap. 7. Isaie. Ad hanc excellentiam commendandam plura dedit Suarius integro tom. 2. in 3. par. præfertim disp. 1. sect. 1. Ricardus de S. Laurentio in libris de B. Virgine. Anselmus libro de excellentia Virginis ad principium, & cap. 2. Bernardus latè Homil. 1. super Missus est, & omnes ferè Doctores. Hæc vnio ex maternitate Deiparæ cum ipso Deo est optima, quæ excogitari potest in creaturis puris. Vtrum autem charitas, visio beata, & gratia non sint tam bona, quàm maternitas Virginis Mariæ, quæstio est non necessaria, cum constet prædictæ maternitati debita esse omnia hæc bona, aliaque ipsis connexa. Tota dignitas Matris vniuersum cumulum honorum exposcit. Si maternitas Deiparæ priuaretur suis effectibus, & ipsa Deipara ex suppositione impossibili permessa fuisset sibi in peccatum mortale, & in æternum damnaretur, non esset melior proximè, quàm gratia, & visio beatifica, sicut si Christus, vt homo priuaretur visione Dei, non esset tam Beatus, ac sanctus Michael, radicaliter tamen beator esset, quòd radicem haberet postulantè beatitudinem maiorè. Verum, si accipiatur maternitas Virginis moraliter, & remotè, vel absolutè, & proximè, vt de facto

collata fait, melior est, quàm gratia, & visio beatifica: cum hæc non sint titulus, cui debeantur multa prærogatiue, quæ debentur Matri Dei, quia Mater est cum cumulo effectuum, & donorum sibi ex quadam obligatione erogando. Dignitas Matris physice dumtaxat loquendo, solum est extrinseca de nominatio Mariæ, gratia sanctificans, & visio beata physice sunt intrinseca eidem Virgini, quarum altera sanctificat, altera beat. Sola maternitas proximè, non reddit illam sanctam, nec beatam, at radicaliter, & remotè postulat immensitatem gratiarum, vt hyperdulciam, & impeccabilitatem, & supremam infra Deum adorationem, & alia huius generis, quæ nulli puræ creaturæ debentur. Quapropter parum refert, quod gratia, & visio beatifica sint meliores proximè, quàm maternitas Dei physice solum considerata: nam eadem maternitas remotè, & radicaliter, & in statu debito multò est melior gratia, & visione beatifica cuiusvis puræ creaturæ, illa que præmissa modo radicaliter, & virtualiter cum maxima excellentia comprehendit. Semper in ijs collationibus omnes titulos maternitatis Dei conferre debemus, quorum ipsa radix est, & origo.

#### 8. De impeccabilitate Mariæ ex dignitate Matris Dei.

Ex dignitate Matris colligitur à pluribus Mariam ita fuisse impeccabilem, vt non adfuerit ei physica potestas ad peccandum; licet enim per gratiam habitualem, quæ fide mouetur, communem cum nostra, non fuerit ab intrinseco impeccabilis, in quo tantum sensu intelligendum esse docet S. Thomam aientem peccare potuisse, verum per aliam gratiam habitualement diuersæ speciei, quæ duci nequit actibus fidei ad eliciendos actus voluntatis, sed scientia per se infusa, docent Mariam ab intrinseco reddidit moraliter post Incarnationem, saltem impotentem ad peccandum, & simul etiam ab extrinseco physice: siue hoc modo, siue aliò res euenire poterit, intentum probant, quia titulus Matris obligat Filium, & Christus non poterat, non optimi Filij legibus satisfacere, debebat igitur prouidere non solum, ne Maria peccaret, sed etiam, vt multò esset purior Beatis. At Beati, nec actu, nec habitu, nec potentia possunt præuaricari, ergo idem priuilegium, licet ex alijs fontibus natum Mariæ collatum fuit, ne illa exponeretur discrimini de seruituti Diaboli, & pec-

peccati. Maxima puritas natura sua exigit impotentiam peccandi, & recessus à peccato per impotentiam delinquendi ad puritatem pertinet. Hanc doctrinam intelligunt per sensum compositum, iuxta quem auunt Mariam, nec de potentia absoluta peccare potuisse; nam licet in sensu diuino, & damnari, & delinquere potuisset, sicut in eodē sensu prædestinatus damnari posset, verum qua ratione hic in sensu composito damnari nequit, ita nec Mater Dei in eodem sensu composito peccare valet. Hanc impotentiam præuaricandi possibilem fuisse in Virgine, docuit Vazquez in 3. par. disp. 120. cap. 2. Rationem addunt primò, quia videns Deus maternitatem esse quasi formam repugnantem peccato, cum vult maternitatem virtualiter, scilicet amat eam repugnantiam: declaratur, cum Deus vult infundere gratiam habitua, quæ noscitur esse impossibilem cum peccato lethali, videns gratiam, eligit eam repugnantiam eidem peccato. Filij adoptiui Dei possunt, si grauer peccent, non esse. Filij, & hæc filiatio est metaphorica, quod si essent naturales filij Dei, non possent peccare: at Maria est Mater naturalis, nec vlla ratione amittere maternitatem possibile est, nec componere maternitatem cum peccato mortali; nam hæc dignitas destrui nequit. Ad probandum Deiparam esse impeccabilem venialiter non æquè efficaciter vrget hoc argumentum; posset tamen verisimiliter ex alijs motiuis idem persuaderi. Deinde probant ex eo, quod Christus nequeat peccare; vnde faciunt, quod si Maria delinqueret, ipse Iesus contra pietatē peccaret, non obseruando leges de prouidendo Matri, præsertim in ijs, quæ ad æternam salutē sunt necessaria. Supposito, quod filiationem eiegit, id est, voluit esse Filius Mariæ, tenetur erga illam præceptis obseruantia, & pietatis, quæ nullatenus opponitur excellentiæ diuinæ, quando fundamentū libere eligitur à Deo, vt quo teneatur ex promissione conferre beatitudinem; esset autem contra ipsius excellentiam, si absolutè absque libera pollicitatione eam impendere teneretur. Prædicta argumenta non infirmantur, ex eo, quod quis inferat illis probari Christum non potuisse permittere peccatum auorum, est enim magnum discrimen, quia Pater, & Mater sunt principium proximum filiorum, quibus immediate contunguntur, cum tamen auo, & proau sunt principium remotum nepotis, in quo nihil est auorum, & proauorum: &

de

de his longè aliter scripturæ; & Patres loquuntur, ac de immediatis parentibus. Promouent huius rationis vim amor frequens Mariæ, assidua contemplatio, inclinatio habituum, summa tranquillitas, absentia formitidis, recta corporis temperantia, quæ moralem peccandi impotentiam adducebant. Tertio, prædictam doctrinam confirmant auctoritate S. Anselmi ab omnibus Scholasticis laudata, & approbata, qui censuit Matrem Dei ea puritate nitere debuisse, qua maior alia infra Deum cogitari non valeat; sed si Maria mortaliter, aut venialiter peccare potuisset, alia maior puritas concipi posset infra Deum, scilicet impossibilitas peccandi, quæ in sensu composito adest beatis; ergo ne id admittamus contra Anselmum; & omnes Scholasticos, dicere oportet, Matrem Dei omnino impeccabilem in simili sensu. Iusti iuxta multorum Theologorum sententiam peccare nequeunt in sensu conuicto, ergo nec Mater Dei, licet enim maternitas, non sit forma sanctificans, nec intrinsicè, & physicè pugnans cum peccato, est tamē radix, cui debeatur talis prærogatiua. Si infinita gratia possibilis esset, & Mariæ adscriberetur, non inde sequeretur æqualem esse Filio; nam hic substantialiter sanctificatur diuinitate, & vniū hypostatica est substantiale complementū ad hominem Deū constitutū, & ab eo nec diuinitus posset auferri impotentia peccandi, at sanctitas Virginis est accidentalis, nec intrinsicè physicè pugnans cum peccato. Tandem etiam si in opinione plurimorum Theologorum omnia peccata mortalia sint infinitæ malitiæ, maius est peccatum odij Dei, quàm violationis ieiunij præcepti, ergo etiam si Maria haberet infinitam gratiam accidentalem, posset Christus alias infinitè intensas accidentales gratias saltē diuersæ speciei possidere, ex quibus infinite superaret gratiam infinitam Virginis, vt in progressu referetur iuxta sensum nobilium Theologorum docentium esse posibles habituales gratias diuersæ essentia. Nihilominus gratiam infinitam Mariæ non tribuimus, sed dicimus esse infirma argumenta nonnulla, ex quibus ipsi denegatur.

9. De cumulo gratiæ Mariæ debito ex materno munere.

Dignitati Matris Dei maior debetur cumulus gratiæ, quàm omnibus creaturis simul: id probatur ex principijs Abul. in cap. 11. Matth. q. 33. nā licet gratia nulli sit debita,

ea tamen tribuenda Mariæ debito quodam excellentiæ im-  
mixto maternitati, quod est titulus condignatis, non exclu-  
dens rationem beneficij: dignissimum utique est Matri con-  
ferri à Filio excellentissimas prerogatiuas, eas præertim,  
quæ spectant optimum illius statum, & præseruationem à cul-  
pa. Puræ creaturæ nullum habent titulum ad gratiam, nisi  
cum, qui ex vno opere gratiæ nascitur ad aliam gratiam; ac  
Maria optimum habet titulum ad maximam gratiam, quia  
Mater est Dei, licet enim relatio ipsius esset accidens natu-  
rale respectuum Filij, includit tamen aliquid supernatura-  
le, vt terminum ex quo simul cum fundamento relatio con-  
surgit. Hoc titulo, & quasi debito est optima Deipara inter  
puras creaturas posibles, cum ea sola ad maximam gratiã  
titulum possideat. Quod si alteri foemine maior conferretur  
gratia, quia Deipotencia non adstringitur ex necessitate ti-  
tulis maternitatis, cum de potentia absoluta posset de illis  
non curare, tunc Maria esset minus sancta actû, & per acci-  
dens, per se autem omnibus multo sanctior esse deberet, si  
leges maternitatis seruariantur; itaque absolute, & per se, &  
quasi ex debito Mariæ sanctitas omnium creaturarum gra-  
tiam superare debet, sicut seruato titulo maternitatis nulla  
possit ab omni potentia diuina dari maior gratia.

10. *An Maria maximam gratiam possibilem  
sit adeptæ.*

Cum Christus, vt homo sit maximum obiectum com-  
placentiæ Dei, proprium ipsius priuilegium est de facto ha-  
buisse maximam gratiam possibilem: in opinione Scoti, Phi-  
lippi Fabri, Nazarij, & aliorum, quos refert Puenre Hurta-  
do disp. 147. supra 2. 2. arbitrantium accidentalem gratiam  
habere terminos certos, vltra quos diuinitus augeri nequeat,  
gratia Christi erit finita, licet ei collata fuerit omnis, quæ est  
possibilis. Eundem gratiæ cumulum tribuit Mariæ in 3. dist.  
3 q. 2. Almaynus supponens tria principia: primum non esse  
possibilem supernaturalem substantiam; secundum non esse  
posse gratias sanctificantes specie diuersas; tertium Mariæ  
tantam esse gratiam, vt maior esse nequeat de potetia ab-  
soluta. Hæc sententia Almayni à nemine damnatur, nec prop-  
tereâ sequitur in eo genere æqualem fuisse Christo, si alia  
quædam opinio, cui non adhaeret hic Auctor, præligatur:  
quia Iesus præter sanctitatem substantialem, non graduatè,  
ha-

habuit aliam gratiam accidentalem specie distinctam, vel  
cum lumine gloriæ identificatam, vt anima sensitua identi-  
ficatur cum vegetatiua, vel diuersam ab ipso lumine, ac quæ  
duci non posset ad eliciendos actus voluntatis per fidem,  
neq; per scientiam per se infusam, sed per lumen gloriæ. Hac  
ratione amor Christi, licet esset æqualis gradualiter cū amo-  
re Mariæ, esset tamen essentialiter melior, & simul etiã in-  
tensiuè maior, quia quo perfectiores qualitates sunt, maio-  
rem intensiõem capiunt, cum profundior intènsibilitas per-  
tineat ad perfectionem altiore.

11. *Maria etiã adeptæ est gratias alias habituales diuer-  
sæ speciei supra alios iustos ex dignitate Matris.*

Maria saltem ab instanti Dominicæ Incarnationis præ-  
ter gratiam habitualem communem cæteris viatoribus, qui  
ducuntur per fidem ad eliciendos actus supernaturales amoris,  
habuit aliam gratiam specie distinctam identificatam cum  
scientia habituali per se infusa, quæ esset prima radix omniũ  
accidentium supernaturaliũ, & immediata, & adæquata cau-  
sa in suo genere actuum amoris consequentium scientiã per  
se infusam: huic gratiæ repugnabat vti habitu fidei, cū omnes  
ipsius actus essent euidenter. Libertas verò habituum prædi-  
ctæ gratiæ non poterat esse in assensibus, quia omnes erãt ne-  
cessarij propter euidentiã, sed tantũ sita erat in amore chari-  
tatis, & in alijs quibus aderat physica libertas. Probatur hæc  
doctrina supponendo ex opinione Iacobi de Granados, & a-  
liorum Theologorũ prædictã gratiam specie diuersam à cõ-  
muni nostra esse possibilem, vnde fuit argumētum: Decuit Chri-  
stũ nasci ex Matre habente maiorẽ puritatẽ, quæ infra Deũ,  
& naturã creatam Deo hypostatice vnitã potest excogitari,  
vt ex Anselmi, & Bernardi, & omniũ Scholasticorũ sententiã;  
& ratione moraliter euidenti certũ est; sed hæc puritas pro-  
ueniens ex gratia habituali identificata cum habitu scientiæ  
per se infusæ, est maior, quàm omnis gratia, quæ ducitur per  
fidem ad eliciendos actus amoris, & minor puritate Christi,  
vt infra declaratur, illa igitur Mariæ est attribuenda: Huic  
pauco libentius succurrunt, qui dicentes solã maternitatẽ  
non esse obiectum adorationis supernaturalis, vt patet si per  
impossibile Deipara in æternam damnaretur, docent simul  
dignam esse hanc adorationem supernaturalem meliori, quàm  
alia puræ creaturæ, & de facto esse, & fuisse obiectum hyper-

dulia, qua ab Angelis fuit adorata; unde fit maternitatem eius sibi debitis, & connexis esse connaturale fundamentum morale sanctitatis excellentioris diuersæ speciei, ratione cuius, quando Angeli Christum patriam adorauerunt, simul hyperdulia cultu Mariam honorauerunt. Ipsa immediatè ante Incarnationem Dominicam accepit hanc gratiam habituales identificatam cum habitu scientiæ per se infusæ: nã scilicet in præmissione dicta gratia posterior fit Incarnatione, utpote eius effectus, quoad executionem tamen anticipauit illam Deus, ut Maria magis idonea esset tanto mysterio, quemadmodum multa præmia Christi fuisse tempore priora meritis ipsius; sed causalitate posteriora. Sic optimè intelligendū Deiparā per hanc gratiam excellentioris essentia, quam nostra, terminasse hyperdulia specie distinctam ab ordinaria dulia Angelis, & hominibus sanctis debita: maternitas enim debet esse cum hac gratia in essentia meliori, ad cuius obiectum nobilius specie terminatur habitus per se infusus etiam specie distinctus, iuxta communem doctrinam de distinctione habituum per obiecta, quæ spectant. Consequenter Mater Dei est obiectum amicitia, seu charitas moralis distinctæ speciei ab amicitia, & charitate morali communi, nam iusta, & sancta est per iustitiam, & sanctitatem specificè nobiliorem, & excellentiorem. Similiter Christus, ut homo propter vnionem hypostaticam est obiectum charitatis, & amicitia melioris, quam ceteri iusti, & Maria. Christus Deus similem aliam habuit gratiam habituales identificatam cum scientia per se infusæ, & præterea aliam excellentioris diuersæ speciei identificatam cum habitu luminis gloriæ, quæ nulli rationali creaturæ etiam Matri Dei potuit esse connaturalis. Probat, quia hæc gratia est possibilis, & si possibilis est debetur humanitati Christi. Prima pars de possibilitate suadet, primo, quia nõ repugnat species quædam sanctitatis identificata cum lumine gloriæ, charitate, & alijs habitibus per se infusis, quæ sine ullo habitu ex ijs, qui nunc sunt, immediatū sit principiū amoris, & visionis Dei. Declaratur, & confirmatur, quia lumen gloriæ Angelorū, & Beatorū conuenit cum essentia Diuina in ratione intellectuali potènte immediate elicere visionem Dei, & gratia habitualis eorundem in via conuenit cum ipso Deo in ratione cui debeat cognitio Dei, & amor supernaturalis, & visio suo tempore reddenda, sed hæc duo prædicta nullam habent

im

implicationem contradictionis, ut identificetur cum alia qualitate: ergo potest esse gratia, quæ idem sit re cum lumine gloriæ. Exponitur doctrina exemplo: nam datur anima vegetatiua in plantis, & anima sensitua in brutis, quæ simul sit vegetatiua, & anima rationalis in homine, quæ simul sit vegetatiua, & sensitua: ergo similiter dabitur gratia habitualis communis omnibus iustis, sine alio prædicato essentiali, & alia gratia habitualis identificata cum habitu scientiæ per se infusæ, & tertia, quæ idem sit cum habitu luminis gloriæ, aut cum specie impressa Dei, si hæc non differt à prædicto lumine. Deinde suadet, quia ex plurium sententia potentia virales re non differunt à substantia uiuente, ut intellectus, & voluntas ab anima: ergo facilius est concedere eandem sanctitatem simul esse lumen gloriæ, vel habitum scientiæ per se infusæ, & gratiam habituales. Secunda pars probatur, quia omnis gratia possibilis secundum speciem admittenda est in Christo, ut meliores exerceat actus amoris, & visionis, ut ex eo beneficio ceteris puris creaturis anteponatur; sed gratia habitualis identificata cum lumine gloriæ est possibilis: igitur illa in Christo est concedenda. Est autem hæc species gratiæ propria comprehensoris. Quoniam verò Iesus ex conceptu Filij naturalis exigit esse comprehensor, sine antecedenti via meritorum, & melius est deberi ipsi visionem, titulo filiationis naturalis, quam titulo meritorum, negant enim humanitati Christi ab instanti conceptionis similis gratia identificata cum lumine. Hæc igitur species gratiæ profertur ex natura sua titulum gloriæ meliorem adoptiuo, utpote qui supponat filiationem naturalem Dei; & ideo nulli creature, etiam euectæ ad maternitatem Dei, est connaturalis: visio enim beatifica est tam excellens beneficium, ut rationi consentaneum non sit aliter dari, quam per merita propria ex gratia Dei, aut per sola merita Christi. Sanctificari absque merito, propter imperfectionem intellectus, ut accidit infantibus, est minor dignitas; ac habere in se titulum, cui independenter à meritis visio debeat, ut apparet in Filio naturali Dei homine facti, est suprema perfectio. Filij adoptiuum multa habent bona hereditaria eiusdem rationis cum filio naturali; ac filius naturalis alia possidet ex nobilitate paternam, quæ communia esse non debent adoptiuis.

Vniuersa hæc, quæ proposuimus, quoad capitalia, graui-

ter,

rer, & erudicè probat Puente Hurtado; in volumine de vita Christi, exceptis nonnullis accidentalibus, quæ nos ad maiorem claritatem inferimus.

12. *De visione beatifica Deiparæ, ipso Incarnationis instanti.*

Quæ dicuntur de visione beatifica Virginis, latè confirmata à Sando lib. 3. comm. 30. exercitat. 1. probabilissimè docentur pro Incarnationis instanti proximè subsequente assensum fidei, & consensum in Incarnationem. Eo actu visionis, sicut nec actibus scientiæ per se infusæ, utpote euidentibus, & necessarijs nihil promeruit; bene tamen amore, & alijs voluntatis motionibus liberis, quæ visionem, & scientiã per se infusam consequerentur, quia ij saltem individualiter liberè moueri poterant. Habitus fidei Mariæ donatus ab instanti conceptionis, & habitus scientiæ per se infusæ, saltem ab Incarnatione Dominica ipsi concessus, exercebatur ab ipsa pro varijs actibus intellectualibus eliciendis, quando non impediabatur visione beata. An verò posset simul eosdem duos habitus exercere circa Deum per diuersa media, res est controversa apud Doctores, in qua nemo vincit, nec vincitur, quod recurrant ad principia continentia propositiones probabiles per se notas, quæ nec efficaciter persuadentur, nec virgenter impugnantur.

13. *An Maria infinitam gratiam habitualem sit adepta.*

Quamquam plures Theologi non audeant concedere Mariæ infinitam gratiam habitualem supernaturalem, etiam si illa diuinitus sit possibilis, & de facto probabilissimè tribuatur animæ Christi, tanta eorum ratio est, quæ expeditam solutionem non habeat in præmissis sufficienter insinuatam. Plerique ex Scholasticis, qui Mariæ hanc infinitam gratiam denegant, idè faciunt, quia infinitum in hoc genere arbitrentur impossibile, vel quia de infinito essentialiter loquantur; nihilominus dicitur non præcederit Ecclesiæ cõsensus, Mariæ infinitam categoricè gratiam, nec arithmeticè, nec geometricè deferam. Aymanns supra, si existimaret possibilem esse infinitadiem, siue arithmeticam, siue intensiuam gratiæ, illam Mariæ concederet, quod plures etiã alij Scholastici sentirent. Erant fortasse temporum progressu qui audeant ita affirmare, quia S. Damascenus orat. 1. de dormit. Virginis, ait inter Matrem Dei, & seruos Dei esse infinitum discrimen;

at hoc sine infinitudine gratiæ non potest excogitari. Anselm. de excellentia Virginis cap. 1. & S. Mariæ gratiam immensam nominat: quo etiam tenore loquendi vsus Petrus Damianus sermone de Assumpt. S. Bernardus serm. in signum magnum; & S. Bonau. in speculo, cap. 5. quæ phrasæ ut hyperbolica dicantur, magnum aliquod absurdum exhibendum est.

14. *De multiplici gratia Virginis ex opere operato.*

Multiplex gratia ex opere operato donata Deiparæ. Primò, in instanti conceptionis, ex liberalitate Dei. Secundò, in susceptione sacramenti legis naturæ, quo alijs scemellis originale peccatum auferri solebat. Tertio, in frequenti Eucharistiæ receptione. Quarto, in susceptione Baptismi; non enim relinquinus Mariæ baptismum dubium cum Scoto in 4. dist. 4. Bassole ibidem, quest. vnica, art. 1. Philippo Fabro in 4. dist. 13. & alijs nonnullis. Quintò, in sacramento confirmationis, die Pentecostes collato. Sextò, in instanti Dominicæ Incarnationis, multa enim sine meritis, aut supra merita Filij præsentia prima conferre debebat Genitrici. Septimò, toto tempore nouem mensium, quo gestauit Iesum continenter, & sine intermissione accepit Deiparæ gratiam ex opere operato. Atque id multò probabilius est, quàm quod Suarius tomo 3. in 3. p. disp. 63. sect. 7. putat esse probabile, ex mente Paludani, Caietani, Maioris, & aliorum existimantium species sacramentales, quandiu ante transmutationem durant, causare in iustis gratiam ex opere operato. Octauò, idem sensus verisimiliter extenditur ad tempus lactationis exercitæ. Nonè, pro eo tempore, quo cruci adstitit, & pro triduo, quo ex morte Filij non habebat relationem actualem Matris, verisimile credunt nonnulli continenter sine intermissione accepisse gratiam ex opere operato; nam quod ait Bernardus de Passione cap. 10. *Moriebatur Maria viuens, viuendo ferens dolorem morte crudeliorem;* licet enim homines de eius nece non cogitent, dæmones saltem, quorum illa erat hora, eam perimui curant. Decimò tandem, morituram Virginem gratiam ultra merita cumulatis inè recepisse, veritati consonum non pauci Doctores arbitrantur. His gratijs ex opere operato collatis si iungas gratiam ex meritis habitam inferius declarandam, supremum illius cumulû contempleris, & inuestigabis. Nullum ipsa actum habuit in delibe

deliberatum indifferentem, sed singuli erant honesti; nullam etiam indeliberatum, sed omnes immediate, aut mediate liberos. Merebatur illa a cibus omnium virtutum moralium per se infusarum; deinde a cibus omnium virtutum moralium per accidens infusarum: tertio, nunquam cessauit, etiam dormiens, ab exercitio libero virtutum; quarto, pro singulis a cibus exercebat omnem virtutem, & a ctiuitatem suarum potentiarum, & habituum, Deo prestante concursu cause primae in gradu supernaturali, ad exigentiam intensiōis habituum.

15. *Hypotheses octo, ad declarandam ineffabilem excessum gratiae Deiparae post Incarnationem Dominicam, supra omnium sanctorum gratiam collectivè sumptam; illumque ex suppositis principijs, aut certis, aut probabilioribus in Theologia mathematicè demonstrandum.*

Cum neotheicus quidam multa dixisset de cumulo gratiarum Virginis, aliqui eum incusarunt, veluti sine fundamento, & temerariè loquentem: ipse, ut se, suamque fidem liberaret, hanc numeram decimumquintum, & decimumseptimum summarie propositos, multis, & efficacibus testimonijs confirmant.

Quoniam mathematicè probare contenditur ex suppositis principijs, Deiparam omnium Angelorum, & hominum gratiam, quae est, & futura est, magnis incrementis superasse; ita ut etiam si tota illa, quae in ceteris diuisa est, conferretur in unam cumaliam, multo minor esset arithmetice, & geometricè, quàm gratia ipsius: libet hypotheses, aut suppositiones ab omnibus Patribus, & Theologis acceptas, vel saltem apud ipsos receptas, uti probabiliores praepone-re, ut illis admissis, evidens consurgat demonstratio ex suppositione praemissorum.

Prima hypothesis. Maria in instanti Dominicae Incarnationis maiorem habuit gratiam habitualem extensivè, & intensivè, quàm supremus Angelus, quàm supremus Apostolus, quàm Helias, & Enoch in termino vitae inclusivè habuerant, vel habituri sunt. Haec doctrina sine temeritate, impietate, & scandalo negari non potest, propter concordem Patrum, & Scholasticorum consensum in eam conspirantium, ut notum est: nulla enim creatura rationalis aut fuit, aut

erit, cui seorsim tanta gratia ex meritis fluentibus à superna naturali auxilio deberetur, aut conferretur, sicuti Mariae in eo articulo Dominicae Incarnationis, quod saltem expressit S. Cyprianus de singulari. Cleric. S. Damascenus serm. 3. de Natiuit. & in sermonibus de Assumpt. Epiphanius de laud. Virg. Bonavent. in spec. c. 5. & reliqui ferè Patres, & Doctores. Caietanus, qui noluit tantam gratiam in Maria viatrice, quantam in Angelo beato concedere, non potest tutò negare in Incarnatione praecelluisse cuius Angelo in via, & tunc eandem vim habebit demonstratio adducenda.

Secunda hypothesis sit. A centro terrae vsque ad concavum caeli, in quo sita sunt astra fixa, repletum esse undique totum spatium arenulis minutissimis, instar grani synapis, vel papaveris, & earum numerum esse illum, quem Clavius supra Archimedes ad Gelonium Siciliae Regem, in libro de numero arenarum, maiorem fecit, dando in singulis granis synapis vel papaveris decem mille arenulas, & concedendo spatium a centro terrae vsque ad concavum caeli stellati multò maius.

Tertia hypothesis sit. In singulis praedictis arenulis unum creari Angelum, vel unum Apostolum, cum tanta gratia habituali, quantam in termino vitae inclusivè consequuti sunt, aut supremus Angelus, aut supremus Apostolus, aut supremus iustus ex ijs, qui nunc sunt, aut quantam consequentur Elias, & Enoch in termino vitae, etiam si post raptum in Paradysum singulis momenti indeficenter mererentur, iuxta opinionem illorum, qui adstruunt verè illos esse viatores non decentos, sed continuum habentes progressum meritorum. Supponimus igitur singulas arenulas ex decem millibus, quas in singulis granis synapis, aut papaveris concedimus, aequivalere toti gratiae supremi Angeli, aut hominis in termino vitae. Ex hac hypothesis sit, non ob stare ad instituendam comparationem praedictam, quod ait Vasquez ob stare, 3. p. disp. 119. num. 80. diuini non posse quanta sit cuiuslibet supremae gratiae, nam datus, & dabimus disputationi maiorem multò numerum Angelo unum, & hominum multorum, quam qui unquam fuerit, & futurus sit ex omnium sententia, & cui libet tantam gratiam, quantam quilibet fingere voluerit.

Quarta hypothesis, aut suppositio sit. Omnes gratiae gradus esse heterogeneos, iuxta quam opinionem visa est difficilis Gabrieli Vasquez, 3. part. disput. 119. num. 80. incunda

comparatio gratiæ Virginis cum gratia omnium Angelorum, & hominum collectiue sumpta, adhuc sub hac suppositione, quod æterogenei sint gradus, omnes cadunt in eandem mensuram arithmeticam, cum omnes possint numero supputari: verbi gratia, habet sanctus Gabriel centum miliones graduum gratiæ dissimiles inter se, & sanctus Michael duccetos miliones; hic habet duplo plures, ex quibus sit sanctior, & centum miliones erunt essentialiter, aut individualiter meliores, cum subordinatione inter se. Supponamus igitur omnes gradus gratiæ, qui sunt, & fuerunt in Angelis prædestinatis, & in reprobis, quandiu iusti fuere, in vnam summam colligi; de ijs tractamus, an sint multo pauciores, quam in Maria, vt docent Valentia tom. 4. disp. 2. quæst. 1. puncto 5. Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 18. sect. 4. Mendoza tom. 2. in 1. Reg. cap. 4. num. 11. annotat. 11. sect. 2. Idcirco differimus etiam sub hac hypothesi: nam si cum ipso Gabriele Vasquez diceretur, omnes, & singulos gradus qualitatum naturalium, & supernaturalium eiusdem speciei esse homogeneos, & similes, multo facilius susciperetur comparatio, & supputatio arithmetice sumpta.

Quinta hypothesi, vel suppositio. Demus Mariam non fuisse operatam in singulis actibus secundum totas vires potentiarum, & habituum, quia Doctores nonnulli id opinantur incertum, & nos indubitatis hypothesibus, aut saltem apud Scholasticos, & Patres magis receptas proponere debemus, vt simpliciter sit melior demonstratio, quæ ipsis suppositis oritur, & confurgit. Illud negari non potest sine temeritate, impietate, & scandalo, Deiparam post Incarnationem Dominicam singulis annis decem vicibus amasse Deum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex totis viribus suis naturalibus, & supernaturalibus, secundum totam spheram actiuitatis potentiarum, & motionis diuinæ, & etiam habituum supernaturalium, quos operatinos actuum supernaturalium admittit Ecclesia, ex opinione magis probabili, vt varis testimonijs suadet Vasquez 12. disputatione 79. cap. 1. Confiteremur verba Deuteronom. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Quæ etiam verba reperit Christus Deus Mathæi 22. Marci 12. Lucæ 10. Quis neget ea perfectissimè in summo exercuisse Mariam? Impium est, & temerarium

negare Deiparam illa implenuisse perfectissimè decies saltem singulis annis, non solum quantum ad ea, quæ continent de præcepto, sed etiam quoad illa, quæ ex multorum opinione inuoluunt de consilio, præsertim quia nulla fuit causa agendi infra spheram potentiarum, & habituum, cum abessef fomes, nec haberet inertes, aut otiosos habitus; & præterea nullis affectibus, aut passionibus distrahentibus turbaretur, & intrueretur perfectissima cognitione, & auxilijs. Est autem communior Scholasticorum sententia, si quis Deum amat ex totis viribus, secundum totam actiuitatem potentiarum, & habituum supernaturalium perfectissimo modo, quo potest, duplicare gratiam vniuersam antecedentem; quibus subscribit Suarius tomo 2. in 3. part. disput. 18. sect. 4. & nos inferrius latè persuadebimus. Concedendum igitur est, Deiparam decies saltem annis singulis amantem Deum ex totis viribus, duplicasse vniuersa merita vitæ præcedentis, ita vt tantum valeat actus, verbi gratia, quinquagesimus dilectionis Mariæ, quantum valere possunt quadraginta nouem antecedentes simul sumpti; quia ipsa eliciebat actus iuxta virtutem motionis diuinæ, & habituum, & sic esse debebant æqualis, vel maioris intensiõnis, quam habitus. Hæc doctrina, licet pro vniuersis, & singulis actibus Deiparæ, in opinionum varietate versetur, non potest v. l. tenens indubium vocari, pro exiguo illo numero denario singulorum annorum supra scripto, in quo omni perfectione possibili, secundum totam virtutem potentiarum, habituum, & auxiliorum operata fuerit, ita vt saltem duplicaret intensiõnem, quæ inerat omnibus præcedentibus habitibus per se infusus collectiue sumptis; & duplicaret omnia præcedentia merita, etiam collectiue supputata. Non vtiq; verisimile est, vt ait Suarius tomo 2. in tertiam partem, disputat. one 4. sect. 7. Mariæ V. gini negatum fuisse privilegium gratiæ alieni puro homini concessum; at aliquibus concessum est, vt non raro secundum totam spheram actiuitatis potentiarum, & habituum, & auxiliorum interdum operarentur.

Sexta hypothesi, vel suppositio sit. Mariam, quamquam ex v. l. ori opinione supra annos septuaginta vixerit, nos pro hac gratiæ, & meritorum supputatione solum sumere,

re, vixisse annos sexaginta tres, & concepisse Saluatorem nostrum annis septendecim, vel octodecim exactis sue ætatis, vt graues quidam Doctores opinantur; ita vt in censura veniant ad hanc comparationem instituendam anni solummodò quadraginta quinque, in quibus demus, ipsam tantum elicuisse actus quatuor centum & quinquaginta, secundùm totam virtutem potentiarum, auxiliorum, & habituum, duplicando in singulis omnem gratiam, & antecedentia merita collectivè sumpta, quemadmodum in octava hypothesi declarabimus. Tandem, vt certior fiat demonstratio, supponamus hos actus perfectissimos, & duplicatmos totius antecedentis gratiæ, & meritorum non fuisse nisi ducentos tantùm. annis prædictis quadraginta quinque, adhuc in hoc casu ineffabilis est excessus mathematicè demonstratus gratiæ, & meritorum Deiparæ, supra plures milliones mundorum repletos in vniuersis, & singulis spatijs ex minutissimis granis synapsis, quorum vnumquodque habeat decem mille arenulas, & singulæ arenulæ habeant vnum Angelum, aut Apostolum, cum tanta gratia, & meritorum plenitudine, quantam de facto habuerunt supremus Angelus, vel supremus Apotolus in termino vix, aut quantam in eodem termino consequuturi sunt Helias, & Enoc.

In hac suppositione, admittendo præmissas alias hypotheses, demonstra ur mathematicè, Deiparam illis ducentis actibus consecutam fuisse maiorem gratiam, & merita, quam haberet tota collectio plurium millionum mundorum huic æqualium, si omnes pleni essent granis synapsis, vel papaueris, & in quolibet ex ijs granis essent decem mille arenulæ, & in qualibet ex ijs arenulis esset vnus Angelus, vel vnus Apotolus, cum tanta gratia, & meritorum intentione, quantam in fine vix possedit de facto supremus Angelus, aut Apotolus, qui nunc regnat cum Christo.

Septima hypothesi, vel suppositio sit. Archimedeum in lib. ad Gelonium Siciliæ Regem, & Christophorum Clauium in caput primum spheræ, digressione de arenarum numero, ex mente eiusdè Archimedis, loquentes de arenulis minutissimis instar grani synapsis, vel papaueris replentibus

vniuersum orbem à centro terræ, vsque ad concatum firmamenti stellati, & supputantes solidissimè, & acutissimè earum numerum per conductus Arithmeticos, & Geometricos, & supponentes quodlibet granum papaueris, aut synapsis habere decem mille arenulas, efficacissimè demonstrasse quantus esset numerus harum arenularum, si à centro terræ, vsque ad concatum cæli stellati replerent totum orbem, licet intellectus vix capere possit vnum granum papaueris, aut synapsis completi decem mille arenulas, nihilominus ad demonstrationem efficacius peragendam, ita supposuerunt Archimedes, & Clauius, quo illustrius suas theses comprobarent.

Octaua hypothesi sit Mariam in elicitis actibus supernaturalibus charitatis secundum totam spheram actiuitatis potentiarum, habituum supernaturalium, & motionis diuinae proportionem dupli Geometrica, duplicasse omnem intentionem habituum, & meritorum præcedentium. Primum, in opinione eorum, qui dicunt, actus supernaturales hominis iusti posse efficere, & producere suos habitus, id que de facto contingere. Sic opinati sunt Cano lib. 12. de locis cap. 13. ad 7. Vega lib. 8. in Tridentinum cap. 9. Ruardus art. 8. contra Lucherum, & quidam recentiores apud Suarezum libi 8. de causis habitualis gratiæ cap. 4. & succurrit. S. Thomas 12. quizit. 51. art. 4. ad 3. dicens actus, qui producantur ex habitu infuso, non causare aliquem habitum, sed continuare præ-existentm; quid autem est præ-existentm continuare, nisi illum per intentionem augere. Hæc opinio, si admittatur dicendum est actum elicatum secundum totam intentionem habituum supernaturalium, eandem duplicare; nam cum non deit omnimoda applicatio agentis, & passivi, totam virtutem, quam habet in se exercebit, & cum omnes, & singulæ partes habitus à quo emanat, producant suam intentionem in actu hoc supernaturali, ipse aliam tantam intentionem habituum supernaturalis charitatis denuo causabitur, itaut tantum addatur habitus, quantum præ-existebat. Secundo, in opinione veteri eorum, qui dicunt actum supernaturalem charitatis hominis iusti meritorie dumtaxat, & non physice intendere habitum præcedentem, æquè debet vrgere argumētum, ita vt tantum augeat in ratione meriti, quantum augetet



in ratione virtutis, si physice habitum produceret. Nā Deus in rebus meritorijs, ita se acomodato modo physico operandi, vt non minus efficaciter, & copiose tribuat ob exigentiā meritoriam, quam tribueret ob exigentiam physicam. Obijcies cum Puente Hurtado in physicis disp. 9. sect. 7. agens creatum non producere tantam intensiōem in passio, quam ipsum agens habet in se; alioquin parua lucerna totum orbem illuminaret, nam si in parte propinqua omnem intensiōem elicit; deinde illa in aliam, & sic sine termino æqualis luminis intensiō produceretur. Ergo beata Virgo medio actu caritatis, non solum physice, sed nec etiam meritorie potuit duplicare intensiōem præexistentem. Respondent aique id ita contingere, quia desit applicatio penetrationis agentis cum passio, & ex distantia quantumuis minima oriri, vt totam intensiōem suam nequeat agens communicare; sed contra hanc responsiōem est, quia agens producendo substantiam omnino, sibi assimilat passum, & si penetratum non sit. Ergo si producendo qualitatem haberet virtutem ad communicandum, totam intensiōem eam efficeret in parte, sibi propinqua licet non penetrata. Vera igitur responsiō est agens in totam suam sphaeram agere, non quia producat in parte propinquo ri minus intensam qualitatem, quam in se habet, & rursus hæc minorem in sequenti, & sic deinceps, sed quoniam idē agens, producens in parte propinquiori totam suam intensiōem, minorem, & minorem producit in partes magis distantes ex proportione maioris, vel minoris distantie; at quia potentia vitaliter agens medio habitu sibi subdito, iuuante motione diuina, simul est passum respectu actionis immanentis; nulla est ratio distantie ob quam secundum totam suam intensiōem physice, aut moraliter non operetur voluntas. Deinde, quod adducitur de creato agente, solum probat de facto in agentibus, non eleuatis diuinitus, quia in ijs nulla est ratio, quare non possint in passio approximato producere totam intensiōem cum singule partes intensiōis habitus præexistentis, æquē si operatiua. Tandem beata Virgo non solum, æquē intensam in proportione dupli habitum, aut producere potuit, aut promereri suo actu supernaturali, sed etiā longe intensiorem, quia per auxilium extrinsecum voluntas illius confortabatur ad producendam, vel promerendam actū magis intensum, quam qui præexiebat. Nam si absque habitu

bitu poterat per auxilium extrinsecum confortari ad producendos, seu promerendos habitus supernaturales, cur si haberet intensum habitum, vt sex non posset ad producendum, seu promerendum habitum intensum, vt duodecim, confortari.

*16. Ex præmissis suppositionibus demonstratur ineffabilis excessus gratiæ Deiparæ in vita mortali supra collectionē plurimum millionum millionum mundarum. quorum singuli multo plures haberet Angelos, & Iustos beatos, quam de facio erunt.*

Cōcessis præmissis suppositionibus, quæ à Theologis admittuntur cōmuniter, probatur Mariā ducentis tantū actibus, caritatis elicitis post Incarnationem Dominicam secundū totā virtutem potentiarum, habituum, & auxiliorum maiorē gratiā, & plura merita habuisse, quā essent in 1596938044. mundis æqualibus nostro, replecis granis papaueris, aut synapis, quorū quodlibet granū cōtineret decem mille arenulas, & quælibet arenula vnum Angelum, aut Apostolum cum tāta gratia, & multitudine meritorum, quantā de facto habuit supremus Angelus, aut Apostolus in termino vite; id est, vnus Mariæ gratiam, & merita excessisse millies millies nongenties trigiesies octies millies, & quadragesies quater mundos habentes in singulis arenulis prædictis tantam gratiam, & merita, quanta de facto in consummatione habuerunt supremus Angelus, vel Apostolus.

Cum hæc supputationes, & comparationes, vt à principijs Geometricis, & Arithmeticis pendent, à me tutius, & certius elaborari non possent, auxiliarem operam postulanti à Patre Claudio Richardo Societatis Iesu, in regalibus Scholis Matritensibus dignissimo Magistro: celeriter mea vota cōpleuit exhibendo mihi iustum volumen, quod ipse iam pridē, antequam ad Hispaniam veniret anno 1618. scripserat, & à viris doctissimis, tum Theologis, tum Mathematicis summo plausu receptū, & probatū est. In eo Arithmetice, & Geometricè demonstrat Deiparam Virginem plures gratiæ gradus promeruisse quinquaginta primis vitæ suæ horis, dando cuiuslibet quadrantis illarum singulos actus feruentissimos secundum totam latitudinem, & actiuitatem potentiarum, habituum, & auxiliorum, id est ducentos actus meritorios in pro-

proportione dupli Geometrica ab unitate inchoando Mariae gratiam ab vno minimo gradu, quam omnes gratiae, & vniuersa merita saluandorum, licet saluandorum omnium numerus par esset numero arenarum, complementum omnem concavitatem vniuersi à centro terrae, vsque ad vltimam superficiem altiore coeli stellati iuxta supputationem Claudianam Archimedeana maiorem, & etiam si singuli saluandi decem milliones graduum diuinæ gratiae promerissent, ac Deipara vnico solum gradu in prima sua sanctificatione fuisset instructa. Hæc est prima propositio, quam probat, & Mathematicè demonstrat plurimis argumentis in eo libro.

Secunda est, excessum huiusmodi meritorum Deiparæ Virginis supra merita omnium saluandorum, quæ in prima propositione data sunt, continere numerum earundem arenularum, quarum decem mille sint in quolibet grano synapis, aut papaueris, plures, quàm 1596398044. id est, milies milies quingentes nonagesies sexies millies. millies nongentes trigesses octies millies, & quadragesies quater. Hanc etiam propositionem pluribus documentis Arithmetice, & Geometricè demonstrat. Cùm peritis in sua arte credendum sit, multò magis fidendū est Mathematicis communi cōsensu discernentibus aliquid euidenter demonstrari. In ijs duabus propositionibus Claudianis omnes Mathematici ex suppositis conueniant, & dicunt euidentissime per includibilia argumenta, & principia demonstrari; ex quibus fit multò esse clariorē demonstrationē, quæ ex præmissis suppositionibus idē colligit de cumulo meritorū, quæ in prædictis millionibus millionū obliū, aut mundorū huic æqualiū reperiretur, si præmissi milliones mundorū essent pleni granis papaueris, aut synapis, in quorum singulis essent decem mille arenule, & quæuis arenula, contineret tantam gratiam, & meritorū multitudinē, quantam habuit supremus Angelus, aut Apostolus in termino vitæ. Probat euidenter, quia demonstratio Claudij Ricardi vim tenet incipiendo à conceptione Virginis, & dando illi vnicum gradum minimū gratiæ, à quo incipiat proportio dupla Geometrica, vsque ad actū ducentissimum, ita vt multò sit minor in initio gratia Deiparæ, quàm cuiuslibet, & nullus sit iustus, nec fuerit, qui tantam non habuerit in initio; imò & maiorem, ac demonstratio nostra, quæ inchoatur ab instanti Dominicæ Incarnatio-

nis

uis peractæ in Deiparæ, supponit certissimam veritatem de gratia habituali Virginis, tunc magis intensa, quam gratia consummata in termino vitæ supremi Angeli, vel Apostoli; ergo euidenter concluditur Deiparæ in ducentesimo actu duplicatio omniū antecedentis gratiæ, & multitudinis meritorum habuisse collectivè multò maiorem gratiam, quàm tot illi miliones millionū, millionum mundorum huic æqualium, qui pleni essent granis papaueris, aut synapis, in quorū singulis granis essent decem mille arenule, & quælibet arenula contineret totam gratiam, & meritorum multitudinē, quam supremus Angelus, vel Apostolus in termino vitæ. Plures igitur miliones millionū mundorum explanatæ gratiæ colligit euidenter nostra demonstratio in ducentissimo actu Mariæ, post Dominicam Incarnationē habente proportionem dupli Geometricam, quàm demonstratio Claudiana in ducentissimo actu post Cōceptionē. Nec est, quod Vazquez, & alij dicere queant esse incertā cōparationē ex ignoto Angelorum, & hominū numero, & ex non cognita mensura sanctitatis, cum demus numerum iustorum, & Angelorum infatigabiliter maiorem, quàm vllus excogitavit, & demus cuiuslibet in termino vitæ tantam gratiam, quantam voluerit ipse Vazquez meditari.

Hæc ex nostris suppositionibus euidentissime demonstratur pro actibus dictis post Dominicam Incarnationem habentibus proportionem dupli Geometricam; debeo tamē summarie colligere, quæ suppositis alijs principijs satis in Theologia probabilibus, scripsit prædictus Claudius Ricardus ad eliciendam ex eorum hypothese demonstrationem de cumulo gratiæ, & meritorū Deiparæ in termino vitæ ipsius; Hypotheses aut supposita Claudiana hæc sunt: Primum Deiparæ solummodo augmentum gratiæ promeruisse per singulos horæ quadrantes. Secundum in primo quadrante solum habuisse vnicum gratiæ gradum. Tertium hoc augmentū gratiæ promeruisse proportionē, & progressionē dupli. Quartū tot homines saluandos, quot essent arenulæ replentes vniuersum orbem à centro terræ, vsque ad concavum cœli stellati iuxta supputationem Claudianam Archimedeana maiore. Quintum quoslibet characteres Arithmeticos spatium occupare spissitudinis grani hordei. Sextū vnam leucam horariā continere grana hordei 640000. miliarū; seu semissem leu-

bb

cz

ca 320000. stadium 40000. passum 256. pedem 64. Sextum folia chartæ alta duos pedes, ac totidē lata, in cuius singulis paginis quatuor, sint sexaginta quatuor lineæ characterum, 16 gē 32. reliquum spacium tribuitur margini, & interstitijs linearum. Septimum omisis bisse. tribilibus diebus annorum septuaginta duorum, quos secundū probabiliore opinionem Maria vixit, quadrantes horarios vnus anni esse 35040. qui si multiplicentur per annos prædictos 72. vniuersi quadrantes vitæ ipsius, & actus illi respondētes erunt 2522880. suppositis ijs principijs præter demonstrationem nostram aliter applicatam, & ex alijs suppositionibus factam ab ipso Claudio producentis primis actibus Deiparæ in ducentis primis quadrantibus post Conceptionem, qui continentur duobus primis diebus, & insuper duabus alijs horis, sic cōtinuat ipse demonstrationē per sequentes propositiones, quas euidenter ex suppositis ab ipso præmissis colligit.

Tertia propositio, impossibilis est ex ijs positionibus, supputatio meritorū Deiparæ per omnes vitæ suæ quadrantes annorum septuaginta duorum (omisis bissextilium dierum quadrantibus horarijs) id est per quadrantes 2522880. bis mille milliones quingentes vigesies, ac bis mille octingentis octoginta; nā vltimus terminus progressionis huius continuę dupli contineret plures figuras Arithmeticas, quā 700000. septingentes mille, quarū valor enuntiandus esset in primo solū mēbro per nominis millionis repetitionem centies decies sexies millies sexcentesies, ac sexagesies senies 116666. & omnes characteres ad hanc progressionē per agendā necessarii numerū hūc excederēt octingentorū octoginta triū milliū milliōnū, & octo milliōnū 883008000000 qui spacium triangulare occuparent longum in basi vna leuca horaria vno stadio, & septuaginta octo passibus, & vno dimidiato pede, & in alio latere orthogonio longū esset sex leucis horarijs milliario vno, stadijs septem, passibus vndecim, & vno insuper pede. Quod statuit supponendo quamlibet notam cuiusque characteris Arithmetici, non esse maiorem, quā granum hordei. Hęc propositio pluribus euidentibus argumentis a prædicto Patre Claudio demonstratur.

Quarta propositio, esto singulis concessis antea saluandis tot gratiæ diuinę gradus tribuantur, quot essent arenulę Clauis Archimedianis copiosiores, quorum omnium merito-

ritorum summa exprimeretur centum duobus zero cum vniuersitate præposita, & efferretur per vnum millionem decies sexies milliōnem, adhuc hæc summa tot figuris expressa contineretur in summa superioris partis vltimi actus meritorij Deiparæ Virginis expressi per septingentos mille characteres 700000. pluries, quā sexies millies septingentes, nonagesies sexies 6796.

Quinta propositio, quod si Deiparæ attribuerimus in primo suæ sanctificationis instanti tot gratiæ gradus, quot vltro concessimus in superiore quarta propositione vni saluandorum in sua consummata sanctitate, summa vltimi Deiparæ actus huius progressionis dupli Geometricæ complecteretur, characteres plures, quā 36400000. trigiesies sexies mille millies, & quadringentes mille, qui in linea dispositi producerentur ad 56. quinquaginta sex leucas horarias, milliario vnum, stadiaque sex. Enuntiaretur summa horum characterum per repetitionem nominis millionis 6066666. sexies millies millies, sexagesies sexies millies sexcenties sexagesies sexies; quæ repetitio facta continua pronuntiatione ordinaria rosarij vnico quadrante horæ peracti, duraret per 32. triginta duos dies integros naturales, & quinque horas, & tres quadrantes, & circa vnum quadrantē. In hac summa vltimi actus contineretur alia summa primæ partis omniū meritorum saluandorum 616949. sexcenties decies sexies millies nongentes, & quadragiesies nonem, & alia quartæ propositionis longē maior 353398. trecenties quinquagesies ter millies trecenties nonagesies octies. Figuræ insuper huius progressionis essent longē plures 45916416000000. quadragiesies quinquies millies millies mille nongentes decies sexies millies millies mille quadringentes decies sexies mille millies, quæ si in charta excipi possēt fascium, impleverent 8968050. octo milliones nongenta sexaginta octo millia & quinquaginta, ad quam, exportandam chartam opus esset mulis robustioribus 224201. ducenties vigesies quater mille ducentis, & vno, si singuli muli ferrent quadringentas libras chartæ necessariæ ad scribendos prædictos characteres.

Sexta propositio, si Deiparæ Virgini in prima sua sanctificatione concederentur tot gratiæ gradus, quot omnes simul sancti in superiore propositione possidere supposuimus,

mus, quorum summa 103. centum ac tribus figuris notabatur, summa sui ultimi actus, meritorij ex suppositione, allata in prima propositione plures obtineret figuras, quàm 72 100000. septuagies bis mille. millies, & centies mille, quæ in vnam dispositæ lineam spacium obtinerent longum 112. centum ac duodecim leucas horarias, miliarum vnum, stadia duo, passus 78. septuaginta octo, ac dimidiatum pedè. Quod si valor huius summæ tot figuris expressæ, iisque omnibus zero, excepta vnitæ nobiliori in loco sita, efferendus esset, nomen millionum repetere oporteret 12906666. duodecies millies millies sexies millies sexcenties sexagesies. sexies post vnum mille, quæ repetitio duraret per 62. sexaginta tres dies integros naturales viginti horas cum dimidia, & ferè vnum quadrantem. Figuræ verò huius progressionis per omnes toties memoratos terminos 2522880. bis mille millies quingentes vigesies bis mille octingentis octoginta, plures longè essent, quàm sint 6572 1024000000 sexagesies quinquies mille millies millies septingentes vigesies sexies mille millies millies vigesies quater mille millies; excipiendæ, si fieri posset, in fascium, siue resmarum 12336137. duodecim millionibus octingentis triginta sex millibus, tum centum, ac triginta septem, insuper duodecim fasciculis, ac duodecim folijs. Ad quam efferendam chartam nullis opus esset validioribus 320903. trecenties vigesies mille nonagesies, ac tribus, & adhuc supersunt centum septuaginta libræ, duodecimque fasciculi, ac duodecim folia chartæ deficientes ab onere quater centum librarum nullo determinato. Hæc euidentissimè à prædicto Claudio Ricardo ex prædictis a se suppositionibus demonstratur.

Adde ijs Mariæ gratiam augmentum accepisse primò ex multitudine virtutum, quas exercuit simul cum charitate; secundò in quolibet momento pro eadem virtute non vnum tantum exercuit actum, sed plures, vnum per fidem, alium per scientiam infusam, alios per gratiam, & virtutes distinctas à nostris; tertio considera gratiam ex opere operato acceptam, quæ sequebatur perfectissimas, & sublimissimas dispositiones; quartò gratiam collatam tempore Incarnationis, & gestationis, & lactationis Iesu.

Haud

Haud mirum est, Abulensem non considerantem præmissa principia docuisse, præfatione in Mattheum, quætit. 19. totam Ecclesiam esse sine comparatione meliorem, quàm Mariam. Bene stat multo esse illam nobilitorem tota Ecclesia: nam Christus, & Maria sunt propter Ecclesiam, veluti finem cui: tota tamen Ecclesia est propter Christum, & Mariam, vt finem cuius gratia. Quidquid Ecclesia est, ad gloriã Christi, & Matris destinatur. Deipara est præcipuus finis nostræ Redemptionis; item est primarius finis excellentiæ, ad quem tota Ecclesia referatur.

17. *Sola conceptio Christi ex Deipara, & sola conceptio primæ Virginis, ex Ioachimo, & Anna, fuerunt miraculose in se, & non solum in causis, qualis dumtaxat fuerat conceptio Isaac, Iacob, Samsonis, Samuelis, & aliorum.*

Triplici de causa hic numerus terminat hanc quintam partem. Prima, vt ex præmissis in ea, & in parte quarta harum tabularum constet, mirabiliorem fuisse conceptionem humanitatis Christi, quàm Mariæ. Secunda, vt constet, ex puris creaturis nullam habuisse miraculosam conceptionem in se, præter Mariam. Tertia, vt quæ proponuntur sexta parte, ex quorundam sensu, de immunitate Virginis à peccato originali, & ipsius debito, facilius cognoscantur. Prima pars constat ex primis numeris huius partis: secunda ex progressu huius numeri: tertia ex parte sexta harum tabularum.

Certum est primò, illam actionem, qua Maria formata est, naturalem esse quoad substantiam: in hoc nulla est controuersia, cum de productione, seu generatione humanitatis Christi omnes Theologi similiter philosophentur.

Deinde indubitatum est, in causis esse miraculosam conceptionem Deiparæ: quia Ioachimus, & Anna miraculosè ab sterilitate liberati, & in senectute confortati, vt foetum producerent, quem ex impedimento ipsius non poterant generare: verum hoc miraculum commune fuit Virgini cum Isaac, Iacob, Esau, filijs Rachel, Samfone, Samuele, filio Sunamitidis, Baptista, & alijs, qui nihilominus peccatum originale tam in debito, & reatu, quàm in actuali macula contraxerunt.

Nihilominus Mariæ conceptio aliqua habuit miraculosa in seipsa, quæ nulli alij conceptioni puræ creaturæ huma-

ne contigerant; ex quibus merito hæc conceptio dicta est  
mira, seu miraculosa à Sixto III. Primò ex parte materiæ  
seminalis Ioachimi, & sanguinis materni Annæ, quæ à Deo  
in ipso conceptionis instanti non solum purificata, & manda-  
ta sunt ab infectione morali ex meritis Christi, sed etiam ex  
eisdem meritis ab omni cruditate, & impuritate materiali  
liberata sunt, ut ait S. Brigitta quarta parte allegata, docēs,  
*ex purissimis, & clarissimis elementis compactum esse con-  
pus Deiparæ; & S. Damascenus orat. 1. de Natiuitate Virgi-  
nis, statuens immaculatum fuisse Ioachimi semen, pro ipso  
formationis tempore; quam mentem plures alij Doctores  
lectati sunt. Cū debita proportione applicari possunt Dei-  
paræ verba i la Bonauenturæ in 3. distinct. 12. de conceptio-  
ne Christi; Ita fuit pura illius caro, ac si de cœlesti substantia  
sumeretur.* Ex hac parte miraculosa fuit conceptio prima  
passiva Deiparæ, siue tunc instructa fuerit anima rationali,  
siue illa caruerit, ut notum est, si quid sit miraculam, atten-  
tius expendatur.

Secundò fuit hæc conceptio Virginis miraculosa in se,  
iuxta plures Doctores quarta parte allegatos, ex accelera-  
tione, qua inducta fuit anima in materiam multo celerius,  
quàm cæteris humanis foetibus contingat: organizatio enim  
corporis facta ipso die congressionis parentum, & appa-  
ratus dispositionum celerrimè inductus, ut ipso met die corpus  
anima ætur, contingere non potuit absque miraculo. Alij  
tamen supposita puritate materiæ, & absentia cruditatum,  
& oppositorum patibilium, hanc celeritatem sine miraculo  
accidisse existimant: verùm in ipsa coagulatione seminis,  
& delineatione, ac perfectione absoluta celerrimè inducta,  
aliquid fuit miraculosum, quod nulli alteri puræ creaturæ  
in prima formatione contigit. Vnde hæc Mariæ conceptio  
prima passiva miraculosa fuit in se, licet non cum tam sub-  
limibus prærogatiuis, ac prima conceptio passiva Christi:  
quod facile erit inferre ex dictis quarta parte harum tabu-  
larum.

Tertiò eadem conceptio Virginis in se miraculosa fuit,  
quia quoad intrinseca, & formata corporis, & productionis  
ipsius perfecta est cum prærogatiuis originariæ iustitiæ, &  
multo perfectius, quàm quæ esset in Paradyso, si foelix ille  
status durasset cum serie generationum, qualis describitur  
ab

ab Scholasticis. Doctrina præmissa circa modum productio-  
nis Deiparæ, ex parte termini, & adherentium supra digni-  
tatem status naturæ integræ, est plurium Doctorum, quos  
parte quarta allegauimus.

Quartò fuit miraculosa in se ista conceptio ex parte  
termini, quia Maria in primo instanti vsa est libero arbitrio  
extra, aut supra id, quod cæteris indiuiduis humanis ex vi  
præsentis status debetur, & contingit; nullum aliud humanæ  
naturæ indiuiduum similem habuit prærogatiuam.

Quæ omnia, si admittantur, duo manifestè inferuntur.  
Primò, Mariæ conceptionem primam passiuam fuisse mira-  
culosam in se. Secundò, nullam aliam puram creaturam mi-  
raculosè formatam in se, sed solum in causis: vnde quod Ma-  
riæ tributum fuerit ex hoc capite, singulare erit ipsius priui-  
legium.

Ex præmissis fit, omnes, & singulas circumstantias mi-  
raculi reperiri in B. Virgine primo instanti formationis.  
Causa solum esse potuit virtus diuina, siue incomprehensi-  
bilis Dei potentia, quam simpliciter occultam nominant san-  
ctus Thomas quaest. 2. de potentia, art. 2. Alexander 2. part.  
quaest. 42. Ferrara 3. contra gentes, cap. 100. & 101. Secun-  
dò, conceptio hæc ex parte termini, cum omnibus ad-  
hærentibus, fuit omnino ardua, insolita, supra omnes vires  
naturæ, quæ ad verum miraculum desiderant Augustinus 3.  
de Trinitate, cap. 5. & libro de vtilitate credendi, cap. 16.  
Albertus Magnus in summa, tractatu 8. quaest. 32. sanctus  
Thomas 12. quaest. 113. art. 10. & communiter Doctores.  
Tertiò, plura ex parte termini facta sunt in conceptione  
Deiparæ à solo Deo, veluti causa principali, circa perfectio-  
nem, & prærogatiuas corporis, quæ à solis Ioachimo, & An-  
na perfici non potuere, nisi ad summum ministerialiter. Huic  
parti applicari possunt rationes illæ sex, quas adducit san-  
ctus Thomas 3. contra gentes, cap. 102. ad persuadendum  
solum Deum vera posse miracula operari. Quartò factum il-  
lud de termino conceptionis Deiparæ omnis creaturæ natu-  
ræ, quoad substantiam, & modum, facultates excedit. Non  
enim tam perfecta substantia, & tam perfectis induta acci-  
dentibus, à solis causis naturalibus formari poterat; sola vir-  
tus infinita Dei tam magnum, & confirmatum opus ita ce-  
leriter moliri potuit. Si in prima creatione à solo Deo Ma-  
ria

ria crearetur, illius productio mirabilis esset, non miraculosa; at quod per generationem causarum tam absoluta, & perfecta substantia cum eminentissimis accidentibus prodatur, miraculum est contra, aut supra cursum totius naturæ, quod nec subito, nec in toto tempore illa valeret perficere. Quinto, iuxta sententiam Theologorum, & Canoniarum affirmantium, ad naturam, & essentiã veri miraculi requiri, vt fiat in instanti, constat hanc conditionem non deesse Mariæ in conceptione, quæ obtinuit consummatam, & absolutam membrorum perfectionem, sub quantitate, & mensura infantili in primo momento, quàm nullum aliud viuens, nisi longo tractu temporis successino, consequi potuisset. Quod si de ratione miraculorum in communi non est, vt necessario fiant semper in instanti, vt verius arbitrantur alij, adhuc vrgentiùs constat, miraculosam esse perfectionem Deiparæ in primo suo esse.

Ex ijs concludetur p. 6. non esse vniuersaliter verum quod ait Henricus de Gandauo, quod lib. 1. quæst. 21. scilicet, si ex Adamo per medios genitores, siue in femine vnius parentis, vel amborum, siue in substantia membri, vt in mano, vel pede, siue miraculosè, siue quocumque alio modo fœtus generaretur, contrahere peccatum originale; quemadmodum si aliquis lepra infectus esset, quidquid ex eius substantia procederet ab illa formatum lepra, inueniretur infectum. Eandem mentem expressisse videtur Theodorus Abucara tomo 1. Biblior. Paris. edit. anni 1624. cap. 6. col. 400. exemplo agricolæ accipientis palmitem, illumque tinctum oleo plantantis. Similiter, vt ibidem dicitur, concludit falsè Henricus, asserens, quamcumque miraculosam productionem hominis ex materia humana deriuatam ab Adamo, etiamsi non sit feminalis, obnoxiam esse peccato hæreditario, nisi priùs purgaretur eadem materia, & subiectum à fomite originali mundaretur, & sanctificaretur.

(5)

*De pertinentibus ad immaculatam Conceptionem  
Deiparæ, & liberationem à debito originali  
culpa.*

*1. Non pauci ex antiquis, & modernis S. Thomæ expositoribus Ordinis Predicatorum opinati sunt Angelicum Doctorem nunquam, & nusquam in suis scriptis maculam originalem actualem Mariæ adscripsisse.*

**A**d ea, quæ in decursu proponenda sunt, oportet expone-  
re Ioannem à S. Thomæ, in 1. part. tractatu de autori-  
tate Angelici Doctoris, disp. 2. art. 2. pag. 224. 225. sup-  
ponere, vt indubitatum, Diuum Thomam, quoties locutus  
est in generali de vniuersalitate peccati originalis, solùm  
contra Pelagium habuisse sermonem de vi legis, secluso pri-  
uilegio. Idcirco eius verba allegari non debere ad singularè  
quæstionem de Virginis præseruatione, in qua quidquid di-  
citur in fauorem partis liberantis illam à macula, fundatur  
in priuilegio, de quo non curauit S. Thomas, vt qui contra  
Pelagium, & alios hæreticos, de sola vi legis vniuersalis, in-  
dependenter ab extraordinarijs exceptionibus disputaret.  
Idcirco nullibi inuisit censuram opinioni magis piæ de con-  
ceptione fundatæ in priuilegio, sed errori Pelagiano eximè-  
ti plures à macula originaria, sine priuilegio. Consentit Fer-  
rara 4. contra gentes, cap. 50. Alvarez 12. quæst. 81. art. 3. &  
post annum 1520. innumeri ex eodem instituto; quibus sub-  
scribunt Valentia 12. disp. 6. q. 11. puncto 2. Azor tom. 1. in-  
sit. lib. 4. c. 34. Salas tom. 2. in 12. tract. 13. disp. 11. sect. 1.  
& innumeri lesuitæ. Consequenter ad hanc suppositionem  
infertur primò, contra manifestam lucem verborum Angeli-  
ci Doctoris, ipsi violenter imposuisse plurimos ex antiquis,  
quales sunt Dominicus à Catalonia, Dominicus de Monte-  
lit. o. ù; Ioan. Montelsonus, Iacobus Sufarus, Iacobus Ægi-  
dius, Iacobus Catalanus, Rafael Prouasius, Ioannes Tutre-  
cremata, Thomas Toletanus, Gabriel Barelers, Vincentius

**Bandellus, Hieronymus Albertutius, & alij plures inferius allegandi, qui vt opinionem affirmatiuam de peccato originali Deiparæ magis stabilirent, docuerunt in libris, & tractatibus de Conceptione, Doctorem Angelicum existimasse opinionem magis piam (id est negatiuam peccati) esse erroneam, & hæreticam. Deinde infero, qua ratione multi Thomista, vsque ad annum 1520. non bene ca'luerunt, nec penetrarunt mentem S. Thomæ, in quæstione modali de censura contra opinionem magis piam: sic alios non paucos circa intelligentiam eiusdem sancti Doctõris, in thesi de quæstione absoluta à vera declaratione ipsius deuiasse, eiusque mentem non penetrasse. Profundissima Angelici Doctõris scripta id habent, vt magnam in se, & latentem energiam contineant, quæ non nisi post plurium examen, illudque diuturnum, sapissimè valeat explorari.**

Supponit deinde Ioannes à Sancto Thoma, Angelicum Magistrum nunquam, & nusquam directè tractasse, vtrum Deiparæ in primo animationis instanti fuerit præseruata ab originaria labe actuali; solum disputauit, vtrum ante animationem sanctificata sit: non enim agebat sanctus Doctõr de priuilegio personali, an scilicet ex illo à solo Deo præseruata sit ab originali peccato Deiparæ: in qua quæstione de facto pendente à libera voluntate Creatoris, nihil decernens, submisit se Ecclesiæ iudicio; illud duntaxat scholasticè examinauit, vtrum ex vi principiorum generantium, & actionis productiuæ ipsorum, inducta fuerit sanctitas personalis in primo instanti animationis Mariæ, vel ex eo quod Ioachimus, & Anna paulò ante conceptionem filiar, ex Dei gratia habuerint non solum sanctitatem personalem, sed etiam sanctitatem naturæ, ex iustitia quasi originali, vel ex eo quod actio productiua ea efficacia esset instructa; vel tandem ex eo quod materia futuri corporis Deiparæ priùs emundaretur, ac purgaretur. Quæ omnia cum sint ante animationem, idcirco nunquam, & nusquam directè, & ex professo tractauit, nisi de sanctitate orta ex principijs antecedentibus eandem Virginis animationem. Idem omnino docuit Seraphinus à Porrecta, 3. p. q. 27. art. 2.

Idem Ioannes à Sancto Thoma addit, hanc secundam suppositionem esse euidentem, & manifestam; quam probat ex locis Angelici Doctõris, quæ ibidem allegat: vnde fit, liberum

berum esse nobis statnere euidenter, & manifestè conuinci, non intellexisse, & penetrasse Diui Thomæ sensum omnes illos Thomistas, qui arbitrati sunt, Angelicum Magistrum directè tractasse, aut disputasse de præseruatione Virginis in primo animationis instanti, aut pro eo negasse præseruationem à macula originaria; cum solum tractauerit de sanctitate, quæ in femine, vel embrione ante animationem præcederet.

Ex ijs duabus suppositionibus conciliat Ioannes à Sancto Thoma omnia loca sancti Doctõris, & probat nullibi eum negasse Mariam ab originaria culpa præseruatam, ex priuilegio independente à productione, & principijs naturalibus. Hæc omnia verissimè scripsit Ioannes à Sancto Thoma, quæ luculentius pluribus testimonijs, & argumentis illustrandâ, ampliandaque suscipio, indiens personam antiquorum Scholasticorum, & nominatim Angelici Doctõris, & eorum mentem explanans fidelissimè. Si prædictus Ioannes, & Porrecta alia principia nascentis Theologiæ scholasticæ à temporibus Magistri sententiarum cognouissent, tenaciùs adhuc propriæ expositioni adhererent, eaque cum maiori ampliatione in fauorem immaculatæ conceptionis indubitatam existimarent.

Pro maiori intelligentia expende, duplicem conceptionem agnouisse Scholasticos. Prima est, per mixtionem femininum, aut feminis paterni cum sanguine materno. Huius sapissimè Scholastici meminere, cum Henrico quodlib. 1. quæst. 21. Alexandro 3. parte, quæst. 9. membr. 2. art. 2. Bellarminio lib. 4. de amissione gratiæ, cap. 16. & alijs innumeris. Secunda conceptio est animata, includens vnionem animi, & corpõris in vtero, quam sanctus Ambrosius epist. ad Siricum generationem appellat. Antequam ingrediatur explanationem aduertendum est, id accidisse primis Scholasticis in hac controuersia; quod de prisca Patribus scripsit Sixtus Senensis in sua bibliotheca, proæmio libri quinti, vt ex dissimilitudine loquutionum, aut ex vehementia, quæ hæreses impugnabant, varia, & contraria docere viderentur, cum tamen idem esset omnium sensus, atque sententia.

Mira est varietas, phrasis, & coniunctio, atque coaptatio nominum, & verborum apud veteres Scholasticos, cum de

de peccato originali, & illius debito tractarunt: nam primò appellant peccatum originale ipsius reatum quodammodo inhaerentem semini, aut embrioni. Huius meminit S. Bouau: in 3. dist. 3. 1. part. qu. 1. ad 3. carnem ante animationem vitiosam nominans: & S. Thomas 3. part. qu. 27. art. 2. & communiter Scholastici, cum Henrico Gandauensi quodlib. 1. quæst. 21. Secundò, eodem nomine peccati originalis notant ipsius debitum absolutè. Tertiò, maculam animæ inhaerentem primo creationis instanti similiter nuncupant, & hæc duæ acceptiones sunt communissimæ. Singula ex ijs interdum obscuris vocibus declarant, iuxta innumeras alias acceptiones peccati, Scripturis, & antiquis Patribus conformes. Idem accidit in applicatione, & explanatione vocum, quæ sanctitatem, sanctificationem, purgationem, & emundationem important, antequam anima creetur, vel in ipsius productione, aut tempore illam consequente: nam primò tractant de sanctitate, aut emundatione seminis, aut embrionis ante animationem, cuius innumeri meminere; & S. Thomas 3. part. quæst. 27. art. 2. Secundò, de sanctitate extrinseca, qualis inest sacris vasis ad ministerium sacrificiorum, per voluntariam Dei deputacionem, quam Maior in 3. dist. 3. q. 1. dedicationem rei inanimis vocat, & separationem à profanis; & primam hanc conceptionem inanimatam celebratam esse à nonnullis Ecclesijs dicunt Scholastici, quorù suppresso nomine meminit S. Thom. 3. p. q. 27. art. 2. illis verbis; *Quocumque modo ante animationem sanctificata fuisse B. Virgo.* Tertiò, de sanctitate animæ in primo instanti creationis, quæ est acceptio cõmunis. Quartò, de alijs sanctitatibus, sub diuersis vocibus, & coaptatione ipsarum, quæ familiares sunt Patribus, & Scripturis, quæ etiã Assyrios, & Chaldæos idololatrias in executione vindictæ sanctificatos nominant, solum per deputacionem creatoris ad vindictam contra Hebræos.

Ne in hac thesi ex prædicta varietate obscuretur intelligentia, declarate oportet, quibus verbis utamur, & sub quo sensu in decursu huius tractationis. Primò cum cõmuni Doctorum maculam ipsam originariam nominabimus peccatù originale formale, seu actuale, seu contractù, quia sic plures loquuntur Scholastici. Secundò peccatù existens in semine, aut embrione appellabimus peccatù existens in debito proximo, aut in reatu actuali, quoniam sic loqui consueverunt illustres

illustres Doctores, quos diximus ex D. Thoma supra, opposita speciem quandam sanctificationis consignare possibile in embrione. Tertiò, peccatum consideratum proximè post pactum, & legem vniuersalem inde manantem ante congressum parentum, nuncupabimus peccatum in debito remoto, quia sic loquuntur recetiores Theologi. Quartò, quo maius, vel minus fuerit debitum, aut minus habeat de absoluto, aut magis de conditionato, appellabimus illud, vel debitum remotum simpliciter, vel debitum secundù quid. Quintò, peccatum originale in ipso primæ animationis instanti, si tunc impediatur ex Dei præseruatione executio macula actualis, nuncupabimus debitum, aut peccatum in actu proximo suspensum, aut non influens, etiamsi virtuti seminis tunc operantis physicè vnionem corporis, & animæ, debita esset immissio actualis labis originariæ. Sextò, debitum, aut peccatum originale pro instanti primæ animationis, si non impediatur macula actualis, dicitur tunc grauare, & opprimere infantem, atque in effectibus, vsque ad mortem permanere: quod si impediatur, non dicitur aboleri in primo illo momento, quia durante efficacia seminis durat debitum culpæ: at quia proximo, & immediato tempore cum iam sit consummata generatio, & nulla maneat vis seminis ad generandum, & producendum, aboleretur omnino debitum peccati, aut peccatum in debito tam in ijs, qui præseruarentur à macula actuali originali, quam in ijs, qui ea grauantur, cum hoc tamen discrimine, quod Maria præseruata, quamquam fuerit sub peccato in debito, primo instanti animationis, atque ideo ipsius conceptio fuerit sub peccato in debito (vt loqui solet D. Thomas, & plures Scholastici, etiamsi pro eodem instanti præditam esse gratia sanctificante existimarint) verùm tempore immediate sequenti omnino peccatù originale in debito euascescit nullo relicto effectu; at qui non præseruantur, manent oppressi pœnis, quæ originariam maculam consequuntur. Hæc omnia, quæ distinctè à nobis proposita sunt, antiqui Scholastici sunt contemplati, licet ex varietate locutionum, & breuitate dicendi, interdum eorum mens sit obscura. At per supra descriptas diuisiones clarissimè exponuntur: iuxta hæc facile est de varijs considerationibus sanctitatis iudicare.



2. *Nec sanctus Thomas, nec Albertus Magnus, nec plerique antiquiores, grauiioresque Scholastici unquam, aut usquã dicauerunt Mariæ animam in primo momento sui esse, idest in secunda conceptione habuisse peccatum originale, formale, & actuale, licet scripserint Deiparam in prima conceptione grauatam fuisse eodem peccato in reatu, & permanisse originale peccatum in iure, & debito, usque ad primum instans animationis inclusiue.*

*dumtaxat.*

Vox conceptionis maximè propriè ab antiquis Philosophis, & Scholasticis vsurpari solebat pro commixtione seminis paterni, & materni, aut seminis paterni, cum materno sanguine: sic Alexander Alensis 3. part. quæst. 9. memb. 2. art. 2. Maior in 3. dist. 3. quæst. 1. & alij plures, sectantes in hoc genere, formaque loquendi, Hippocratem, Galenum, Aristotelem, & priscos Philosophos, & Medicos cum Valerola, Peramato, Lalamanto, & alijs. Bellarmin. lib. 4. de amissione gratiæ cap. 16. absque exceptione eam materiam inanimatam filiam nominat, quia tendit ad ipsius generationem, & proles est iam in fieri; ex quorum phrasi inualuit modus dicendi, quo nouem mensibus gestari fetus in utero decernatur, scilicet à prima conceptione, quæ multis diebus in eorundem doctrina, antiquior est secunda conceptione, in qua primum rationalis anima inducitur. Itaque non aliter iuxta vulgarem phrasim, conceptionis vox consuevit vsurpari, nisi ut significaretur prædicta commixtio facta eodem die congressus Parentum, pluribus ante diebus ex eorum opinione, quàm produceretur forma substantialis viuens. Quia femina, vel sanguines commixti sunt pars corporea futuri filij absolute, per synecdochen filius nominatur: diu antequàm producat anima. Sicut absque limitatione per eandem synecdochen cadauera hominum, qui vixere, absolute appellantur Petrus, aut Paulus, aut Lazarus quadriduanus. In hac prima conceptione non est anima rationalis formaliter, & consequenter, nec peccatum originale in se, & simpliciter. Dicitur tamen prædictum peccatum inesse quoad debitum, reatum, & potentiam proximam ratione corruptionis feminis à natura vinctata decisi cum extrinseca denominatione proveniente à primo peccato Adami, & à lege diuina de priuatione gratiæ in vindictam sceleris eiusdem primi patris.

Ve-

Verè tunc esse maculatum semen decisi, & hominem tunc concipi in peccato originali luculenter probat S. Anselmus de conceptu Virginis cap. 7. nam iam est necessitas labendi in peccato originali, & S. Bonau. in 3. dist. 3. part. 1. quæst. 1. ad 3. vbi carnem ante animationem vitiosam nominat; & expresse assentitur D. Thomas 3. par. quæst. 27. art. 2. duplicem sanctificationem distinguens, alteram, quæ possit esse antiquior tempore, quàm inductio animæ rationalis; alterã, quæ dari queat in primo momento creationis ipsius: vtriusque meminit Caiet. ibidem, & in 1. 2. quæst. 81. art. 3. S. Thomas loquendo de hac prima conceptione in 3. dist. 3. docuit fieri posse, ut paulò ante conceptum Virginis Ioachimus, & Anna non solum haberent sanctitatem personalem, ut de facto illam possidebant, sicut ceteri iusti, verum diuinitus contingere valuisse, ut haberent sanctitatem naturæ per originalem iustitiam, quæ ex Dei beneplacito biduo, aut triduo ante conceptionem Filii ipsis tribueretur; si hæc daretur hypothesis Ioachimi semen, & Annæ sanguis, nulla macula, aut corruptione grauaretur, nec haberent extrinsecam denominationem à primo Adami peccato, & à lege diuina deprivatione iustitiæ in vindictam illius, ac per consequens præmissa tali suppositione, eaque durante Maria de potentia absoluta non solum, non poterat incidere in peccatũ originale formaliter, sed nec in reatum proximum, aut debitum proximum, aut radicem, aut potentiam proximam illius. Quoniam verò certius est Ioachimi, & Annæ naturas sanatas non esse, sed solum fuisse causas personali sanctitate per gratiam communem ceteri iustis, idè S. Thomas, data hac suppositione constantissimè decernit, non posse Deiparam à reatu, & debito, seu radice peccati originalis eximi sine iniuria redemptionis, ut ipse expresse docet 1. 2. quæst. 81. art. 3. ad 1. iuxta verissimam expositionem Csietani. Anno 1314. Dominicus de Catalonia, ut ait Castronouo cap. 23. Dominicus de Mõte Luporum, cuius meminit Ambrosius Gozzeus in opusculis acrioribus contra immaculatam conceptionem interpretati sunt proximè relata verba D. Thomæ de peccato originali, formaliter, & in se, itaut sentiret S. Doctor erroneũ esse, non illud in Maria collocare. Similiter exposuit anno 1403. Ioannes Montesonus, ut habetur in processu addito post libros sententiarum Magistri in omnibus editionibus.

Anno

anno 1414. Dominicus Ioannes cap. 22. 23. 26. innixus præ-  
dictæ interpretationi heresim Pelagianam appellauit opi-  
nionem negantem Virgini peccatum originale, formaliter,  
vt retulit Castronouus cap. 23. similiter declararunt Diuum  
Thomam Iacobus Sufatus anno 1425. cuius meminit Lea-  
der Albertus. lib. 4. Anno 1436. Ioannes de Montenigro,  
in opusculo, quod gloriosum appellat Castronouus supra. An-  
no 1417. Iacobus Ægidius in opusculo, cuius mentionem fe-  
cit Diagus lib. 1. cap. 37. Anno 1460. Iacobus Catalanus, &  
Raphael Prouasius, quorum meminere Leander lib. 4. & Al-  
phonfus Fernandez in concertatione prædicatoria pagina  
375. Ioannes Turrecremata in opusculo contra opinionem  
negatiuam peccati originalis in Virgine. Anno 1470. Tho-  
mas Tolertinus in Mariali, & in porta Paradyfi, de quibus  
libris mentio est apud Plodium in appendice, similiter An-  
gelicum Magistrum exposuere. Eundem expositionem fecit  
Gabriel Bareta anno 1480. sermone de conceptione,  
appellat opinionem negatiuam, crudelem, impiam, nefariã,  
& erroneam. Sixtus IV. in litteris Apostolicis de mysterio  
conceptionis has censuras iniungentes falsã, & extortã expo-  
sitioni verborum diui Thomæ, condemnauit veluti temera-  
rias; easque è libris expungi mandauit. Nihilominus anno  
1502. Vincentius de Castronouo Bandellus in opusculo de  
conceptione, credens suam mentè esse D. Thomæ, opinionẽ  
negatiuam peccati originalis in Deipara persuadere contẽ-  
dit esse hereticam, erroneam, impiã. Non dissimili stilo an-  
no 1490. scripsit Hieronymus Albertutius in Elencho,  
cuius meminit Plodius lib. 3. anno 1507. Franciscus Ferra-  
riensis scripsit opinionem negatiuam esse erroneam ex mè-  
re diui Thomæ, vt refert Catharinus in libris de concep-  
tione editionis Lugdunenſis pagina 11. Anno 1517. Vincentius  
Casalius in opusculo de hac theſi, de quo Michael Pius lib. 3.  
similiter exposuit S. Thomam. Anno 1519. Bartholomeus  
Spina tractatu de hac theſi, & in alio de vniuersali corrup-  
tione generis humani, ob reuerentiam D. Thomæ, dicit sen-  
tentiam negatiuam esse repugnantem fidei Catholice, quæ  
propterea reprehendit Valentia 3. part. disp. 2. quæst. 1. pũ-  
cto 2. & Salmeron lib. 2. in ep. ad Rom. disp. 49. Anno 1527.  
Nicellus Finali in Monili Christi, & Matris, de quo Plodius  
lib. 4. & anno 1545. Arnaldus Vello Vifo tractatu de concep-  
tione

ceptione, de quo Diagus lib. 2. cap. 31. similiter exposuerunt  
D. Thomã: ex hac illegitima declaratione S. Doctoris mag-  
no ardore Thesis hæc à nonnullis tractata. Qui post Sixtum  
IV. ita opinati sunt, & interpretati Angelicum Magistrum;  
difficilem habent excusationem. Dupliciter enim defecerunt.  
Primò, cum nonnullis antiquioribus violentissimè declaran-  
do verba S. Thomæ, quæ manifestissima sunt de reatu, & de-  
bito peccati originalis, non de ipso peccato originali forma-  
liter, vt constat ex interpretatione, quam adneſcit vniuersali  
propositioni Pauli de morte corporali omnium hominum,  
quam ipse intelligit de solo reatu, & debito mortis, non de  
morte ipsa formaliter: nam probabilem arbitratur Angeli-  
cus Doctor opinionem Græcorum dicentium plures iustos  
in fine mundi nunquam morituros. Secundò, irrogarunt abs-  
que fundamento apparenti, præceptoris sanctissimo, & sapien-  
tissimo censuram à Sixto IV. & alijs Pontificibus de teme-  
ritate damnatam: Nulla autem condemnatio est contra asse-  
rentes Mariã in reatu, debito, radice, & potentia peccasse in  
Adam pro conceptione prima, quæ tẽpore antecessit ipsius  
animationem; neque contra eos, qui opinatiuè solũm cũ qui-  
busdam limitationibus censura afficiunt eandem doctrinã.  
Egregiè expendit Caieranus ibidem nostram expositionem  
dicens, nec fidem, nec S. Thomam exigere, vt nullus excipia-  
tur à peccato originali formaliter, sed solũm ne à debito cõ-  
trahendi eximatur. Verè enim Redemptore indiget non so-  
lũm, qui est captiuus, sed etiã qui in periculo proximo est vt  
capiatur, & verè à morte liberatur non solũm, qui post mor-  
tem refurgit, sed etiam qui eruitur è proximo periculo, quod  
effugere non valeret sine præseruante, & redimente: sic dici-  
mur liberari à morte æterna, quã non habuimus, & quia  
Maria in prima conceptione ante animationem erat debi-  
trix, & rea, & in potentia proxima labendi in peccatum ori-  
ginale formale, verè fuit redempta, etiam si peccato ipso ori-  
ginali formaliter non fuerit grauata in secunda concep-  
tione, quæ animationi spiritus rationalis semper adiungitur. Cũ  
igitur antiqui Doctores negant Deiparæ sanctificationem in  
conceptione loquuntur de conceptione sumpta pro commix-  
tione seminis Ioachimi, & sanguinis Annæ, quæ tẽpore præ-  
cessit animationem corporis, & cũ affirmant tunc fuisse pec-  
catam originale, sermonem habent de ipso in reatu, debito

aut potentia proxima, eo enim casu pariter erat incapax materia gratiæ habitualis, & peccati, & expressè ita docuit Bernardus epist. 174. & S. Thomas art. illo 2. quæst. 27. Quòd si aliqua esset danda sanctificatio, corpori virgineo ante animationem, ita ut primo coagulo, aut commixtioni seminis Ioa- chimi cum sanguine Annæ non inesset corruptio, & infectio naturæ, idest, non esset ius, aut necessitas, aut potentia proxima ad inficiendam prolem peccato originali, tunc illa sanctitas esset similis illi, quæ rebus inanimis tribuitur, cum ad sacra dedicantur, & separantur à prophanis, vt locutus est Maior in 3. dist. 3. quæst. 1. Hæc potuit esse realiter in Maria, si Deus illam in communi lege non comprehendisset, aut in ea dispensasset mundando materiam corporis. Huius sanctitatis meminere S. Thomas, S. Bonau. Caiet. supra relati. Hæc sanctificatio sublimior est, & alterius generis ab illa, ex qua Ecclesia Græca festum conceptionis sancti Ioannis Baptistæ à multis retro sæculis die 23. Septembris celebrat: non enim colitur, nisi miraculum senectutis, & sterilitatis devictæ in Zacharia, & Elisabet, atque destinatio Ioannis in præcursorem.

Sic antiqui Officio, & Missa celebrabant festum Conceptionis primæ Deiparæ non solam, vt miraculum est, & initium maiorum beneficiorum Domini, sed etiam, vt continebat mundationem, & sanctificationem sublimiorem corporis Mariæ, vt pater ex Scholasticis, maximè Bonaventura supra, & colligitur S. Thomæ quæst. 27. art. 2. ad 3. Dabât, vtique quoddam genus sanctitatis corpori inanimi generandæ Mariæ, sed non apud omnes erat tale, quod ius, aut necessitatem, aut potentiam proximam labendi in peccatum originale, aliqua ex parte auferret; sed iuxta aliorum opinionem tale, quod dedicationem haberet ad sanctissimos fines, & separationem à profanis ex miraculosa cõceptione: non aliter, ac Græci conceptionem Baptistæ celebrant, ipsi Marianam conceptionem celebrarunt.

In hoc sensu prima conclusio plurimum antiquiorum Scholasticorum fuit Mariam in prima conceptione habuisse peccatum originale, non formale, sed virtuale, idest, in reatu, iure, vel debito proximo iuxta Anselmum libro de conceptu Virginali cap. 7. D. Thom. in 3. dist. 3. & 12. quæst. 81. art. 3. & 3. part. quæst. 27. art. 2. S. Bonavent. supra, quos sectatus Bel-

Bellarminus lib. 4. de amissione gratiæ cap. 15. Vtram, verò postea quam corpus generandæ Deiparæ aliquandiu mansit in reatu, & debito peccati, aliquot diebus, vel horis ante animationem ita fuerit sanctificatum, vt cessauerit reatus proximus, & debitum proximum incurrendi peccatum originale formale, non ita clarè, & ex professo tractarunt singuli ex antiquis, quanquam ex vî principiorum, vtraque pars contraria defendi poterat à nonnullis ex ipsis.

Secundâ conclusio omnium ferè antiquorum Scholasticorum fuit in secundâ conceptione Virginis primam inductionem rationalis animæ continente, illam non contraxisse peccatum originale, formale, & in actu, seu de facto; sed idem instans fuisse, in quo ipsius anima creata est, & unita, & habituali gratiâ ditata, & præseruata à peccato: quanquam simul propter causas inferius apponendas docebant in eodem instanti sanctificationis, & præseruationis à peccato originali, & actuali, mansisse peccatû originale, radicale, & in iure proximo, nec illud fuisse abolicum, vique ad tempus immediate sequens primum illud instans creationis, & præseruationis Mariæ à culpa originali in actu. De hac postrema parte seorsim est tractandum, nunc præcipuam conclusionem stabilimus. In primis nullus in Ecclesia Dei clarius, & illustrius docuit Mariam sine peccato originali actuali conceptam esse, quam D. Thomas in 1. dist. 44. quæst. vnica art. 3. ad 3. Locus est adeo clarus, vt Petrus Bergomensis dub. 379. dicat esse mendum Typographi; idem expressè scripserat S. Doctor dist. 17. quæst. 2. art. 4. ad 3. Propterea Vincentius Iustinianus ordinis Prædicatorum in opusculo de immaculata conceptione, §. 18. ait se nescire, in quo ordine mendicantium fuerit Doctor antiquus, qui tam expressè ab originali peccato actuali Mariam præserauerit, vt S. Thomas in libris sententiarum, & in opusc. circa salutationem Angelicam. Cætera loca Diui Thomæ, & grauitim antiquorum Scholasticorum post tertiam conclusionem exponentur.

Tertiâ conclusio tam Diui Thomæ, quam aliorum ferè omnium Theologorum post Perrum Lombardum est Mariam à peccato originali in iure, & debito quod contraxit in prima conceptione ante animationem, non fuit liberata in secunda conceptione includente primam creationem anima-

rationalis, nec in ipso primo instanti reali eiusdem creationis, sed tempore immediatè sequenti, ita expressè S. Thomas 3. part. quæst. 27. art. 2. Probat, quia in illo peccatum originale erat in potentia, & debito dumtaxat, & non formaliter in actu, sed permansit vsque ad primum instans creationis animæ Deiparæ inclusivè; ergo sanctissima Virgo non fuit libera à peccato originali in debito, & iure pro primo sui esse momento, sed posterius tempore peracta iam generatione substantiali. Probat, minor, quia peccatum originale in iure, & debito proximo aderat, aut inerat virtuti generatiuæ feminis Ioachimi, vt proveniebat ab Adamo, & habebat naturam corruptam, cum iare transfundendi peccatum originale formale quantum erat ex parte feminis, & naturæ; sed hæc omnia permanserunt in primo instanti animationis Deiparæ, cum virtus formativa feminis duraret in se, aut in effectu, & lex, seu pactum de privatione iustitiæ in posteris ob peccatum primi parentis tamdiu permaneret, quamdiu duraret virtus feminis; ergo Maria in primo instanti secundæ conceptionis inclusivè retinebat peccatum originale in iure, & debito, licet careret peccato originali, formali, & actuali. Consequenter ius illud, aut debitum labendi in præmissam culpam abolitum, seu extinctum est tempore immediatè sequenti post primum instans secundæ conceptionis animationem includentis; nam iam tunc semen illud non generabat actu, nec potentia, extincta illius virtute, ideo simul etiam peccatum originale in iure, aut debito fuit extinctum. In cæteris hominibus etiam extinguitur, & evanescit post primum instans secundæ conceptionis virtus illa feminis, sed non transit quoad effectum, & vulnus permanens illatum: declaratur exemplo eius, qui ad triremes, & verbera condemnatur; post executionem pæne nihil amplius debet, manet tamè gravatus, & oppressus illius effectu, & ignominia; Deipara nullum effectum pœnalem originalis peccati habuit in primo instanti suæ animationis, sed ab illo præservata fuit, manente solo debito, & iure incurrendi peccatum originale, formale, & actuale, quod ius, & debitum cum proximè post evanuerit, nihil mansit de illo peccato in se, nec in effectu in Maria, quam partem explanat, & firmat quidquid allegatum est quarta parte harum tabularum.

Hæc

Hæc quidem non attentè contemplantes nonnulli, omnes propositiones antiquorum Scholasticorum dicentium Mariam in primo instanti secundæ conceptionis, quæ continet inclusivè primam creationem animæ, habuisse peccatum originale in iure, aut debito proximo, illegitimè ipsos, & nominatim S. Thomam interpretati sunt, quasi de peccato originali formali, & actuali fuerint loquenti. Hæc obligatio, reatus, aut debitum proximum incurrendi peccatum inerat ex natura Ioachimi corrupta peccato primi parentis: quod verò permanente eodem debito, aut reatu, siue peccato originali in iure proximo, simul in eodem instanti in sensu coniuncto fuerit Deiparæ præservata, & exempta à peccato originali formali & actuali ex privilegio Dei, nullam inuoluit repugnantiam contradictionis: quia Maria ex vno capite erat obnoxia peccato, scilicet ex vi feminis paterni; & ex alio capite per privilegium, aut dispensationem Deus impediabat effectum. Iuxta hæc cognoscitur peccatum originale simpliciter actualiter, & formaliter, ex mente Scholasticorum nunquam inuisse Deiparæ; peccatum verò originale in iure, & radice, & debito proximo inhæsisse ipsius corpori ante animationem, & primo instanti animationis. Quare, quoties Scholastici, & præsertim D. Thomas docent Mariam fuisse immanem à peccato originali, loquuntur absolutè de illo formaliter, & actualiter; & quoties aiunt habuisse peccatum originale in primo instanti animationis, loquuntur de peccato originali in iure, & debito, vel reatu proximo.

Superest exempli gratia percurrere uniuersa loca, quæ in contrarium allegantur ex D. Thoma, de articulo 3. quæstionis 81. 1. 2. dictum est supra. Quod ait 3. part. quæst. 27. art. 2. *Sanctificatio Virginis non potest intelligi ante animationem*; intelligit de sanctitate formali habitualis gratiæ: quod paulopost addit, *Si ante animationem quocumque modo sanctificata fuisset, nunquam incurrisset maculam originalis culpæ, & non indignisset Redemptore*; significat primam conceptionem Virginis ante animationem, si fuisset sancta per sanitatem naturæ, ac consequenter libera à reatu, & debito peccati originalis, non contrarietatem peccatum originale, nec in potentia proxima, nec in reatu, nec iure, aut debito; quod probabilissimè opinatus est Divus Thomas esse erroneum contra gratiam redemptionis, quanquam iam hoc

hæc tempore sub quibusdam limitationibus probabilis sit, non solum in probabilitate priuata, sed etiam indiciali, & authentica, opinio statuens Mariam debito saltem proximo peccati originalis caruisse.

D. Fæcilis nonnullis visum est, quod ibidem addit sanctus Doctor; *Vade relinquitur, quod sanctificatio B. Virginis fuerit post eius animationem.* & art. 5. ad 2. ubi ait, *Mariam in prima sanctificatione liberatam à peccato originali*: quod non aliter, quam de peccato originali formali actuali contracto videatur posse intelligi. Sed hæc verba facilem habent expositionem; quæ proponenda primum, deinde probanda. Non agit S. Thomas de sanctificatione formali, aut personali; sed de illa, quæ vocatur sanctio naturæ, nempe de sanctificatione primæ conceptionis, & id intendit verbis illis; *Quomocumque ante animationem B. Virgo sanctificata fuerit.* Coniurat autem Angelicum Doctorem illam negare Deiparæ, eamque primam conceptionem ab ipsa vitiatam reputari. Hæc igitur sanctificatio naturæ contigit tempore immediatè sequenti post instans generationis, aut secundæ conceptionis: nam prædicta sanctificatio naturæ includit gratiam sanctificantem donatam in primo instanti generationis, vel secundæ conceptionis Mariæ, & simul amissionem virtutis in semine, ad inficiendam prolem. Hæc duo habuit Virgo sanctissima: primum in conceptionis secundæ primo momento, quando est donata gratia habituali, simul permanente virtute seminis infecti in actu primo proximo, sine influxione peccati originalis formalis; secundum vero habuit tempore immediatè sequenti, quando amissa est virtus seminis ad deriuandum peccatum, idè dicitur Deiparæ esse libera à peccato originali, nec illo grauata, aut oppressa: nos autem grauamur, & opprimimur, quia tam in primo instanti secundæ conceptionis, quam tempore proximè sequenti manet virtus seminis vitiata in effectibus ab ipso relictis. Quod idem voluit dicere S. Thomas in 3. distin. 3. quæst. 1. art. 1. inquirens, vtrum B. Virgo fuerit sanctificata, antequàm eius conceptio finiretur. Hanc fuisse mentem D. Thomæ probatur, quia 1. 2. quæst. 31. art. 3. & prædicta quæst. 27. tertiæ partis idem argumentum est tractationis; solum ea est differentia, quod tertiæ parte sigillatim de Mariæ, art. 1. 2. vniuersum de omnibus disserit. Deinde controuersia articuli

tertiæ

tertiæ partis est de sanctificatione primæ conceptionis, quam non resoluit, sed solum dixit, *unde relinquitur*: quæ est reolutio; & quæstio non est de sanctificatione in ipsa conceptione secundæ, seu generatione Mariæ, sed de sanctificatione ante generationem, seu animationem: ergo responsio est ad quæstionem à S. Thoma propositam de sanctificatione ante animationem, non verò de sanctificatione in generatione, seu prima animatione Deiparæ. Tandem si Maria non fuit sanctificata in prima conceptione inanimata, iuxta doctrinam D. Thomæ, optimè inferitur, nec nisi post instans conceptionis secundæ, id est generationis, seu animationis, fuisse eo genere sanctificatam; quia in ipsam generationem, seu animationem habuit physicum influxum semen Ioachimi, attingens vltimam dispositionem, quia tunc non amiserat prædictum semen corruptionem naturæ, nec cessauerat lex vniuersalis de maculandis omnibus posteris Adami, quantum est ex parte ipsius, licet ex privilegio Dei impeditus fuerit effectus, scilicet peccatum originale actuale. Propterea semen Ioachimi commixtum cum sanguine Annæ, aut virtus vtriusque vitiata non potuit sanctificari in primo instanti secundæ conceptionis, seu animationis Deiparæ, nec eius infectio depulsa est vsque ad tempus immediatè sequens primam animationem, in quo nec in se, nec in effectu perseverauit virtus vitiata paterna, sed omnino est abolita, & extincta, sine vilo effectu consecuto. Quod si D. Thomas in hoc articulo loqueretur de sanctificatione à peccato originali formali, actuali, nec titulo articuli satisfecisset tractanti de sanctificatione ante animationem, nec legitime argumentatus fuisset, cum in ipso primo instanti secundæ conceptionis, seu animationis Deiparæ potuisset sanctificari ex meritis Christi, & ipsius gratia indigere: quia verò Christus nec in prima conceptione habuit peccatum originale in iure, aut debito, idè nullo modo in peccato originali potuit concipi. Ex quibus fit, primò S. Thomam nunquam mutasse sententiam, quam docuerat in 1. sententiarum. Secundò, non esse admittendum quod ait Beatus Guevara, articulum secundum dictæ quæstionis 27. esse suppositum, quia in bibliotheca vetustissima non inuenitur: quod falsum esse constat, & inutile, quia Angelicus Doctor in 3. dist. 3. quæst. 1. art. 2. idem omnino ait, scilicet Mariam non fuisse

fuisse sanctificatam antè animationem, nec in ipso primo instanti animationis: nec est toleranda expositio de prioritatibus, aut posterioritatibus naturæ, cum expressè D. Thomas sermonem habeat de prioritate temporis, in 3. sententiarum, vnde ferè ad verbum translata est doctrina prædicti articuli tertiæ partis. Tertio infertur ex vi veritatis, & expositionis prædictæ, coactum Ioannem Baptistam Poza retractasse quod dixerat lib. 4. Elucidarij, tractatu 5. scilicet, responsionem ad 2. prædicti articuli fuisse suppositivam, quia non quadraret titulo articuli proponentis tractatione de sanctificatione ante animationem, & ipsa responsio differeret de sanctificatione post animationem, de qua nihil erat propositum in titulo articuli. Propter similem causam Franciscus Garcia Dominicanus toliendas, aut addendas dixerat quasdam responsiones, & argumenta 12. quæst. 102. art. 5. vbi deest solutio ad 10. quam ille supplet; & 22. quæst. 10. art. 9. deest solutio ad 1. argumentum, & quæ ibi dicitur solutio ad primum, est solutio ad quartum; sic (aiebat ille) potuit aliqua transmutatio contingere. Id tunc scripsit, non bene penetrata intelligentia verborum, nec facta collatione omnium locorum Dni Thomæ. Quarto infertur, Magistrum Arauxo in lectionibus primæ secundæ, in digressionem facta pro exponenda mente Angelici Doctoris varijs in locis de conceptione Virginea disputantis, non interpretatum fuisse legitimè loca varia sancti Doctoris, in quantum ipsi attribuit sententiam affirmativam de conceptione Deiparæ i seculò peccato originali actuali; cum omnia intelligantur de peccato originali in reatu, iure, aut radice perseverante in primo instanti animationis, vt ex prædictis innoscit; nominatim testimonium ex 3. sentent. dist. 3. q. 1. expressè tractat solùm de prima conceptione inanimata, quæ fuit sub peccato originali in iure dumtaxat, & reatu proximo, quemadmodum idem Angelicus Doctor disputat 12. quæst. 81. & consequenter sapientissimè docuit nec in ipso actu animationis primæ, seu generationis, Mariam sanctificari potuisse à peccato originali radicali, seu in iure, & reatu. Quinto infertur, celebritatem illam de prima conceptione inanimata Deiparæ, quam tempore Dni Thomæ Ecclesia Latina tolerabat, licet in alio sensu, quam Ecclesia Græca colebat die 32. Septembris conceptionem Baptiste,

reprehensam fuisse non solùm à Diuo Thoma, sed etiam à sancto Bernardo; non tamen celebritatem de sanctificatione formali peracta in primo instanti conceptionis secundæ; seu animationis Deiparæ. Quod si acciperetur festiuitas de secunda conceptione secundum carnem, & illa excluderetur à solemnitate; intelligendo solemnitatem de sola cõceptione spiritali separata à corporea, dupliciter gravarentur S. Thomas, & alij antiqui Doctores: in primis ex violenta expositione, & verborum extorsione; deinde ex eo quod ipsis affigeretur sententia repuisa à Sixto IV. & Gregorio XV. iubentibus, vt nemo vtatur pro hac solemnitate Deiparæ alio nomine, quam conceptionis, quæ non aliter includit actiones corporeas, quam natiuitas; sic innumeri Scholastici ex antiquis exigunt prædictam expositionem, & sensum, vt in longiori tractatione de hac thesi per singulos discurrendo examinabimus. Et hæc fuit comunissima doctrina, & sensus plurium Scholasticorum, quamquam non pauci ex Parisiensibus ducentis ferè annis propter rationes inferius allegandas obscurè interdum loquebantur, vt satisfacerent decreto Mauritij Episcopi Parisiensis, qui prohibuerat, ne opinio de immaculato conceptu Virginis in illa Academia pro publicis actibus defenderetur, nec de illa solennitas festiua permetteretur.

3: *Que fuerit causa, quare ex antiquis Scholasticis Parisiensibus post annum 1175. vsque ad annum 1370. plures obscure locuti sint de immaculato conceptu Virginis, quamquam firmè crederent ipsam absque originaria culpa formali fuisse productam in secunda conceptione continente inductionem animæ, & quare nonnulli Scholastici Parisienses ijs ducentis annis docuerint opinionem affirmativam.*

Anno 1175. Mauritius Episcopus Parisiensis festam illi libati conceptus in Academia Parisiensi prohibuit, vt referunt plures Doctores cum Antistodorense 3. summæ tractatu 1. cap. 3. & Castronouo Bandello superiori numero allegato capit. 20. ideo pro Academicis actibus, & lectionibus, plures Doctores obscurè loquebantur, & vt quoquomodo satisfacerent Episcopali decreto dicebant Mariam in secundæ

Conceptionis, id est generationis, seu animationis in utero primo inclusivè habuisse peccatum originale in reatu proximo, quamquam tunc præservata fuerit à peccato originali actuali, quo nunquam est infecta; atque in extra Academicos actus, & lectiones in alijs opusculis expressius suam sententiam negativam tuebantur. Alij verò prædicto Mauritiij decreto omnino succumbebant concedentes absolutè Mariam in peccato originali formali fuisse primo animatam; at quando extra Academiam Parisiensem habitabant, oppositam sententiam publicis scriptis constantissimè defendebant; nam propter similes causas licere interdum Doctoribus scribere probabiliter ob extrinseca principia contra propriam opinionem ex principijs intrinsecis creditam probabiliorem, docet communis praxis Scholarum, & sine mendacio id fieri probat Aponte in 1. sap. digest. 2. Hoc maximè tutum est in quæstionibus arbitrarijs cum urget gravissimi alicuius Patris, aut Doctoris sententia, aut statutum alicuius Academiæ Catholicæ, vel sapientissimi ordinis Religiosi, aut decretum aliquod Patriarchale, vel Episcopale.

Obijciunt quidam nunquam licere Doctoribus in generali contra propriæ opinionis sensum probabilem aliorum sententiam tueri, & si pro singularibus casibus conscientie in foro confessionis de rebus non tangentibus iustitiam pro bono pœnitentis, aut consulentis, quamcumque sententiam probabilem sectari liceat. Probant, nam in munere Doctoris sit præiudicium non solum examini veritatis, sed etiam officio docendi, atque hoc præiudicium non excusatur ex vili vniuersali utilitate, aut commodo spiritali pœnitentium, aut consulentium, quemadmodum accidit in resolutionibus moralibus. Cõmuniter dicitur violatã in hoc debitã reverentiam antiquis Doctoribus, quibus quodammodo iniuria irrogari videtur, si quis etiam contra proprium sensum non tueatur illorum opiniones omnes, & singulas, ut probabiliores. Impugnant alij id ut falsum, nam licuit interdum etiam gravioribus in causis de bonis hominibus referre, quæ omnium confessione emendationem desiderabant. Sic in temperantia Loth, pusillanimitas Aaronis, adulterium Daud, negationes Petri, persecutiones Pauli, vsuræ Matthæi, incredulitas Thomæ, luxus Magdalensæ, & Zachæi iniquitas memo-

morantur. Hæc quæ sine peccato fieri non valebant, & errores doctrinæ, qui sine delicto villo voluntatis gravissimis etiam Doctoribus contigerunt, evulgantur licitè, cum pro sincera, & incorrupta veritatis explanatione, & pro tuendo fidelium sensu, atque consensu desiderantur, vel etiam pro declarandã humana fragilitate, & ignorantia, vel Dei erga homines misericordia; vel cum necesse est expendere, ne quis in hac vita securus videatur, sicut alienus ab errore mentis prædicetur, cum id solius canonici Scriptoris proprium sit: *instruant Patriarchæ*, ait Ambros. 1. de Abraham cap. 6. *non solum docentes, sed etiam errantes*: Nulla igitur est labe sanctissimorum hominum nonnullis erroribus, absque voluntatis crimine implicari; multò minùs, quod non affectu fuerint probabiliores opiniones, siue gravissimi Doctores sint, siue sapientissimæ Academiæ, aut Religiosi cœtus, aut Patriarchæ, aut Episcopi; cum non eos malitia inducat, ut fallant, sed humana conditio impellat, ut fallantur: alioquin, nec Patrum, antiquorumque Doctorum errores, aut minus probabiles opiniones referri possent, unde fieret, ut non immeritò reprehenderentur Sixtus Sirensis lib. 5. & 6. Bibliorhecæ, Bernardus Lutzeburg in catalogo hereticorum, Paulus Gaisaldus in decisionibus fidei, Hieronymus Vielmus in libris de laudibus Divi Thomæ, Dominicus Gãbrina tom. 3. præscriptionum part. 1. & alij innumeri eiusdem Prædicatorij instituti, & plurium aliorum sacrorum ordinum, & insignium Academiarum Magistrum, atque Doctores, quia non rarò Patrum, & Scholasticorum errores numerant. Idcirco, inquit, non est exprobrandus Catharinus lib. 2. de conceptione, qui ut purissimum conceptum Virginis promoveat de Divo Bernardo, & S. Thom. & S. Bona-vent. sub hypothèsi negata, quod opinioni affirmatiæ contra immaculatam conceptum subscripissent, hæc ait. *Neque hoc magnoperè mirandum quia tunc homines erant, & ipsi verè sub originarij peccati tenebris adhuc detenti, ut possent errare*, & non longè post subdit. *Ad sanctos illud pertinet, diminuta sunt veritates à filijs hominum; & quod Iacob Apostolus dixit in multis offendimus omnem. Docet Thomas non quæcumque dixerunt, aut scripserunt sancti vera à Spiritu Sancto profecta. Nec magnoperè, inquit, mirandum si hæc Regina nostræ privilegium Thomam la-*

*dit, aut Bernardum, aut Bonaventuram.* Et non longius à præcedentibus addit. *Maluit Dignus Thomas hoc spiritu impulsus aliorum sensui cedere, quam propriam retinere, ut sic magis placuerit Deo non error ille, sed humilitas illa, verum utcumque res habeat, hic rem concludo, quod cum tot viderimus varietates, titubationes, ignorantias, perplexitates, contradictiones horum Doctorum in hac materia, & humana diuinaque iura testibus variè loquentibus, aut inuoluntè, aut obscurè, nec de propria scientia testificantibus, haberi fidem prohibeant, idque præsertim aduersus rem piam vllam, etiam nos iure optimo, & meritò, & cum bona horum Doctorum pace, ac gratia, eorum dicta, & si sancti fuerint, tamen contra sanctissimæ Virginis prærogatiuam hanc non recipimus. Nam cum duorum alterum necesse sit nobis fateri, aut peccatum Virginis, si hos non errasse concesserim, aut eorum errorem, si potius illam ab omni peccato immunem defendam, magis eligam, ut illos errasse ingenua confessione profitear, qui & potuerunt errare, & in multis etiam errasse deprehensi sunt, quam vllam pati gloria Matris Dei indignam inuri maculam.* Excedit quidem in ijs Catharinus Diuo Thomæ adscribens opinionem, quam nunquam docuit, quamquam pro ijs, & alijs euentibus, quando maior Dei gloria, & sanctissimæ Virginis prærogatiua vrget, non sine insigni pietate similia proferuntur. Abulensis in caput 25. Exodi quæstione 23. 1. Reg 3. quæstione 127. & in caput 8. Matth. à quæstione 76. vsque ad 82. & Franciscus Fontanus in verbo Thomas Aquinas, & Dermicius Thadæus in Nitela Franciscana, & Hugo Magnesi, & Mattheus Ferquetus, & Hugo Cabellus in Apologijs pro Scoto, & processus Academiæ Parisiensis contra Montefonum, qui habetur in sine Magistri sententiarum, & alij non pauci nonnullos errores Angelico Doctori tribuunt, & propositiones consignant, in quibus, ut ipsi aiunt, errauit, ex quibus inferunt semper cuilibet Doctori in arbitrarijs quæstionibus non esse liberum, nec tutum saltem pro munere vniuersali docendi contra proprium sensum probabiliorum alicuius Doctoris, aut Academiæ, aut Patriarchæ, aut Ordinis Religiosi sententiam docere; atque adeò non esse attribuendum

dam nonnullis ex antiquis Scholasticis Parisiensibus, ut propter condescendentiam cum decreto Maritij contra sensum, quem probabiliorum credebant, docuerint Mariam conceptam in peccato originali formali. Respondetur aliqua in hac obiectione referri, quæ nobis non placeat, verbi gratiâ, quod S. Thomas fuerit pro sententia affirmatiua in thesi de conceptione; quod sint errores D. Thomæ; qui ab allegatis Auctoribus imponuntur, cum tribuantur Angelico Magistro, quæ non dixerit, vel saltem non in eo sensu, quo scripsit, vel nullam erentur notam, quæ allegantur, vel tandem si quid minus probandum haberet in eius libris ex deprauatione, aut corruptione exemplarium inuectum est, & in autographis, vel emendatissimis codicibus non reperitur. Nunc è diametro satisfaciens argumento, dicentes rem esse indubitata licere Doctoribus sectari in munere docendi opinionem, quæ minus probabilis videatur à principijs intus in gratiâ magni Doctoris, aut statuti Academiæ, vel Religiosi, vel Patriarchalis, vel Episcopalis; tû quia ita docet praxis Ecclesiæ, & sanctissimorum ordinum, & Academiarum; tû quia vbique timere debet eruditissimus quisque, ne etiam efficacissimis rationibus ductus decipiatur. Potuere igitur sanctè, & tutò nonnulli grauissimi Scholastici Parisienses ob reuerentiam decreti Maritij Episcopi in Academia Parisiensi affirmatiuam sententiam in lecturis eius discessus tenere, & postea alibi commorantes, vbi decretum illud Episcopale non vigeat, negatiuam opinionem, quæ fauet immaculato conceptui scriptis etiam publicis commendare. Hæc est potissima radix discrepantiæ varietatis, & contrarietatis opinionum, quæ reperitur in diuersis opusculis eorundem antiquorum Scholasticorum Parisiensium. Ego si in S. Thomæ locum aliquem inuenissem contra immaculatam conceptionem, dicerem apertè ideo sic locutum, ut decreto Episcopali Parisiensi obediret, etiam si ipse contrariam opinionem probabiliorum existimabat; quam mentem fulcirem, quod in quibusdam scriptis, si verum esset nonnullorum placitum, modo vnam, modo aliam opinionem tueretur; verum ipse, qua erat sapientia, & dexteritate modum elegit, quo satisfaceret mandato Episcopi, dicens Mariam in primo instanti animationis fuisse sub peccato originali in iure, & debito,



docens in eo instanti nullum fuisse effectum peccati originalis, nec formalis, & actualis peccatum, ob gratiam habitualement in primo instanti animationis donatam. Ab illo autem peccato originali in reatu proximo docet merito immunè fuisse Deiparam, post primum instans animationis, quia tunc nullum erat peccatum, etiam in iure, & debito, ut superius explicuimus. Concludo hanc partem concedendo disputationi, id quod manifestè falsum est, D. Thomam aliquando scripsisse Mariam in peccato originali formali actuali fuisse conceptam. Si in similem necessitatem impingeretur; & pro gloria Virginis Sanctissimæ opus esset errores nonnullos grauium Doctorum expendere, ut fecerunt plures, & grauiissimi viri, præcipuè ex instituto Prædicatorum, si eos à prælo, aut amauensibus excusare non possent aliqui, quæ possent humilitate, & reuerentia eundem horum autorum sensum pro gloria Virginis explanarent; nec impium existimarent Michaellem Palacios cum pluribus in 3. distinctione 3. disputatione 1. scribentem istis verbis, licet sub hypothese falsa. *Sententia, qua creditur de fide esse omnes homines originaliter peccasse, est correctæ à Sixto IIII.* Dum tamen certò constaret magnos Doctores erroneam, aut hæreticam appellasse opinionem piam, quemadmodum immerito, & violenter S. Thom. interpretantur Turrecremata, Castronouo, Prouasius, Montenigro, Bareleta, Spina, & in numeri allegati præcedenti numero; & sub hac hypothese efficax argumentum eliceretur, ut in singulis huius controuersie ad hærentibus cuiuslibet Doctoris auctoritatem debilitata crederetur; verum arbitror certissimum nihil S. Thomam contra immaculatam Conceptionem Virginis docuisse; imò constanter decreto Episcopali non obstante opinionem negatiuam, in sententiarijs euulgasse; ideo necesse non est statuere, quod olim quidam scripsit, nihil esse in operibus D. Thomæ contra immaculatum conceptum, quod dictum non sit, aut per condescendentiam scriptum, aut ex aliena mente relatum, aut sub dubio, & hypothese propositum, aut ab amauensibus assutum, aut tandem non in positum monumentis, reuocatum, & retractatum; nihil enim istis modis assertum in illius operibus inuenitur, circa thesimum de conceptione. Catharinum, alium tamen scopum considerantes, imitantur Canus lib. 7. cap. 3. & lib. 8. cap. 4. & 5. & lib. 9. cap. 7. & lib. 10. cap. 5. Hieronymus Vielmius in apo-

logia

logia contra obtrectatores D. Thomæ, Bannez 1. part. quæst. 1. art. 8. Turrecremata dist. 9. & 15. & plures alij eiusdem instituti: quos fouet Angelicus Magister, quod lib. 12. art. 14 in illis verbis allegatis à Michaelle Palacios in 3. distinct. 3. disp. 1. *Sanctos Doctores plerumque multa dixisse de suo, ideo non semper in cunctis illis adhibenda est fides.* Ad hæc in simili casu pertineret, quod scripsit 22. quæst. 1. art. 3. istis verbis. *Aliqui Doctores videntur dissentire, vel circa ea, quorum nihil interest ad fidem, utrum sic, vel aliter tenentur, vel etiam in quibusdam ad fidem pertinentibus, quæ non tam erant per Ecclesiam determinata.* Propterea etiam in casibus non eque urgentibus, atque est hic de Conceptione Virginis, fas esse discedere à magna auctoritate, scripsit e ex ordine Prædicatorio Holcot, relatas à Pio in propugnatione primæ conclusionis, Durandus in præfatione sententiarum, Canus relectio ne de penitentia part. 4. & toto lib. 7. de auctoritate Sanctorum, Turrecremata dist. 9. & dist. 15. Scotus in Logica cap. de Quantitate, Gafaldus in decisionibus fidei, & alij innumeri eiusdem instanti Prædicatorij, quos reliquæ scholæ sectantur, & quorum longiores produxere catenas, & catalogos recentiores.

4. *De expositionibus quorundam testimoniorum contra immaculatum conceptum.*

A tempore Apostolorum, usque ad Bernardum, nemo unquam assertiuè dixit, aut scripsit, nominatim, Mariam in peccato originario conceptam. De hac veritate, ut notissima, & sine controuersia, nullus ex professo tractabat. Quæ testimonia ante ætatem Bernardi in contrarium allegantur, solum continent inuersales propositiones, quæ si non excipiant Deiparam, fiet propter alias similes clausulas plures numero, & verbis clariore, & expressiore, & æque inuersales circa peccata actualia, & communè omnium natiuitatem in peccato, dicendum esse Mariam natam in peccato, & actualia culpas commississe.

Ex epistola Bernardi ad Lugdunenses probatur manifestè, nihil illum assertiuè dixisse contra immaculatum conceptum Virginis, sed sub dubio locutum, ut patet ex ipsius verbis, quæ refert, & expendit robustissimè Catharinus lib. 2. de conceptione, maxime illis *Consulenda erat Apostolica Sedes.* Quæ autem dubiè, aut problematicè, aut ex hypothese di-

dicuntur à Patribus, ex omnium consensu nō sunt inter eorum sententias numeranda, vt latè probat Antonius Saura de examine doctrinarum cap. 1. & 2. pro conceptione loquitur conditionate de macula Disparæ. Præterea non agit de secunda conceptione, sed de prima ante animationem, vt patet ex illis verbis, peccatum quomodo non fuit, vbi libido non defuit. *An inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit.* Innumera circa Bernardi mentē nouissime compilauit Ioannes Serrano lib. 2. de immaculata conceptione cap. 26. à pag. 265. vsque ad 274.

Paulo post tempora Bernardi Petrus Lombardus, & Parisienses Doctores, vsque ad Durandi statum frequentius in sola Academia Parisiensi, aut subtiliter loquebantur propter decretum Mauritij, aut ob eius reuerentiam nonnulli Mariam conceptam in macula originali docebant, dū Parisijs commorabantur: extra illa prouinciam firmiter defendebant Mariam sine culpa originali productam in secunda conceptione, & hanc opinionem simulabant per principia extrinseca esse magis conformem dictis scripturarum, & Patrum vniuersaliter declarantium, *Omnes præter Christum peccasse; neminem præter Iesum à peccato fuisse immunem: solum Iesum in Adamo non deliquisse: omnes homines peccata Adam fuisse inclusos.* Quæ propositiones sæpè dicuntur cum manifestissimis exclusiuis solius Redemptoris. Vt populari horum locorum intelligentia, & Academiæ Parisiensi satisfacere in lecturis pro ea ipsa vniuersitate, communem illius scholæ sensum tuebantur: atque plerique extra lecturas Academicas in alijs quidem scriptis oppositam doctrinā, id est, magis piam, constantissimè, & sæpius defendebant, quam quam S. Thom. quo erat affectus Virgini, & veritati, etiam in lecturis Academicis super Magistrū expresse docuit Mariam absque originaria labe actuali fuisse conceptam.

Academia Parisiensis re examinata vidit omnia illa Patrum, & scripturarum testimonia, quæ solum Iesum eximunt à peccato originali, firma non esse contra immaculatum conceptum Virginis: nam multò plura sunt textus sacri, & sanctorum testimonia, quæ vniuersaliter aiunt, etiam cum similibus exclusiuis generalibus solum Iesum, non habuisse peccata actualia, & solum Iesum fuisse sanctum in natiuitate, ex quibus fieret Mariam liberè interdū peccasse, & in ortu suo

suo habuisse originariam immunditiam, quæ duo sine laesione fidei Catholica dici non possunt. Præterea insit Academia prædicta, circa annum Domini 1380. ne opinionem affirmatiuam de peccato originario in sanctissima Virgine quifquam in posterum tueret: hoc decretum proximis sacralis sanctè seruatum est, & manifestè declarat, vnicam solum Academiam totius orbis Christiani, quæ duobus ferè fractis opinionem illam maculantem primam Virginis conceptionem non respuerat ob decretum Mauritij: se ipsam declarasse, & tum propriam opinionem, tum eorum omnium Doctorum, qui pro ipsius reuerentia ea scripserant, retractasse. Legantur magni illi catalogi auctoritatum à Ioanne Turrecremata, & Vincentio Bandello, & Paulo Grisaldo, & alijs adducti, & manifestè ex ipsorum scriptis, & allegationibus innotescet, neminem legitimè allegari contra immaculatum conceptum, qui non sit ex Parisiensibus, aut ex ijs auctoribus, qui iurarunt in verba alicuius magni Doctoris, qui in gratiam Academiæ eam opinionem ad tempus iustuebat, aut propriam mentem sub obscuris, & æquiuocis verbis proponebat. Cùm verò facta collatione saculorum, & omnium Ecclesiarum Dei, pro nihilo reputetur iudicium quorundam Parisiensium ad certum tempus per conuentionem, condescendentiam, & reuerentiam erga nonnullos eiusdem scholæ primates: idèò dicendum est, opinionem illam ex non examinata vi Scripturarum, & Patrum emanantem, non obstare quominus totius Ecclesiæ Dei sensus esse, & fuisse dicatur, à tempo e Apostolorum Mariam sine peccato conceptam. Nonnullæ sunt traditiones in Ecclesia Dei, quæ sine controuersia vix recipiuntur, quarum non est omnino expressa, & specifica mentio in scriptis Patrum. Sæpè hæditates, quæ pacifica possessione diu sunt conseruata, atque retente, nullis manuantur authenticis testimonijs civilibus. Silentium, & inueterata possessio omnium instrumentorum loco est; id est, quod ferè accidit pro immaculata conceptione Mariæ, de qua aut nihil, aut obiter priora sacula tractauerunt, utpote de re indubitata, nec illusque vocata in litem.

Cùm magno nisu, & animi contentione plura testimonia aggregauerint fautores. quidam maculæ originariæ in Maria, nihil omnino attulerunt ad eam stabilendam, præter

magnos, catalogos vniuersalium propositionū, quæ pro hac causa nihil præstant: quæ autem clariora, & expressiora testimonia videbantur contra immaculatum conceptum, nominando Mariam, selegit Caietanus opusculo de conceptione, quod præsentauit Concilio Lateranensi sub Leone X. Si illa, aut nõ allegantur legitimè, aut verè, constabit ea, quæ vt firmiora propugnacula oppositæ opinionis adducuntur, infirma esse. Nam & sæpè ibidem repetit Caietanus pro opinione maculante conceptionem, nullum esse firmum argumentum, neque ab Scriptura, neque à Concilijs, neque à determinatione Ecclesiæ, sed solùm ab auctoritate Patrum, quos in eo opusculo allegat. Salmeron lib. 2. in 5. ad Rom. disp. 50. ait quindecim auctores allegatos à Caietano contra immaculatum conceptum, quorum quidam, vt Augustinus, & Ambrosius falsò citantur, multi inuicti in eam sententiam coguntur.

Refert Caietanus pro sua opinione verba quædam Augustini in Psalmum 34. Respond. quod si conferas eius allegationem cum editione operum Lugdunensi anno 1561. & Veneta 1570. constabit non ea verba in Augustino reperiri. Deinde obiter sunt dicta, & quæ sic efferuntur, non habent firmam efficaciam: vt probat Saura c. 1. & 2. de examine doctrinarum. Tandem, vt expendit Salmeron supra, allegatur falsò.

Refert ex 10. de Genes. ad liter. cap. 18. alia verba contra immaculatum conceptum. Respond. primò, non esse illud testimonium in Augustino, vt patet ex editione Antuerpiensi anno 1576. Secundò, vt ipse ait, Augustinus in ijs libris non loquitur assertiuè, quod sæpè expendit S. Thomas.

Refert alia ex lib. 2. de Baptismo paruulorum cap. 24. Respond. non inueniri eam clausulam in Augustino, vt patet ex codicibus Louaniensibus, Antuerpiensibus, & Parisiensibus.

Refert verba Ambrosij in Psalmum 118. contra immaculatum conceptum Virginis. Respondetur, non inueniri ea verba in Ambrosio, quemadmodum allegantur, vt patet ex editione Romana anno 1585. Omnia prædicta testimonia Augustini, & Ambrosij falsò allegata docet Salmeron, vbi supra.

Refert verba quædam Chrysoptomi in Matth. Respòd. in toto illo opere Chrysoptom. non reperiri.

Refert verba Eusebij Emiffeni serm. 2. de Natiuit. Domini. Respond. primò, Eusebium Emiffenum fuisse Arrianū. Secundò, eum sermonem, qui Eusebio, aut Eucherio adscribitur iuxta editionem Coloniensem Bibliothecæ Patrum anno 1618. longè aliter habere verba allegata à Caietano, ita vt nullatenus opinionem negatiuam impugnet.

Refert verba Remigij in Psalmum: Deus Deus meus. Respond. nullibi in illo Remigio verba allegata à Caietano contra conceptionem inueniri.

Refert S. Maximum Taurinensem serm. de Assumptione. Respond. nullibi esse mentionem, aut exemplar sermonis prædicti in Ecclesia Dei: imò, & supposititium esse constat, quia tempore S. Maximi non celebrabatur festum Assumptionis.

Refert verba quædam Bedæ super Missus est, & in Hom. 8. Epiphaniæ. Respond. ea, vt allegantur à Caietano esse vitiosa, vt constat ex omnibus editionibus.

Refert verba Anselmi lib. 2. cur Deus homo, cap. 17. quæ expressè sunt contra immaculatum conceptum. Respòd. alieno Bossi nomine, interrogatiuè, aut dubitatiuè verba illa produci, & quamquam Vazquez dicat postea conuiuere Anselmum, & quasi ex proprio iudicio assentiri discipulo, re profundius examinata, constabit non assentiri. Atque id patet ex alijs monumentis Anselmi, in quibus certum est ipsum esse pro immaculato conceptu.

Refert Gerardum serm. de Natiuit. Virgin. Respòd. sermonem esse fictitium, neque in Ecclesiæ monumentis reperiri: imò de isto Gerardo, quis sit non constare.

Refert S. Thomam, & S. Bonauenturam contra immaculatum conceptum. Respond. primùm fuisse hos duos sanctissimos viros Doctores Parisienses, & propterea licet alieno nomine, & per condescendentiam ad tempus pro lecturis Academiæ opinioni affirmatiuæ succurrissent, nihil inde ledendum esse opinionem negatiuam: nam quando ex proprio iudicio, & in alijs scriptis extra Academicas lectiones hanc controuerfam tractabant, firmiter, & constanter in factam opinionem præ scripserunt. Atque hæc responsio valet non solùm pro Alberto Magno Doctore Parisiensi, verum,

& pro S. Antonino, S. Vincentio Ferrariensi, & alijs, qui af-  
fecta fuerunt, & discipuli Parisiensium, quos fautores non-  
nulli macula originariæ per longos syllabos referunt. Dein-  
de respondetur S. Thomam numquam, & nusquam scripsisse  
contra opinionem negatiuam, vt superius expendimus. S.  
Bonaventura distinctius, quam ceteri rem hanc tractauit;  
quia distinctas quæstiones adduxit, tum de sanctificatione  
autè animationem, tum de sanctificatione in ipsa animatio-  
ne, diuidens peccatum originale in iure, & reatu à peccato  
originali formali in actu, & pro singulis adducit multa, &  
acuta argumenta, vt patet ex 3. dist. 3. 1. part. art. 1. quæst. 1.  
2. 3. vbi manifestè succurrit opinioni affirmatiuæ, afferens ob  
reuerentiam decreti Episcopalis esse communiorem, & tu-  
torem in ea Academia, in quo insinuat negantem sententiã,  
idest, magis piã fuisse etiam tunc communiem, & piã: &  
succurrit, quod exprimit non esse tutum celebrare sanctita-  
tem Virginis ante animationem. Per solam condescenden-  
tiam cum Academia Parisiensi, ita loquutum Bonaventurã  
constat, quia extra Academicas lectiones, scilicet opusculo  
de B. Virgine, & in opusculo contemplationis flore 5. &  
serm. 2. de B. Virgine, expressè ait Mariam sine peccato ori-  
ginali a stuali animatam fuisse in generatione. Est autem Bo-  
nauenturæ prædictus sermo, quidquid contradicat Angelus  
Rocca. Verum sigillatim ad testimonia sancti Thomæ adhi-  
benda est legitima expositio Franciscus Arauxo 12. q. 81.  
art. 3. mentem Dni Thomæ in thesi conceptionis explanãs,  
omnes illius clausulas de hac controuersia recens compila-  
uit, & intendit probare, semper succurrisse opinioni affirma-  
tiuæ. Nos eodem ordine percurremus, vniuersa testimonia.

Locus 1, 2. q. 81. art. 3. exponitur de Maria contrahē-  
te debitum originariæ culpæ, non de ipsa culpa actuali: in  
quo subscribimus Arauxo cum Caietano ex pluribus Tho-  
mistis.

Idem D. Thom. in Psal. 13. hæc habet: *solus Christus,  
nec peccatum contractum habuit, nec commissum: Beata Vir-  
go habuit contractum peccatum.* Quæ verba sunt vniuersalia  
de peccatis actualibus, & originali, vt patet ex contextu, &  
ex voce illa *Commissum*, & ex serie Psalmi, & explanationis  
Angelicæ, solus Christus nullius peccati debitum contraxit,  
Maria verò contraxit peccatum originale in reatu, & debi-

to, & consequenter erat debitorum peccatorum a stualium; nili-  
lominus nullum habuit peccatum in actu originale, vel for-  
male omissionis, aut commissionis. Interpretatio Arauxi  
est nimis aliena.

Psal. 45. ait D. Thom. *In ipsa Conceptione sancti for-  
mauit Deus Iesum, quod fuit singulare in Christo.* Ita est iux-  
ta mentem D. Thomæ, quia Maria in prima Conceptione  
inanimata fuit obnoxia debito peccati, & conclusa sub lege  
illius, vt patet ex dictis nu. 2. Quia tamen Angelicus Doctor  
in Christo non agnoscit duas Conceptiones, vnã inanimẽ,  
alterã inanimatã, sicut expressè de Virgine admittit 3. p.  
q. 27. ait fuisse singulare in Christo, vt nullatenus fuerit con-  
ceptus sub debito peccati: propterea extra rem est, & inuti-  
lis allegatio huius loci producta ab Arauxo.

Psal. 50. docet S. Thom. ijs verbis proprium sensum:  
*solus Christus fuit de facto sine originali peccato conceptus.*  
Loquitur de prima Conceptione, quæ in Christo solũ ex mē-  
te D. Thomæ fuit animata; in B. Virgine 3. p. q. 27. distinguit  
duplicem Conceptionem, de qua prima præcedente, in-  
ductionem animæ rationalis Deiparæ ait fuisse obnoxiam  
peccato ex vi generationis, & principiorũ, vt optime docet  
Ioannes à S. Thoma supra allegatus. Quare non calluit mē-  
tem Angelici Doctoris Arauxo.

S. Thomas, quodlib. 6. art. 7. expressè ait Mariam cen-  
septam sub peccato in debito, & probat, sicut 1. 2. quia alio-  
quin non indignisset Christi Redēptione. Quare sicut Arau-  
xo festatus Caietanum, & nobiles Thomistas, docet eum lo-  
cũ intelligendũ esse de peccato originali in debito; nõ verò  
de ipso in actu, similiter exponere debuit clausulas produ-  
ctas ex quodlib. 6. Deinde non tractat D. Thom. de concep-  
tione secunda animata Deiparæ, sed de prima inanimi, quã  
sentit ex mēte Ecclesiæ Romanæ fuisse sub debito peccati o-  
riginarij. Ex dictis magnorũ Doctorum illius sæculi constat  
maximã, tunc fuisse controuersiam de sanctificatione Dei-  
paræ ante animationem, & ideo titulus articuli, q. 27. ter-  
tiæ partis est, Vtrũ ante animationẽ B. Virgo fuerit sancti-  
ficata, iuxta ea quæ proximis numeris à nobis sunt rela-  
ta. Diuus Thomas conceptionem secundã interdum ap-  
pellat Natiuitatem, supponens celebrem distinctionem  
Natiuitatis; aliam ex utero, quæ partui coniungitur,  
aliam

aliam in utero, de qua dixit Angelus, *Quod in ea natum est de Spiritu Sancto est, & necdum virgo pepererat* Ex hoc loco nil colliget Arauxo.

Opusculo octauo in salutationem Angelicam dicit S. Thomas, *Beata Virgo in originali est concepta, sed non nata*; loquitur de prima conceptione inanimata; addit verò vniuersaliter non in originali natam, tam natiuitatem primam in utero, quæ est conceptio secunda, quam natiuitatem secundam, idest, ex utero comprehendens. Hanc duplicem natiuitatem agnouit S. Tho. comm. in 1. Matth. illis verbis. *Nasci de Matre, est in lucem prodire; in Matre nasci, est ipsum concipi*. Hæc sunt loca Angelici Doctoris in quibus expresse, & asseueranter, vt ait supra Arauxo, docet S. Thomas, Mariam in peccato originali aequali fuisse conceptam; verum ex nuper relatis constat has clausulas non fauere opinioni affirmatiuæ, & ex dictis num. 1. & 2. huius sextæ partis innotescit numquam Angelicum Magistrum docuisse prædictam opinionem, quamuis interdum propter condescendentiam, & conuenientiam cum decreto Mauritij, & Doctoribus nonnullis Parisiensibus obscurius loqueretur.

Ad hominem arguitur contra ipsum Arauxo, quia ipse ait S. Thom. in 4. dist. 43. quæst. 1. art. 4. ad 3. & in 3. dist. 3. quæst. 1. art. 1. quæstiuncula 1. & 2. & in eadem dist. & art. ad Annibaldum, & 3. part. quæst. 27. art. 2. solum disputare vtrum Deipara ante animationem fuerit sancta, idest vtrum caruerit debito proximo contrahendi peccatum originale; igitur cætera loca per hæc debuerit exponere Arauxo, præsertim cum in 1. sent. dist. 17. q. 2. art. 4. ad 3. & dist. 44. q. 1. art. 3. ad 3. & in Psalm. 14. expresse docuerit S. Doctor Mariam absque originali culpa actuali fuisse conceptam, vt fatetur Ludouicus de Soto Maior Dominicanus in 4. Cant. & Iustinianus ex eodem ordine tractatu de Conceptione, & admittit ipse Arauxo. De Alberto Magno in 3. dist. 3. art. 4. idem dicendum est; ac de Dino Thoma, cum eidem verbis vtatur, & speciatim adest uat heresim esse condemnatam à Bernardo, & Academia Parisiensis sententiam, quæ ait B. Virginem sanctificatam ante animationem; & licet adderet vt nonnulli adlitterantes Alberti verba dixeret Mariam non sanctificatam, vtque ad tempus sequens primam salubrem animationis, eundem haberet sensum, ac D. Thomas, vt intel-

ligeretur de sanctificatione excludente peccatum originale in debito proximo, extincta iam vi seminis.

Refert S. Antonium de Padua serm. de Natiuit. Virginis. Respondetur nullibi eum sermonem reperiri, neque haberi inter opera S. Antonij. Nullum aliud testimonium producit Caietanus.

Addimus, quod etiam si nonnulla ex istis testimonijs verè, & legitime producerentur, in hac causa exiguum haberent robur, quia plura sunt, & grauiorum, & antiquorum Patrum testimonia, quæ obiter dicunt Mariam actualia peccata commisisse, quæ compilantur à Sixto Senensi, Bartholomeo Medina, Ægidio à Præsentatione, & alijs; ergo quando tot essent expressa testimonia Patrum obiter loquentia contra immaculatum conceptum, non obstaret, quominus diceretur Catholicam Ecclesiam sentire in fauorem purissimæ Conceptionis Mariæ, quemadmodum pro immunitate à culpis actualibus, ait Concilium Tridentinum Catholicam Ecclesiam firmiter credidisse; cum hac tamen differentia, quod opinio affirmatiua de macula originali, sine erroris, aut censuræ nota toleratur. Alia verò de peccatis actualibus Deiparæ nullomodo permittitur.

Dices ergo: sectatores opinionis maculantis Conceptionem Virginis merentur grauem notam erroris, aut temeritatis, aut scandali, aut grauioris alterius censuræ. Respondetur negando sequelam. Primò, quia non est exploratū ante iudicium Apostolicæ Sedis, an Ecclesia Catholica teneat opinionem magis piam, solum, vt probabilior, vel vt magis certam. Secundò, quia quamuis ita sit, vt Ecclesia Dei sic sentiat, necesse est à Cathedra Apostolica decerni, veram esse relationem facti de communi consensu. Tertiò, quoniam Caietanus, Canus, Grabrina, & alij contra communem antiquorum opinionem scripsere hanc quæstionem esse de numero earum, quæ nullatenus possunt ad fidem pertinere, necesse est, vt antequàm censuram mereatur, hæc etiam pars à Pontifice declaratur.

Obijcie: etiam si prædicta opinio temeraria non sit, in quantum grauat Mariam originaria labe, at suppositis litteris Apostolicis, quæ præfatam sententiam nominari assertiuè prohibent in libris, disputationibus, concionibus, aut familiaribus colloquijs, ne seditiones excitentur, aut scandala

data orientur, aut offendantur aures piæ; sequitur esse declarata à Sede Apostolica inter seditiosas, scandalosas, & piarum aurium offensiuas, respectu totius Ecclesiæ Dei. Quod autem scandalosum, & piarum aurium offensiuum, & seditiosum est respectu ornatu, & singulorum fidelium, id firmiter est sensus Ecclesiæ; ergo in eodem gradu sunt immaculatae coceptionis pietas, & immunitas à peccatis actualibus Deiparæ. Respon debet, in hac re submittenda esse nostra iudicia in obsequium Apostolicæ Sedis, & constanter dicendam præliam opinionem nulla graui nota infamanda, etiam si robustissima appareat argumenta, donec sancta Sedes decernat, quid tandem faciendam sit, aut dicendam; non enim sufficit, quod opinio maculas Virgineam conceptionem, seditiosas, scandala, & piarum aurium offensionem inuehat, ut illi detur nota vlla, si Apostolica Sedes iubeat, ne ijs notis traducatur, aut infametur. Scandalosa theologicè non est, cum non tribuat occasionem ruinæ spiritualis per lapsum in peccatum: minùs propriè dicitur scandalosa ex pietate audientium, qui conturbantur, & scandalizantur, si ea publicè defendatur; ut in hac parte declaramus.

Quod attinet ad inflictionem pœnæ, non maius supplicium habet homo insanus à natiuitate, qui post centum annos vitæ decedit cum solo peccato originali, quàm habere paruulus abortiuus, qui vna hora post animationem moreretur: ideò ex hac parte non nimium fauent sanctissimæ Virgini ijs, qui dicunt Mariam in peccato originali actuali conceptam, ac citissimè ab eo fuisse mundatam.

3. *A nouissimo decreto Gregorij XV. declaratum est, quid nunc sub Conceptionis nomine Ecclesia intelligat.*

Affirmavit quidam Neotericus, simulque docuit, hanc doctrinam à plurimis, grauissimisque Theologis iam olim traditam, etiam ante decretum Gregorij XV. ut latè probat Salazar libro de Conceptione, cap. 33. & Egidius Lusitanus lib. 3. de præseruatione Virginis, quæst. 6. §. 5. & 6. & videtur inferri clarè ex verbis Sixti III. in extrauag. *Græuenimis*, de reliquijs, & veneratione Sæctorum, vbi ex eo quod Romana Ecclesia festum conceptionis publicè, & solenniter celebrabat, damnat tanquam erroneas propositiones quorundam Concionatorum, qui dixerat non posse sine peccato mortali

mortali affirmari Dei Genitricem ab originali macula fuisse præseruatam: vbi Pontifex manifestè supponit Ecclesiam Romanam in tituisse festum Cœceptionis immaculatae, alioquin debile, & indignum esset argumentum Pontificium ad damnandam, tanquam erroneam, propositionem illorum Concionatorum; nam ratio Sixti est hæc; Ecclesia Romana celebrat hoc festum, ergo error est dicere, non sine peccato mortali affirmari præseruationem Virginis ab originali. Hæc ratio supponit vt certum, festiuitatem esse de immaculata Conceptione: nam si hoc non ita esset, cur erraret contra fidem? aut in quo derogaret Ecclesiæ Romanæ qui sententiam de Conceptione immaculata condemnaret? Notum igitur est ex Pontificis verbis, intentionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in celebritate huius solennitatis esse, colere præseruationem Deiparæ à macula originaria. Idem magis confirmatur ex alia extrauaganti eiusdem Sixti III. desumpta ex libro inscripto Monumenta Ordinum, tractatu primo, quam allegant Corduba quæst. 44. Manuel Rodriguez bulla 17. Egidius de Præsentatione, lib. 3. de Conceptione, q. 6. §. 6. & alij plures, ex quorum allegatione, & testimonio saltem probabilissimam auctoritatem habet hæc secunda bulla. Subscribit Ioannes à S. Thoma, in 1. part. S. Thom. disp. 2. le auctoritate Angelici Doctoris, art. 3. pag. 230. optimè liberans eum ab opposita opinione: nam illius sæculo nondum Ecclesia Romana decreuerat sub nomine Conceptionis celebrandam esse festiuitatem de hoc mysterio; & ideò eam docet, & piè ad sanctificationem transtulit: dum post illius mortem Sedes Apostolica, maximè Gregorio XV. præsidente, præcepit, vt non sub nomine sanctificationis festum de illa celebraretur; in quo nihil contra doctrinam D. Thomæ decretum est, sed definitum dumtaxat, iam Ecclesiam aliquid publico cultu venerari, quod illius tempore nõ celebrabat.

Obijcies: si ita est, ergo tota lis de Conceptione decisa est in fauorè sententiæ negatiuæ, cum tamen Gregorius XV. restetur nihil vsque adhuc esse definitum de illa. Hæc obiectio, etsi communis, infirma est; nam longè diuersum est, Ecclesiam celebrare festiuitatem in memoriam alicuius mysterij, ac definire idem mysterium: nam Ecclesia vniuersaliter celebrat festum Præsentationis Deiparæ infantis, cum tamè illa historia definita non sit, sed sola fide humana constet,

ab antiquis scriptoribus accepta. Sic Leo Papa III. Mantua approbavit canonicè Christi sanguinem, qui ex eius imagine fluxerat, ut publicè coleretur, ut Platina in eius vita retulit, non tamen illud de fide esse definiit. Similiter ex tacito Pontificum consensu proponuntur veneranda multorum sanctorum corpora de nouo inuenta, pro cuius cultu indulgentias concedunt summi Pontifices; non tamen definiunt de fide illa esse verè corpora illorum sanctorum. Longè igitur aliud est declarare, quod Ecclesia celebrat Conceptionem immaculatam Virginis, ac de fide decernere aliquid circa ipsi mysterium. Etenim, ut festiuitas celebretur, non requiritur fidei certitudo circa totum illud, quod proponitur celebrandum, satis est, quod illud sit aliquid pertinens ad Deum, vel ad sanctos, de quorum sanctitate non dubitatur, & quod aliud sit aliqua historia, vel aliqua veritas benè fundata, & prudenter credibilis. Semper enim cultus ultimò ad Deum refertur, vel ad illum sanctum, ad quem res illa creditur pertinere, & in quo colendo nihil potest esse periculum. Ita se gessit Ecclesia Romana in festo Conceptionis Deiparæ; nã licet nihil definiit verbo, vel scripto circa veritatem ipsius mysterij, quia tamen illam prærogatiuam Virginis inuenit stabiliam sufficienter, & prudenter credibilem, instituit solennitatem in memoriam illius prærogatiuæ, & declarauit suam intentionem esse illam celebrare, ut constat ex officio Ecclesiastico, quod Sixtus IV. approbavit, & in festo Conceptionis recitari solebat; in eo sæpius dicitur Virgo præferuata ab omni culpa originali.

6. *Quid dicant Doctores huius temporis de certitudine sententiæ negatiuæ in thesi de Conceptione, & de statu oppositæ opinionis.*

Tractatur hæc pars occasione cuiusdam Auctoris scribentis Romanam Ecclesiam statuisse sententiam, quæ docet Christum in azymo celebrasse ita esse veram, & certam, ut à parte rei nullomodo sit falsa; qui auctor demum addidit feliciorum statum consequentem opinionem negatiuam in thesi de Conceptione, quam affirmatiuam de celebratione Christi in azymo. Pro huius enodatione expendebat ille Ecclesiam Romanam ipsa praxi, quam habet celebrandi in azymo, ostendisse certum esse in eo genere panis sacrificasse Iesum, etiã si propter Græcos aliter opinantes noluerit suum sensum è

Ca-

Cathedra omnino definire: similiter in controuersia de Conceptione existimat Ecclesiam Romanam ipsa praxi celebrationis festi de Conceptione, & alijs multis indicijs satis ostendisse, sibi certam esse Virginis immunitatem, eamque ita veram, & certam existimare, ut nullomodo sit falsa, quamquam noluerit hunc suum sensum definire propter aliquos Catholicos contrarium opinantes. Quid de hac opinione sentiendum sit ex inuestigatione certitudinis sententiæ negatiuæ in thesi de Conceptione, cognoscendum est. Pro intelligentia supponenda sunt nonnulla.

Suppono in primis opinionem affirmatiuam olim fuisse probabilem, propter decretum Mauritij, & illam condescendentiam quorundam Doctorum Parisiensium, qui pro obseruantia illius, aut æquiuocè loquebantur, aut pro lectionibus Academicis defendebant Mariam in originaria labe conceptam. Cæteri, qui succedentibus annis similiter scripsere, ideò sic opinati sunt in fauorem placiti affirmatiui, quia sectatores erant alicuius magni Doctoris Parisiensis.

Secundò suppono à Sixto IV. sententiam negatiuam redditam probabiliorē, quia illam damnātes compescuit, & præcepit celebrari festum immaculatæ Conceptionis, illiusque cultum indulgentijs, & alijs gratijs extulit, ut ad eius obseruantiam vniuersi fideles conspirarent. Quoniã verò iam tunc probabilius fuit prædictam solennitatem esse de sanctitate primæ animationis Deiparæ in primo formationis instanti, & non de prima sanctitate post instans animationis, iam exinde maior fuit probabilitas sententiæ negatiuæ, cui communior Scholarum assensus suffragabatur.

Tertiò suppono maiorem adhuc factam eiusdem negatiuæ sententiæ probabilitatem post Concilium Tridentinū decernens loca scripturæ de peccato originali formaliter, & in se non comprehendere Deiparam: ita ut quãuis satis probabiliter dici queat Mariam sub peccato originali in ire, & debito fuisse comprehensam à Paulo, & cæteris canonicis scriptoribus: improbable sit ex mente Pauli, idem affirmandum de peccato originali actuali: non enim, quod Paulus comprehenderet, Concilium Tridentinum non comprehendisset.

His positis recitatiuè dumtaxat, proponemus, quæ statuunt,

tuant Doctores nonnulli huius temporis de præfenti statu opinionis affirmatiuæ. Albertinus ab Ægidio allegatus lib. 3. de præfentat. quæst. 2. art. vnico, §. 4. ait illam grauem notam mereri, consentit Maior in 3. dist. 3. quæst. 1. Parisienses eam grauius condemnarunt, nec tamen Sedes Apostolica ipsorum articulum expurgauit. Granados lib. 3. de Conceptione disp. cap. 30. ait, non esse probabilem, nec opinionem, sed tantum secundum quid comparatione paucorum. Emanuel Rodriguez tom. 1. quæstionum regularium quæst. 57. art. 2. eundem sensum probat. Ægidius de Præfent. lib. 3. de præfentat. quæst. 6. art. 1. §. 4. & 9. eandem mentem adscribit Cordubæ, & alijs, vt patet, si hæc loca cum §. 3. conferantur, & §. 10. docet negatiuam sententiam esse certam, & non solum probabilem; affirmatiuam verò solum esse opinionem toleratam. Nec dissentit Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 3. sect. 6. dum expendit hanc affirmatiuam exiimationem nunquã a Pontificibus probabilem appellatam, sed ab errore tantum, vel hæresi excusatam fuisse; ideò subdit nullam incurere penam, qui dixerit illam improbabilem, & illius sectatores venialis culpæ reos esse. Bellarminus lib. 3. de cultu sanctorum cap. 16. expressè docet hoc ipsum ijs verbis: *Et non ex eo, quod Ecclesia celebrat festum Conceptionis, nihil dubitamus Conceptionem illam aliquomodo fuisse sanctam.* Satis ostendit ex festiuitate Ecclesiæ colligi certam esse illam sententiam, ita vt nõ possit esse falla, alioquin non præstaretur assensus absque dubitatione. Salazar tom. de Concept. capit. 43. ait sententiam negatiuam esse physicè certam. Addunt nonnulli, quando Pius V. affirmatiuam partem appellat opinionem, loqui de opinione secundum quid; Paulus V. nihil addidit ad censuram pertinens, sed ad penam. De Gregorio XV. suprema Inquisitio Romana ait, non intendisse reprobare opinionem affirmatiuam, sed illam in suo statu relinquere; non ideo illam probabilem nominat, ideò non in deteriori conditione, quoad externã professionem illam collocat, ad vitanda fidelium scandala, quidquid dicat Grabrina tom. 3. præscript. part. 1. pag. 394. non examinatis verbis Pontificum, ipse Grabrina tom. 3. Cathol. præscriptionum à pag. 265. vsque ad paginam 395. sparsim interdum explicitè, interdum implicitè subuertere curat fundamenta, quibus statuitur sententiam negatiuam posse defini: cum tamen plures di-

dicant cum Valentia 3. part. disp. 2. quæst. 27. illam continere totius Ecclesiæ sensum in quadam saltem potentia proxima, atque idcirco proximè definibilem esse.

Adde pro cognoscendo statu præfenti affirmatiuæ sententiæ: à quibusdam dici solet censurã etiam mentalem de errore contra sententiam negatiuam esse damnatã à Pio V. cù sola censura in ore, & calamo contra opinionem affirmatiuã; non verò mentalis cõdemnetur. Additur ab Ægidio, & alijs solũ peccatum inobedientiæ perpetrari in censura, & cõdemnatione opinionis affirmatiuæ veluti hæreticæ; & erroneæ, nihil tamè delinqui contra fidẽ. Probant, quia alioquin articulus Parisiensis nõ toleraretur à Põtificè. Ijs tamè non obstatibus constanter dicendũ est: primò prædictã opinionẽ affirmatiuã non esse hæreticã, vel erroneam, quia Sixtus IV. & Pius V. expressè decreuerunt, nihil in hac controuersia esse definitũ. Secundò, dicendum est non esse eandem opinionem Theologicè scandalosam, nã hæc censura illis solũ doctrinis est debita, quæ inducunt ad peccandũ; sed opinio affirmatiua est circa thesim, aut quæstionem de facto in materia speculatiua, nihil docens circa operationes morales, ergo non est scandalosa Theologicè. Quod Manuale Prædicatorum, & plures Theologi scandalosam illam appellant, longe a iure habet sensum, quem literæ Apostolicæ Pauli V. & Gregorij XV. expresserunt; scilicet, quia est occasio rixarum, & tumultuũ, non ex obiecto, sed ex pietate, & deuotione fidelium, erga mysterium immaculatæ Conceptionis; idcirco Pontifices, non contra scandalizatos, sed contra dante scandalum minus propriè dictum Apostolicas literas armarunt.

7. *De collatione cuiusdam recentioris super felicitate sententiæ negatiuæ, & ea, quæ ait Christum in azymo celebrasse.*

Scriptis quidam hoc sæculo sententiam de immaculatã Conceptione Virginis, feliciorem à Gregorio XV. esse cõtã, quam quæ affirmat Christum in azymo celebrasse; & maiorĩ diligentia exclusam esse à cõetu fidelium opinionem affirmatiuam de fermento originariæ culpæ in Deipara, quæ nõquæ docet Christum in fermentato celebrasse; non de gradu veritatis collationem suscipit, sed de gradu felicitatis. In hoc sensu vix negari queat maiori cum diligentia expulsam esse opinionẽ affirmatiuam de fermento Deiparæ, quã opinionẽ



asserentem Christum in fermentato consecrasset. Hæc enim, quoad actus externos, & publicos Ecclesia numquam prohibuit, cum permitteret Græcos Sacerdotes in fermentato consecrare, qui deo sic celebrant, quia existimant Christum in fermentato sacrificasse: illam verò sententiam de fermento culpæ originalis in Deipara, quoad ritum publicum, Ecclesia non patitur omnibus presbyteris iubens, ne utantur in officio Ecclesiastico voce *Sanctificationis*; quæ videbatur infirmare Mariam fuisse fermentatam, seu maculatam: interdixit etiam clarissimè, ne aliquis in priuatis colloquijs affirmaret illud fermentum, seu maculam Deiparæ, cum tamè Græci etiam inter Latinos degentes, vsque adhuc expressè non sint prohibiti affirmare Christum in fermentato pane consecrasset: falsum verò est asserere prædictam Græcorum opinionem esse erroneam; licet enim error sit defendere Latinorum consuetudinem in azymo consecrandi esse irrationalem, aut illam consecrationem non esse validam, non est tamen error dicere Iesum in fermentato sacrificasse; nec vlla inuenitur eius expressa prohibitio; nam & sic plures Græci Patres opinati sunt cum Cyrillo, Chrysostomo, Theophylacto, Nicephoro, & alijs dicentibus Christum pridie Paschæ celebrasse, quos retulit Suarius tom. 3. in 3. part. disput. 40. sect. 3. Hoc principio posito inferunt probabiliter Christum consecrasset in pane fermentato, licet enim iustis de causis anteposuerit celebrationem Paschatis per vnum diem, & consequenter debuerit uti pane azymo in ipsa Cœna legali, peracta tamen illa cæremonia potuit redire ad panem fermentatum, quia nondum inchoatum fuerat tempus prohibens vsum panis fermentati, & solum permittens azymorum esum. Illa autem opinio de antepositione Paschatis facta à Christo, numquam ab Ecclesia Latina, aut prohibita est, aut condemnata. Est quidem erroneum, & errori proximum docere, Christum non comedisse agnum Paschalem, quod tamen illum comederit pridie, quam Iudæi, erroneum non est.

8. *De quadam sententia Valentia circa futurum statum sententia negatiua in thesi de Conceptione.*

Valentia 4. tom. disp. 2. quest. 1. punct. 2. scripsit sententiam de immaculata Conceptione, etiam si nihil expressè per li.

litteras Apostolicas decernatur, progressu temporum futurâ in eo statu, quem nunc habet sententia de Resurrectione corporis Deiparæ: id docuit ante decretum Gregorij XV. Post illud maioribus argumentis ductus, id dicere potuisset, quia communis omnium fidelium sensus circa vnâ doctrinam, proculdubio facit, vt nemo sine temeritate possit opinari oppositam: cum autem Gregorius XV. strictè habeat etiam in priuatis colloquijs affirmatiuam opinionem ab vilo ageri, quam plures suspicantur prudentes, ipso temporum fluxu, nemine prorsus contradicente repellendam, & simul omnium fidelium consensum immaculatam Conceptionem fore approbaturum; ac per consequens vox publica ætatum, ac sæculorum eandem firmitatem dabit Conceptioni illibatæ, quam habet Virginis Resurrectio absque vlla alia expressa definitione Ecclesiæ: præsertim cum plures fuerint Patres, qui expressè negauerint Resurrectionem Mariæ, quam eius ab originaria labe præseruationem. Statuere quantum negatiua sententia sæculorum decursu itabilis, & firmanda sit, non est oppositæ opinioni censuram inurere, vt falso existimauit Grabrina tom. 3. Præscript. part. 1. pag. 367. sed prudenter coniectare, quid in posterum accidet.

Expendere hic debemus, falso supponere Grabrinam tom. 3. Præscript. part. 2. pag. 394. duos Iesuitas, quos nominat, præiudicare opinioni affirmatiuæ, dicentes ex decretis Pauli V. & Gregorij XV. esse indetiori statu: probat suppositionem ex eo, quod Pontifices dixerint se relinquere opinionem prædictam in eodem statu, & terminis, in quibus reperiebatur: sic quidem scripsit Grabrina, non considerans, nec expendens verba, quæ immediatè in illo decreto succedunt. *Præterquam quod in supradicto scilicet recordationis Pauli V. & in hoc decreto disposita.* Cum enim in illo decreto ea sententia prohibita fuerit, quoad omnia colloquia, etiam priuata, & reiectum etiam sit nomen sanctificationis, quod olim pro celebratione Conceptionis vsurpabatur nonnulli, negari non potest, quin eo ipso illa opinio affirmatiua in deteriori statu relicta fuerit. Quare non est contra mandatum Gregorij XV. dicere, quid ex illo deteriori statu nunc, vel postea illa opinio habitura sit.

9. *Ludicium de cuiusdam Neoterici doctrina, dicentis examinatius sine assertione, sententiam piam de immaculata Conceptu adeptam esse statum beatificationis, seu canonizationis.*

Hæc doctrina absolute prolata est ab Ægidio de Præsentatione, lib. 3. de Conceptione. quæ 6. art. 1. § 9 & illam integro opusculo defendit Fr. Franciscus de Sancto Ioseph Suesia, quod Paulo V. obrulit. Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 3. sect. 1. expressè ait, Ecclesiæ in quodammodo conceptionem Virginis canonizasse, & idem indicat sect. 6. Hanc sententiam alij etiam Doctores aliter explanarunt, & confirmarunt, ut simul cum illa literis Apostolicis debita obedientia servaretur.

Quod Ecclesiæ in honorem Conceptionis solennitatem indixerit, dicunt illius sanctitatem esse canonizantem: & quia simul opinantur Apostolicam Sedem in canonizatione sanctorum errare non posse, idem adstruunt de canonizatione festorum, & nominatim de celebritate Conceptionis: nam tota infalibilitas canonizationis est propter cultum publicum. Licet enim Pius V. statuât, nihil in hac thesi ab Apostolica Sede definitum, docent ij Auctores, Pontificem de expressa verbali definitione sermonem habere, non tamen de virtuali, quæ in fictis sine locutione scintillar. Quoniam verò non omnes credunt factum aliquod ex ijs, quæ pro opinione negativa laudantur, & probantur, esse definitum, non est hæreticus, vel erroneus qui illam negat; & præterea quia nonnulli censent, non esse de fide sanctitatem Conceptionis aut canonizatam esse, aut festo celebratam, vel quia fortassis negabant sanctitatem coli, sed solum dedicationem quandam, aut sequestrationem extrinsecam à prophanis, vel initium, quo cœpit esse femina in posterum futura maximè salutaris, sicut solennitas de conceptione Baptiste, die 24. Septembris apud Græcos: ita Bellarminus lib. 3. de cultu sancto-um, cap. 16. Bonavent. in 3. dist. 3. 1. part. art. 1. q. 1. Nihilominus ipse Bellarminus docet ibidem, indubitatum esse quod festo hoc celebratur, siue sanctitas sit, siue dignitas officij: sanctitatem autem celebrari dixere S. Thomas 3. p. q. 27. art. 2. Petrus Cell. lib. 6. epist. 23. & epist. 167. Bernar. epist. 174. Bonavent. supra, & alij innumeri: Vasquez 3. par. disp. 117. cap. 5. cum alijs scripsit, festum de Conceptione

inma

immaculata tantum esse, ut de opinione magis probabili, nõ verò, ut de indubitata sententia. Id difficile in hoc tramite opinandi arbitrantur alij, quod sicut in natiuitatis Deiparæ festo nihil distinguitur ex ijs, sed ut absolute sanctum celebrari præcipitur, ita in conceptionis festo videtur contingere. Sic plures alia sunt via, quæ excusent sectantes affirmatiuam opinionem à nota hæresis, vel erroris. At Pius V. qui ob præmissa discernere potuit, nihil in hac controuersia expressè, & formaliter definitum, non negauit probabilem, & virtualem definitionem. Deest quidem verbalis, & expressa Ecclesiæ definitio de sanctitate conceptionis, ut necessario credenda, dicunt tamen opinatiuè ij Doctores virtuale esse definitionem, quia festa, & solennitas loquendo moraliter emanare non possunt, nisi ab infalibili sententia de sanctitate rei festo publicata, quod licet de fide non sit, assensum tamen exigit sublimiorè, quam qui in probabilibus placitis reperiatur. Sedes Apostolica nihil docuit circa controuersiam, an liceat sine peccato sentire Mariam in originaria labe conceptã, sed solum iussit, ne quis dicere audeat mortaliter peccare eum; qui alteram partem tuetur. Nihil agit de sensu interno, sed permisit olim externam professionem opinionis affirmatiuæ absq; nota hæresis, & erroris, & iussit, ne vtriusque partis assertores inuicem se verbo, aut scripto de reatu peccati mortalis condemnarent. Quia Doctores ij solum opinatiuè se loqui expendunt in eo quod de virtuali definitione docuerunt, nullam imponunt affirmatiuæ opinioni censuram; nam quod ait Turrianus centuria 2. dub. 55. si quis dicat vnã opinionem probabiliter videri sibi de fide, non ideo imponit censuram contrariã. Sic sæpè dicimus aliqua esse virtualiter, & probabiliter in scripturis, & concilijs.

Iuxta expositionem relatã probant intentũ, quia canonizatio, tunc inuenitur, quando Pontifex præcipit vniuersaliter pro tota Ecclesiã cultum, & venerationem allicius sancti. Si accommodetur hoc nomẽ ad festiuitates ab Ecclesiã institutas, tunc solennitas canonizatur, quando cultus totius Ecclesiæ vniuersali præcipitur; nam & tunc habetur testimonium publicum Romanæ Sedis decernētis festũ illud esse veneratione dignum, atque ut tale communi festorum catalogo adscribẽdũ; id iã olim præstitit Romana Ecclesiæ circa

hh

Con-

Conceptionē, & multò clarius post decretum Gregorij XV. omnibus in vniuersum iubentis, vt celebrent Conceptionis solennitatem sub nomiae Conceptionis; ergo asseri potest eo modo, quo festiuitates canonizari possunt, hoc festum esse canonizatam. In genere canonizatio propriè est hominum dumtaxat, minus propriè etià festiuitatibus applicatur, quia quando illæ solenniter instituantur, recipiuntur in canonem sanctarum festiuitatum.

Obijcies hinc sequi contra intentionem Pontificum, vt sicut post canonizationem alicuius sancti, non potest aliquis sinistrè de illius sanctitate sentire, sic etiam post canonizationem huius festiuitatis de Conceptione immaculata Virginis, nulli prorsus licebit oppositum sentire. Respondent opinionem negatiuam eo modo, quo canonizata est habere etiam illam prærogatiuam, vt non possit interius aliquis ei præiudicare; non enim dicitur canonizatam fuisse. Cōceptionem immaculatam, sed eius festiuitatem, vt sententiã magis piam, sicut tempore Pij V. solennitas Præsentationis Virginis canonizata erat; non verò ipsa præsentatio, siquidem abiata est ab eodem Pio V. ex Calendario; sic dicitur canonizatum nunc esse festum immaculatæ Conceptionis, atque adeò neminem interius posse sentire hanc solennitatem non esse dignam cultu, & veneratione communi præscripta ab Ecclesia. Similiter dicitur sententiam piam esse canonizatam in ratione opinionis, atque ideo neminem posse etiam interius sentire hanc opinionem non esse talem, vt merito potuerit Ecclesiam mouere ad præscriptum cultum, & venerationem. Addunt ipsum etiam Mysterium, & ipsam Conceptionem fuisse canonizatam eo genere canonizationis imperfectæ, quod statuit quidem cultum, & festiuitatem externam: non tamen definit aliquid circa veritatem mysterij definitione verbali, & expressa, atque ideo, nec præcepto verbali, & expresso prohibet dissensum internum: circa quæ potest esse quæstio de nomine, an hæc dicenda sit simpliciter canonizatio; melius nominabitur diminuta

canonizatio, vt Suarius supra allegatus, appellauit.

(5)

10. *An de fide sit probabilior esse opinioem de immaculata Conceptione, quam oppositam.*

Affirmant plures cum Ægidio de Præsentatione lib. 3. de Conceptione quæst. 6. art. 1. §. 7. Addit autem num. 43. non posse hanc propositionem sine ingenti temeritate negari. Similiter docet Salazar lib. de Conceptione cap. 43. Ratio est, quia Pontifex potest aliquando definire, non solum veritatem alicuius propositionis, sed etiam maiorem probabilitatem ipsius, iuxta communem Theologorum sententiam, vt probat Turrianus in selectis part. 1. disputatione 30. dub. 3. Hoc autem videtur de facto fecisse in controuersia de Conceptione amplectendo opinionem piam, & ad eius venerationem, & cultum exhortando omnes fideles indulgentijs, gratijs, & alijs similibus. Nec propterea conuincitur aliquid definitum esse de veritate ipsa mysterij: ideo non bene arguitur vniuersaliter in Theologia, ex eo, quod sit probabilior aliqua pars, quod necessario debeat esse verior; nam Aristot. ait, *sepe sapius falsa sunt probabiliora veris*: in nostro casu verbali, & scripta auctoritate solum declarat Pontifex sententiam piam habere maiora fundamenta rationis, & auctoritatis, licet nondum extrahatur ex classe opinionis probabilioris.

11. *Proponuntur varij modi liberandi Mariam à peccato originario in debito, & reatu.*

Celebres sunt hoc tempore opiniones, quæ Mariam à peccato originario in iure, & debito liberauerint, quam mentem maior pars Theologorum per totam Hispaniam etiam libris editis ijs annis comprobauit, exornauitque post decretum supremæ Inquisitionis, quo ab omni censura libera declaratur opinio Deiparam à prædicto debito eximens. Lezana in libro apologetico pro immaculata Virginis Conceptione cap. 32. pro hoc placito affert triginta ferè auctores ex antiquioribus, & recentioribus: ijs accedunt Ludouicus de Ponte lib. 7. in Cantica exhort. 20. §. 3. Granados, & Salazar in libris de Conceptione.

Antequam varios modos liberandi Mariam à debito originariæ culpæ proponamus, expendendum est pactum Dei initum cum Adamo, & legem ex eo manantem de transfusione iustitiæ originariæ, aut priuationis ipsius in posteros, continere duo. Primum, generationem ex femine Adami. Secundo,

dō pactum de transfusione iustitiæ, aut priuationis ipsius. Quando illi generationi adiungitur pactum generale sine exceptione, omnes, qui sic nascuntur, proximum debitum ad peccatum originale contrahunt, vt similiter titulum haberent proximum ad iustitiam originalem non peccante Adamo: nam iustitia originalis in statu innocentia, vt peccatum originale in natura lapsa inferuntur per consequentiam legitimam. Si Deus postea aliquem exciperet dispensatione, aut privilegio, illum quidem à peccato originali actualem eximeret, non verò à peccato originali in debito, & reatu. Est igitur peccare in Adam idem, atque posteros accipere transfusa ipsius voluntatem præuariantem: ita vt cum filij concipiendi sint, in labe originaria producantur, nisi eripiantur à Iesu. Atque hoc est debitum contrahendi peccatū, id est ratio ob quam sumus obnoxij lapsi à prima conceptione. Remotum debitum est quodcumque ante hoc proximum consideratur, siue in causis extrinsecis generationis, siue in materia futuri corporis humani. Debitum proximum, & remotum alij aliter explicant; nam proximum dicunt esse subiectiuum, seu personale in primo instanti animationis, vt Ferrara 4. contra gentes cap. 50. Henriquez lib. 3. de confirmatione, & extrema vocatione. Egidius de præsentatione lib. 2. quæst. 4. art. 5. remotum verò, quod in causis, vel in materia corporis humani ante animationem reperitur; sic variæ sunt acceptiones apud Doctores, nos autem ei, quàm superius in alio numero proposuimus, in decursu huius disputationis adhærebimus.

Deinde expendendum est pactum, & legem comprehendisse omnem generationem humanam, quæ in se miraculosa, vel supernaturalis non esset, siue à solo viro, siue à sola femina extraordinario concursu perageretur. Demus ex abundanti verum esse, quod scripsit Plutarchus 2. Paradox. ex Aristotele, a suam concumbentem cum viro peperisse filiam humanam formosissimam Onoscelum dictam; item quod refert ex 3. Italicarum Agesilai, partu editam filiam Eponam nomine ab equa commixta viro, tunc peccatum originale præculdubio fœtui concedendum esset, licet non ex coniunctione viri, & feminae nasceretur, sed ex coitu viri cum bestia. Tostatus in 1. Paradox. ait Arnaldum Villanoua collegisse semen humanum in vase præparato confortatiuis, & transmutatiuis, & paucis post diebus ianentū fuisse organizatū membris. Henricus Kormanus

manus refert in Belgio ex viro, & vacca puerum natum, qui baptizatus adoleuit, & fuit pius. Ioannes Saxo, Ioannes Magnus, & eius successor Olaus scribunt Reges Danorum vtrumque progenitorē habere, quem aiunt rapta Virgine pulcherrima suscepisse filium elegantē forma; Fuluium stellā ex odio mulierum filiam habuisse ex equa; puerum natum Chramchis ex capra, & adolescentē referunt quidam. Antoninus Turrecremata scripsit nostris pene temporibus fœminam ad Insulam deportatā ex Sinio liberos habuisse nihil à cæteris pueris discrepantes: Ioannes Barros testatur vigere traditionē in Regno Pegu, quod ea natio à puella nauifaga rem habere cum canē fuerit prægnata: Similiter fama est in Hispania familiam Marinorum inter Gallicos è Tritone concumbente cum adolescentula originem duxisse. Demus has omnes narrationes veras, quæ mihi videntur falsæ, nihilominus ij filij sine concursu viri, & fœminæ generati originale peccatum contraxissent; atque idem iudicium erit, si ita facultates, & temperamenta aliquarum mulierū in prima formatione attemperarētur, vt absque miraculo sine concusu virorum fœtus humanos efformarent, quemadmodum accidit quibusdam alijs speciebus, vt apibus, & piscibus nonnullis; tunc filij originali peccato grauerentur. Pactum ergo initum cum Adamo, & lex generalis ex illo dimanans concludit omnes posteros primi parentis, qui sine conceptione miraculosa in se, naturaliter generantur, etiam si vir sine fœmina, aut fœmina sine viro concipiat. Quoniam verò Isaac, Iacob, Sanson, Samuel, Baptista, & plures alij naturalem habuere conceptionem in se, ita vt nihil fuerit miraculosum, nisi ex parte causarum, quæ diuinitus confortatæ sunt, & an iquis impedimentis liberatæ, vt per naturales potentias, & facultates naturalem filiorum generationem elicerent, ideo omnes ij sub peccati originali pacto, & lege, & sub illius penis non aliter, ac cæteri conclusi sunt. At generatio Iesu, quia fuit miraculosa, & supernaturalis in se, ea ratione, qua perfecta est, licet non interuenisset vnio hypostatica ad Verbum omnino excluderetur à peccato originario, & illius lege, & penis. Nam commune pactum cum Adamo contractum non inclusit eos, quorū conceptio, aut productio esset miraculosa, & supernaturalis in se, qualis nulla fuit præter generationem Christi indubitatē, & præter conceptionem

Mariz opinatiōe; sed eos solūm, qui absque miraculo generantur siue ex concursu viri, & fœminæ, siue ex nefando coitu viri, & equæ, vel fœminæ, & bruti. Qui ex ijs, quæ parte quarta harum tabularum opinati fuerint Conceptionē Deiparæ, non solūm fuisse miraculosam in parentibus per emendationem sterilitatis, & senectutis, sed etiam miraculosam in seipsa, facillè Mariam iuxta plures modos arbitrandi à debito proximo, & remoto peccati originalis eximent, remanente solūm debito remotissimo, & secundum quid, ratione cuius absolutè redempta fuerit à peccato originali.

Superest nunc, vt varios arbitrandi ductus, & modos proponamus, ex quibus Maria ab originario debito liberatur, cum quibus componatur fuisse à Christo redemptam. Primò audent nonnulli dicere Mariam redemptam esse sicut Adamum, & Eua cum hac differentia, quod vterque à peccatis actualibus commissis liberati sunt, Maria autè ab omni veniali, aut mortali, delicto præseruata. Conueniunt autem, quia nemo ex tribus redemptionem, aut præseruationem habuerit ab originario peccato, nec eo iniri potuerit proximè, aut remotè. De Adamo, & Eua certa res est. De Maria ita opinantur, vel quia nullatenus in lege, & pacto vniuersali comprehensa, vel quia ante præsumptum peccatum fuerit prædefinita, vel ex solis Christi meritis, quoad substantiam producta, vel quia ordo signorum ita fuit distributus, vt nec mediatè, nec immediatè potuerit esse debitor, aut reus originalis peccati. Consequenter docent Mariam solūm naturalem existentiam habuisse ab Adamo; non verò moralem vllum influxum. Neque verò sufficere aiunt, generari ab Adamo Virginem, si in lege absoluta, vel conditionata non est conclusa, vel si independenter à meritis Christi fuit exclusa à lege peccati. Possunt huic modo suffragari nonnulla. Primò, quia ex decreto Concilij Tridentini clausulæ vniuersales scripturarum de peccato originali, non comprehendunt Mariam, & alioquin ad redemptionem absolutā sufficit præseruatio à peccatis actualibus. Deinde, quia licet vniuersaliter dicat Paulus ad Rom. 3. omnes peccauerūt, & ad Rom. 5. per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, excipitur Eua ab hoc originali peccato. Tertio, quia gratia ab Adamo deriuanda valdè exigua erat comparatione Mariæ,

& potuit per cognitionem scientiæ mediæ subrogari Christus pro capite Virginis loco Adami, ita vt carentia transfusionis ex Christi meritis non fuerit, nec exceptio legis ex Christi meritis & gratia. Tandè, quia esse sub solo Christo, vt præde finito ante præuisionem peccati maius beneficiū est, quàm esse sub Adamo. Basilius Pontius Legionensis. 1. part. variarum relect. 1. dicit probabile Mariam exceptam à lege intuitu Christi, vt causæ finalis, & vnumquemque posse philosophari, vt de prima gratia Adami in quæstione, vtum ex Christi meritis ab originali fuerit redempta. Hanc opinionem referimus, non probamus, donec expressè ab Ecclesia permittatur; licet enim nulla sit illius impugnatio, cui nō possit Scholasticè responderi, siue dicatur Mariam non futuram durante innocentie statu, siue doceatur non habuisse pro capite Adamum; nihilominus, quia omnes Theologi, aut expressè affirmant, aut saltem supponunt Deiparam ex Christi meritis ab originaria culpa redemptam, non audeamus hunc sensum approbare: nō tamen subscribimus Cordubæ censenti hanc opinionem esse hæreticam, vel Caietano dicenti non esse tutam, vel Suario tom. 2. in 3. part. disp. 3. sect. 2. Vazquez 3. part. disp. 115. cap. vltimo. Vazariæ tom. 2. disp. 6. quæst. 11. punct. 2. & tom. 4. disp. 2. quæst. 1. par. 2. Bellarmin. tom. 3. lib. 4. de amissione gratiæ cap. 16. Mōceo disp. 7. par. 4. cap. 3. dicentibus esse temerariam; sed submittimus nostrum iudicium Ecclesiæ. Hi Doctores suam censuram inferunt negantibus Deiparæ omne debitum remotum etiam secundum quid; non verò ijs, qui aliquale debitum ipsi concesserint, in quo fortassis sensu exponit alij D. Thomā 12. q. 81. art. 3. dicentem certum esse secundum fidē Catholicam Mariam habuisse debitum peccati.

Secundus modus est iuxta opinionem asserentium B. Virginem fuisse exclusam ex meritis Christi à debito contrahendi peccatum originale, quia exclusa fuerit à lege, & pacto; signa in hac thesi absque testimonio, vel auctoritate quilibet prohibito componit in quæstione de facto pendente à libera voluntate Dei, vt existimat ad maiorem gloriam Virginis pertinere; sic ex Dei beneficentia, & Mariæ dignitate venantur coniecturas, & argumenta. Hic modus sic disponit seriem signorum. Vidit primò Deus scientia simplicis intelligentiæ excellentiam Christi Redemptoris. Vidit

secundò scientia conditionata, si Adamus crearetur in talibus circumstantijs, & in ipsius voluntatem transferret ipse Deus voluntates filiorum, licet vnum, aut alterum exciperet ab Adami voluntate, & inito cum eo pacto, omnes posteros eo peccare originaliter peccaturos, & vbi primam existentiam habuissent, maculam propriam contracturos, præter vnum, aut alterum, quem excepisset, si maximè miraculosam vellet formationem ipsius, vt in secunda positione declaratum est. Vidit tertio Dominus eos posteros Adami, quorum voluntas non foret alligata eiusdem Adami voluntati, vel quorum sanctitas pendens non foret ab Adami libertate propter miraculosam formationem in se, nec in illo peccaturos, nec propria originali macula inficiendos. Vidit quarto ex prædictis cognitionibus in sua esse potestate prædestinare Christum Redemptorem, & illius meritis excipere aliquem ab eo debito, & proximè decreta est prædestinatio Christi Redemptoris. Quintò ex meritis Christi in spe decreuit Mariam Virginem in Matrem, & quia materna dignitas exigebat, vt summa puritate niteret, & illius sanctitas ex contingentia libertatis Adami, non esset obnoxia facturæ, ideo quando pactum in initum fuit cum primo parente ex vi illius cognitionis, qua noscebat Deus, si Maria ab eodem pacto eriperetur, vel in illud non includeretur propter miraculosam formationem, aut aliam causam, illam non grauandam originario delicto. Quoniam verò Christus iam decretus plura obsequia, & magnam gratiarum actionem, & maximam tormentorum perpersionem exhibere debebat, allectus Deus spe huius pretij, nõ inclusit Mariam in pactum, sed illi gratiam ineffabilem independentem ab Adamo donare decreuit, & ipsam miraculosa productione formare, quæ à pacto illâ excluderet. Hæc omnia sic mente, & voluntate diuina componi potuerunt, & executioni mandari, in qua serie merita Christi Deiparæ à debito peccati originalis excluderent, nec locum haberent incommoda, vel absurda, quæ contra primum modum nonnulli exogitarunt.

Tertius modus est, vt quanquam Christus fuerit præfinitus post Adami peccatum, Maria potuerit accipere gratiã ab Adamo, quin esset acceptura peccatum, nam potuit Deus cum Adamo sic pacisci. Dabo Mariæ gratiam, si tu non amiseris posteros; at si amiseris mittam filium meum, si ipse obtu-

obtulerit sua merita pro iustitia originali Mariæ, ego faciã, vt impediatur peccatum (quod ex se poterat contrahere) eã miraculosè producendo. Si Christus noluerit petere eam iustitiam, Maria nascetur obnoxia peccato, & naturali Conceptione generabitur. Lex igitur, seu pactum absoluta fuere de transfundenda in Virginem iustitia originali independēter à Christo; de transfusione peccati sub conditione actum est, quia ad illud contrahendum non sufficiebat Adami peccatum, sed exigebatur naturalis formatio, & carentia petitionis Christi. Qui tamen, quia voluit eam immurem à peccato, hanc immunitatem, & miraculosam formationem precibus impetranda.

Quartus modus est iuxta opinionem eorum, qui docēt Christum prædefinitum fuisse post præuisionem peccati, in quo hæc signorum series concipitur. Primò cognouit Deus si iniero pactum cum Adamo pro posteris, & ab eo Mariam excepero, quia illam miraculosè formare volo, peccabit Adam, & reliqui erunt sub debito peccati. Secundò mittam Christum in remedium peccati, & sufficientissime persoluet pro liberatione Mariæ à debito originariæ culpæ, & pro formatione ipsius miraculosa, ne sub peccato concludatur. Tertio ex desiderio inefficaci tam ingentis pretij Deus formauit illam miraculosè, & exemit Deiparam. Hoc desiderium ideo inefficax est, quia non determinat Deum ad liberationem prædictam, sed tantum mouet, ex quo distinguitur intentio efficax ab inefficaci; sub hoc signo non potuit esse efficax intentio, non enim merita Christi erant decreta, cum necdum consideraretur perpetratum peccatum; nec obstat, quod ex ea intentione habendi meritum Christi tamquam pretium Deus faciat omnia requisita ad prædictum meritum habendum, ac proinde ponendum peccatum; non enim tenetur Deus illud amare, sed solum permittere, cum media permissione, absque amore sufficienter sit in rerum natura peccatum primi parentis.

Quintus modus est iuxta opinionem eorum, qui electio nes materiales non admittunt, quibus medium vtile amatur, at non vt vtile. Vidit Deus primò, si iniero tale pactum cum Adamo, de iustitia, aut priuatione illius in posteros traesfudenda, siue aliquem excipiam propter miraculosam formationem in se, quæ non inclusa fuit in pacto, siue non excipiã, quia

quia naturaliter illum volo producere, permittā illius peccatum, ut meus Filius veniat in remedium. Secundō, si excipero ab ea lege Mariam ex affectu inefficaci, ut sit eius Mater, atque adeo illam miraculosē produxero, ipse & gratiarum actione, & morte soluet abundantissimē. Tertiō ex amore inefficaci huius pretij Deiparam a debito Deus eripit, illam miraculosē formando. In hoc duā opinionis non tenetur Dominus permittere peccatum ex hoc fine, cum tā supponatur permittendum ex eo, quod sit pactum independenter ab eo, quod ab ipso pacto, aut lege is, vel ille excipiat. Quotiescumque autem iam medium supponitur futurum ex aliqua intentione, etiam si sit alia intentio, quæ eo indiget medio, non tenetur ad amorem illius medij, sed ad usum illius; sic accidit, quando pharmacum ante agritudinem factū est casu, vel alio ex fine; si urgeat subito morbus, non obligat ad illius compositionem, sed ad usum dumtaxat. Cū verō ex sola conditione pacti independenter ab exceptione aliqui supponatur, determinandam esse voluntatem Dei ad permissionem peccati ex alijs finibus, profectō desiderium pretij exsoluendi a Christo non determinabit, aut mouebit ad permissionem peccati, sed solum ad præstandum, quod necessarium est ad actionem gratiarum Christi, & liberationem a debito originariæ culpæ pro Maria.

Sextus modus est, quem probat Salazar, tomo de Conceptione cap. 24. qui locum habere potest etiam in opinione considerante Christum pendentē a præmissione absoluta peccati; nam tunc probabile est Mariam exceptam proximē a lege communi tam absoluta, quam conditionata independenter a meritis Christi: quod inferitur ex opinione de aduentu Saluatoris dependenter a peccato, & ex alia de substantia Mariæ impetrata meritis Christi, cuius formatio propterea est miraculosē peracta, iuxta quæ Deipara excepta est a lege, atque adeo redempta ab originali peccato intuitu Christi, ut causæ finalis, non verō meritorie. Quoniam verō substantia Mariæ carens peccato producta fuit miraculosē ex meritis Christi, dici potuit redempta, ita ut si post legē peccati, ut lata est, nasceretur per merita Christi, & non nasceretur sancta, adhuc esset immunis ab originali. Dices non sufficit creari hominem ex meritis Christi, ut propterea redemptus dicatur; nā si ob prædicta merita aliquis a solo Deo formare-

muraretur, & sanctificaretur, licet a Christo haberet esse subiectum carens originali culpa, & præditum sanctitate, non esset redemptus, verbi gratia; si Adamus productus esset, & redemptus ex meritis Iesu, non tamen idcirco ab originali redimeretur. Quoniam ad redemptionem exigitur præter sanctitatem originalem, periculum carendi illa, & actus, quo a periculo liberetur, sed in casu præmissō independenter a meritis Christi sanctitas est collata, & periculum exclusum; ergo in illo nō fuit redempta Maria, nec ab originali peccato, nec a periculo proximo labendi in illud, sed tantū remoto. Verū, ut hic sextus modus expeditius eliciat assensum, statuendum est pactum potuisse esse conditionatū in parte; exēpli gratia, si Deus obijcere voluisset primi parentis voluntati omnes posteros in transfusione iustitiæ, aut priuationis ipsius sine vlla exceptione absolutē, & de Maria nihil decreuisset absolutē, sed tantū sub conditione, nempe eam subijciendam prædictæ legi, aut pacto, nisi Christus offerre veilet merita sua, ut miraculosē, & supernaturaliter produceretur in se, & sic peccato originali non subijceretur; & quia Christus voluit suam Matrem, ea lege non contineri, Deus hac voluntate Christi præmissa, noluit sub eo pacto Mariam includi, nec naturaliter generari in se; illa igitur considerata in primo signo decreti conditionati, prius ratione, quam merita Christi consideretur, indifferens est, ut excludatur, vel contineatur pacto, & lege inita, aut in eundā cum Adamo; & quia non potest liberari, nisi per merita Christi, ideo est in debito remoto ad peccandum; licet enim absolutē non consideretur, ut inclusa lege peccati, at consideratur includendā, nisi eripiat a filio; est igitur in periculo, quod proprijs viribus vitare nequeat. Iesus eo præmissō periculo obtulit merita, ut Mater miraculosē produceretur. & per Christum existentiam haberet, ut sic existeret ab ea lege immunis; eo tamen ordine, ut prius considerentur merita pro existentia, & posterius considerentur merita, ne teneatur ea lege. Sic bene intelligitur Mariam redemptam ab originali peccato, & Christum mortuum, ne illa haberetur in peccatum, quod irreparabiliter contraheret, Christo pro ipsa non moriente, atque ideo cum in periculo captiuitatis fuerit propter legem conditionatam, & ab ea non nisi per Christum eripi potuerit, dicendum est verē fuisse redemptam.

Septimus modus aīr Mariam absolutē non peccasse in Adam, nec contraxisse debitum, nec propriē in Adā mortuā esse, sed peccasse secundum quid, & contraxisse debitū secundum quid, haberet enim illud sub conditione, si nō redimeretur à filio, & si non miraculosē in se produceretur. Probatur prima pars luculenter, pluribusque argumētis à Salazar tomo de Conceptione, quod debitum, & mors in Adam Marię decenter non aptentur. Secunda pars suadetur, quia debitū, mors, & peccatum conditionatē sumpta, non dicuntur absolutē debitum, mors, & peccatum in Adam; & quæ conditionatē sunt, absolutē non sunt, sicut nec peccatum sub conditione. Quoniam verò lex cōditionalis Mariam exposuit periculo labendi in peccatum, & pactum absolutum, si naturaliter in se conciperetur, ideo mortua est secundum quid, & peccauit in Adam secundū quid. Absolutē autem nō fuit Adam caput Deiparę, nec ipsa morale illius membrū. Valētia licet tom. 4. disp. 2. q. 1. pñct. 2. existimet probabilius Mariam à lege, & pacto non exceptā: dicit tamē tom. 2. disput. 6. q. 1. pñct. 2. piē credi posse exceptam à lege Adę imposita, vt vniuersali parenti generis humani; eandem probabilitatem admittit Salas tom. 2. in. 12. tract. 13. disp. 2. sect. 5. & si oppositę opinioni subscribat. Basilius Legionensis 1. p. variarum rele. 1. reprehendens censores. oppositos dicit liberum cuique esse de exceptione Marię à lege, & reatu peccati in vtrāque partē philosophari, vt de prima gratia Adami, an scilicet fuerit ex meritis Christi, quamquā tā exceptio Marię ab originali debito, quā prima gratia Adami inuitu Christi, vt finis, fuerint collata. Succurrunt similia testimonia Doctorum huius temporis; imò & priorum seculorum, in quibus factum Conceptionis, non de secunda Cōceptione, idest prima animatione Deiparę celebratur; sed de prima Conceptione ex cōmixtione seminis Ioachim, & sanguinis Annę, vt patet ex Bonauent. in 3. dist. 3. 1. part. art. 1. quęst. 1. Maiore ibidem quęst. 1. & alijs. Erat igitur olim cōmunis opinio Mariam in prima Conceptione ante animationem exceptā à lege. Vazquez 3. par. disp. 115. nu. 28. docere videtur, si Marię ob Christi merita à lege exciperetur, tunc verē, & propriē à Christo redemptam. Granados libro de Conceptione disp. 3. cap. 22. sect. 2. Puente lib. 7. in Cant. exhortat. 20. 9. 3. negantes debitum proximum originarij

pecc-

peccati Marię, per remotum in hoc septimo modo expressum abundē crederent satisfieri Scripturis, & Doctoribus. Et certē cūm suprema Inquisitio Hispana decreuerit nullā deberi censuram doctrinę statuenti Mariam non contraxisse debitum; sub propositione vniuersali negatiua tam proximum, quā remotum debitum absolutē negare licebit, admissio solūm debito secundū quid, ex lege illa cōditionata. Succurrunt Complutenses Doctores in sua censura dicētes, Mariam lapsuram in originale, nisi exciperetur à lege; at non expressē asserunt, exceptionem fuisse ex meritis Christi, sicut hic septimus modus nominatim exprimit.

Octauus modus est, quem pōssibilem fatetur S. Thomas in 3. dist. 3. vt Ioachim, & Anna paulō ante conceptionem Virginis non solūm haberent sanctitatem personalem, quę nunquam post emundationem à peccato originali actū contractō illis defuit, verū & sanctitatem naturę per originalem iustitiam, quę ex Dei beneplacito biduo saltem, aut triduo ante conceptionem Virginis ipsis tribueretur. Quod si ita fuisset, ex vi formationis miraculosę in se, & à parentibus in tali statu peractę, non potuit Maria habere debitum proximum, vel remotum peccati originalis in suo corpore, nec in materia illius, neque in commixtione parentum, sed solūm remotissimum in causis, quę ex meritis Christi mundatę sunt, & sanctitate naturę donatę, vt purissima esset non solūm conceptio secunda Virginis cum animatione coniuncta, sed etiam prima, quę animationem eandem tempore præcessit. Succurrit sanctus Damascenus in orat. de Natiuitate Virginis, appellans immaculatum semen Ioachim; quod non aliter fieri potuit, nisi sanādo naturam, eamque originali iustitia, aut quasi originali donando paulō ante conceptionem Virginis. Succurrit etiam S. Brigitta, ferm. Angelic. c. 1. dicens, ex purissimis, & clarissimis elementis compactum fuisse corpus Deiparę. Hanc puritatem & claritatem physicam, & moralem per sanitatem, & sanctitatem naturę à personali sanitate distinctam obtinere potuere ea elementa, seu cōponentia. Hic modus facillē defendetur in quacumque via opinandi, siue Christus ante præuisum peccatum, siue dependenter à peccato fuerit prædefinitus: nam cūm ordo signorum ad libitum disponatur, potest in eis esse signū, in quo ex meritis Christi, præter sanctitatem perso-



personalem, post expulsam originale actuale detur Ioa-  
chimo, & Annæ sanctitas, & sanitas naturæ. Sed in hoc modo  
expendendum est, quod ex vi illius Deipara conciperetur si-  
ne peccato, quasi in puris naturalibus, si non in eo statu Ioa-  
chimus, & Anna ponerentur, ut utriusque generationi alli-  
gata esset, ex vi alicuius pacti, aut decreti transfusio gratiæ  
habitualis: aliud enim esset, eorum sanari naturam, ita ut  
Maria non incurreret peccatum; aliud deriuare gratiam in  
ipsam. Potuit utrumque à Deo disponi, vel ut auferretur  
contractio peccati sine gratia sanctificante, vel ut conferre-  
tur gratia sanctificans.

Ultimus modus opinandi à liberandam Mariam à de-  
bitio originario, fundatur in secunda suppositione, quæ sta-  
tuit, pactum initum cum Adamo solum comprehendisse na-  
turales generationes humanas; non verò eas, quæ in se ipsis  
miraculose essent, qualis fuit sola conceptio Christi indubi-  
tate, & sola conceptio Mariæ opinatiuè, ut ibidem expo-  
situm est. Quæ autem quarta parte harum tabularum dicta  
sunt, vrgenter persuadent conceptionem Mariæ non solum  
fuisse miraculosam in parentibus, ut accidit Isaac, Jacob,  
Samsoni, si in Samanididis, Samueli, & Baptista, antequam  
concuperentur, sed etiam fuisse miraculosam in se, quod nul-  
li alij puræ creaturæ in prima generatione contigit. Ex ijs  
suppositionibus fuit discursus: nam omnes Doctores, qui  
hoc debitum Mariæ denegant, dicunt non fuisse absolutè  
comprehensam in pacto inito cum Adamo, & idcò vnusquis-  
que format illud pactum vel hoc, vel illo modo ad libitum,  
ut non comprehendat Virginem. Potuit ergo pactum etiam  
fieri, ita ut includerentur in ipso illi soli posterij Adæ, quorum  
corpora naturaliter formanda essent; Deus enim volens so-  
lius Virginis formationem miraculosam esse in se, potuit pa-  
ctum prædicto modo peragere, ut eo non includeretur bea-  
ta Virgo, ex meritis Christi miraculoso ordine producta. Et  
quidem semel concesso pacto sub hac dispositione, non po-  
tuit contrahere Virgo debitum proximum, vel remotum,  
etiam de potentia absoluta, sed solum remotissimum, & se-  
cundùm quid, ut superius explicatum est, quia implicaret  
contradictionem, illam, cuius corpus esset formatum mira-  
culosè, in se contrahere debitum illud, quod ab eis dumtaxat  
contrahi deberet, quorum corpora formatentur sine mi-  
raculo

raculo attingente ipsam substantiam factus in se. Quoniam  
verò hæc miraculosa formatio ex meritis Christi perfecta  
est eo fine, ut Maria eximeretur à proximo, & remoto de-  
bitio peccati, idcò absolutè redempta est ab originali culpa.

## 12. Supplementum eorum, quæ desunt sextæ parti.

Non fuit propositum nostrum in hac sexta parte aliter  
quàm scholasticè, & per vniuersalia capita de præseruatio-  
ne Deiparæ à culpa originali actuali, & de exemptione à  
peccato originali in iure, debito, aut potentia proxima dis-  
quirere. Fuere hoc sæculo eruditissimi viri, Quirinos Sala-  
zar, Egidius à Præsentatione, Franciscus Viuaris, Ioan-  
nes Serrano, & plures alij, qui præseruationem dictam à ia-  
be actuali originis persuaderent ex Scripturis, in sensu liti-  
rali, & mystico, ex autoritate Ecclesiæ, & Conciliorum, ex  
testimonijs Pontificum, ex festo Conceptionis, ex traditio-  
nibus, ex communi Catholicorum plausu, ex sacris reuelati-  
onibus, ex miraculis in honorem huius mysterij, ex clau-  
sulis innumeris sanctorum Patrum per quindecim secula di-  
gestis, & ex rationibus. Nihil ferè vnquam, aut vsquam di-  
ctum, scriptumve est, quod non prædicti Authores attule-  
rint, expenderit, & ad fidelissimam trutinam examinave-  
rint. Singula argumenta, & testimonia probabilissimè do-  
cent, sensum de immaculata Conceptione vocem fuisse om-  
nium seculorum. Ea omnia laudo, & probo, nec tamen illa  
percurrere debeo, quod luculentissimè à magnis Doctori-  
bus huius ætatis fuerint examinata, & plurima ex illis lon-  
giores poscant tractationes. Thesis hæc diligentissima huius  
seculi discussione, & magno ingeniorum, & studiorum co-  
natu hinc inde agitata est: potest Ecclesia, si velit, contro-  
uersiam vltimo definitionis iudicio dirimere in fauorem il-  
lius partis, quam Spiritus sanctus distauerit. Multa ex ijs,  
quæ nunc ad fidem pertinent, habentur ex sola traditione,  
quæ aliquando fuit sub quæstionibus Doctorum: accedente  
nihilominus Ecclesiæ determinatione, & Spiritus sancti af-  
flatu lis est dirempta. Non omnia ad fidem pertinentia in sa-  
cro Textu apertè reperiuntur scripta, sed multa implicite,  
& sub figuris traduntur, ut egregiè probat Caietanus tomo  
2. opusculorum, tract. 1. cap. 1. Ecclesia ex directione, & il-  
lustra-

lustratione diuina certissimè interdum colligit, & decreto-  
rio iudicio determinat, veluti de fide, quod ex sola plurium  
Doctorem intelligentia non poterat irrefragabiliter inno-  
tescere.

Concludo, obseruans, etiamsi nos ad opposita testimo-  
nia respondeamus in superioribus, non vrgere, quod per  
condescendentiam ad decretum Mauritij, aut obiter, aut in-  
quisitiuè, aut recitariuè solum fuerint loquuti, non posse ad-  
hiberi eandem responsionem pro ijs testimonijs, quæ addu-  
cuntur in fauorem opinionis negatiuæ, cum pieraque asser-  
tiuè, & constanter decernant: & licèt nonnulla obiter tra-  
ctent, & edisserant, verùm vt rem certam supponat ean-  
dem opinionem negatiuam. Nec potest similibus testimo-  
nijs adhiberi pro solutione verissima illa doctrina Ioannis  
Antonij Saura, opusculo de examine doctinarum, cap. 1. §  
a. quòd dicta obiter, aut inquisitiuè, aut recitariuè, aut per  
condescendentiam, aut præsumptiuè, aut suspiciatiuè,  
aut coniecturaliter, non sunt alleganda  
pro testimonijs Doctorum.

(S.)